Horum primi fuere Sadducaei a Dositheo illo propagati. Qui nimirum Sadducaeos se a iustitia nominant. Sedek enim iustitiam significat. Sed et Sadoc quidam ex antiquis sacerdotibus appellatus est. Verum isti a magistri doctrina desciverunt. Etenim mortuorum resurrectionem sustulerunt; in quo cum Samaritanis conveniunt. Sed angelos contra quam Samaritani repudiant, ac spiritum sanctum ignorant, quem nec accipere meruerunt. Eadem porro cum Samaritanis instituta custodiunt. Quamquam Iudaei, non Samaritani fuerunt. Siquidem Hierosolymis sacrificabant, caeteraque omnia cum Iudaeis communiter gerebant. Atque hos quidem una Christi domini sententia omni fide digna prosternet, quam ipsi ex propositae quaestionis dissolutione in seipsos provocarunt, cum ad
eum accedentes rogarunt fierine posset mortuorum resurrectio. Matth. 22, 23.
Item fuisse septenos fratres, quorum primus uxore ducta cum sine liberis decessisset, secundus eam excepit, ex Mosis praescripto, qui viro sine liberis defuncto succedere fratrem in illius coniugium iussit, viduamque ducere, quo in mortui nomen posteritatem excitaret. Accidit igitur, aiebant, ut illam primus ac secundus uxorem habuerint ac mortui sint, septemque itidem omnes. In resurrectione itaque mortuorum cuius haec uxor erit, quandoquidem septem illam coniugem habuerunt? Ad haec dominus ita respondit: *Erratis nescientes scripturas ac virtutem dei; in resurrectione enim mortuorum neque uxores ducunt, neque nubunt, sed pares sunt angelis. Quod
autem mortui resurgent, Moyses vos docet, quoniam ita deus ille re-* Exod. 3, 6.
spondit: Ego sum deus Abraam, et deus Isaac, et deus Iacob, deus vivorum non mortuorum. Ita os illis occlusit. Faciles enim ad refellendum sunt, nec vel brevi spatio veritati possunt resistere.

ΚΑΤΑ ΓΡΑΜΜΑΤΕΩΝ.

Δευτέρα αἵρεσις ἀπὸ τοῦ Ἰουδαϊσμοῦ, πεντεκαιδεκάτη δὲ τῇ ἀκολουθίᾳ.

Κεφ. α'. *Μετὰ τούτους τοὺς Σαδδουκαίους Γραμματεῖς γεγόνασιν ἀνὰ μέσον τοῦ χρόνου, καὶ σὺν αὐτοῖς τὴν ἡλικίαν κατάγοντες, οἵτινες ἦσαν δευτερωταὶ τοῦ νόμου, ὡς γραμματικήν τινα ἐπιστήμην ὑφηγούμενοι, τὰ ἄλλα πράττοντες τῶν Ἰουδαίων, περιττὴν δέ τινα δῆθεν σοφιστικὴν ὑφήγησιν εἰςηγούμενοι, οὐ κατὰ νόμον μόνον βιοῦντες, ἀλλὰ περισσότερον, ξεστῶν βαπτισμοὺς φυλάσσοντες καὶ ποτηρίων καὶ πινάκων καὶ τῶν ἄλλων σκευῶν τῆς ὑπηρεσίας, ὡς δῆθεν ἐπὶ τὸ ἀκραιφνὲς καὶ ὅσιον διακείμενοι, πυγμῇ μὲν τὰς χεῖρας νιπτόμενοι, πυγμῇ δὲ καὶ καθαρισμούς τινας δι' ὑδάτων καὶ λουτρῶν ἀποσμηχόμενοι, ἔχοντες δέ τινα κράσπεδα σημαντικὰ τῶν αὐτῶν πολιτείας, εἰς ἐπίδειξιν κόμπου καὶ ἔπαινον τῶν θεωμένων. Καὶ φυλακτήρια παρ' ἑαυτοῖς ἐπὶ τὰ ἱμάτια ἐπετίθετο, τουτέστι πλατέα σήματα πορφύρας. Νομίσειε δ' ἄν τις, ἐπειδήπερ καὶ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ [1] τοῦτο ἐμφέρεται, μὴ ἄρα [2] περὶ περιάπτων λέγει, ἐπειδὴ γὰρ καὶ εἰώθασί τινες τὰ περίαπτα φυλακτήρια ὀνομάζειν. Οὐκ ἔχει δὲ ὁ λόγος τὸ παράπαν περὶ τούτου. Ἀλλ' ἐπειδὴ στολάς, εἴτ' οὖν ἀμπεχόνας οἱ τοιοῦτοι ἀνεβάλλοντο καὶ δαλματικάς, εἴτ' οὖν κολοβίωνας ἐκ πλατυσήμων διὰ πορφύρας ἀλουργοῦφεῖς κατεσκευασμένας, τὰ δὲ σήματα τῆς πορφύρας φυλακτήρια* pag. 33. *εἰώθασιν οἱ ἠκριβωμένοι μετονομάζειν, τούτου ἕνεκεν φυλακτήρια αὐτὰ καὶ ὁ κύριος κατ' ἐκείνους εἴρηκε. Δηλοῖ δὲ ἡ ἀκολουθία τὴν φράσιν τῆς ὀνομασίας, καὶ τὰ κράσπεδα τῶν ἱματίων. Τὰ κράσπεδα, ἵνα εἴπῃ κροσσούς, καὶ τὰ φυλακτήρια, ἵνα εἴπῃ τῆς πορφύρας τὰ σήματα. Φησὶ γάρ, Ὅτι πλατύνετε τὰ φυλακτήρια, καὶ τὰ κράσπεδα τῶν ἱματίων ὑμῶν μεγαλύνετε. Ῥοΐσκους γάρ τινας ἐπὶ τὰ τέσσαρα [3] πτερύγια τοῦ τρίβωνος ἕκαστος εἶχεν ἐξ αὐτοῦ τοῦ στήμονος καταδεδεμένους ἐν ᾧ χρόνῳ ἐνεκρατεύετο ἢ παρθενίαν ἤσκεεν, ἐπειδὴ γὰρ ἕκαστος ταξάμενος ὥριζε καιρὸν ἁγνείας ἢ ἐγκρατείας, καὶ ταῦτα αὐτῶν τὰ πρωτότυπα ἦν, εἰς τὸ ἐμφαίνειν τοῖς ἀνθρώποις τὰ παρ' αὐτοῖς ἐπαγγελλόμενα, ἵνα μηδεὶς ἅψηται δῆθεν τῶν ἡγιασμένων.*

Δευτερώσεις δὲ παρ' αὐτοῖς τέσσαρες ἦσαν. Μία μὲν εἰς ὄνομα Μωϋσέως τοῦ προφήτου, δευτέρα δὲ εἰς τὸν διδάσκαλον αὐτῶν Ἀκιβᾶν οὕτω καλούμενον, ἢ Βαρακιβᾶν, ἄλλη δὲ εἰς τὸν Ἀνδᾶν, ἢ Ἀνναν, τὸν καὶ Ἰούδαν, ἑτέρα δὲ εἰς τοὺς υἱοὺς [4] Ἀσσαμωναίου. Ἐκ τούτων τῶν τεσσάρων δευτερώσεων [5] ὅσα παρ' αὐτοῖς νενόμισται, οἱή-

CAP. I. — 1. τοῦτο *cod. Rhedig. Vulgo* τούτῳ.
2. περὶ *praepositio desideratur vulgo in libris.*
3. *Cf. Franc. Franci (Cl. Salmasii) Confutat. Animadversionum Anton. Cercoetii p.* 51 *sqq.*

CONTRA SCRIBAS.
Quae est II. Iudaismi secta, ordine XV.

Post Sadducaeos interiecto tempore, vel eodem etiam quo illi, Cap. I. Scribae prodierunt, legis interpretes, ac velut quandam grammaticam professi, cum caeteris in rebus Iudaeorum institutis inhaereant, quae superstitiosis et cavillatoriis inventis interpolarunt. Neque enim ex legis duntaxat praescripto vivunt, verum insuper urceos et calices, ac discos, et reliqua utensilia lavant, utpote sincerae, ac sanctioris disciplinae cultores. Nam et manus frequenter Marc. 7, 3. abluunt, et aquis se ac lavacris abstergunt. Habent et certas fimbrias, quae instituti sunt eorum signa, ad pompam et ostentationem captandaque spectantium praeconia compositas. Ad haec vestes phylacteriis distinctas gerebant, quae sunt latiora quaedam purpurae segmenta. De quibus cum evangelium meminerit, suspicari quis- Matth. 23, 5. piam possit de amuletis hic sermonem institui, quod a nonnullis amuleta phylacteria vocentur. Verum longe alia ratio est. Quippe cum stolis, sive vestimenti genere quodam uterentur isti quod Dalmaticas aut Colobia appellare possumus, quae amplioribus ex purpura segmentis erant intexta. Eiusmodi porro segmenta qui accuratius loquuntur nominare phylacteria solent. Horum consuetudinem secutus dominus eadem illa phylacteria nuncupavit. Sed et sequentia de acceptione vocis istius haud dubiam fidem faciunt. Subiicit enim et vestimentorum κράσπεδα, hoc est fimbrias. Ita et phylacteria purpureos illos quos dixi clavos appellavit. *Quoniam*, inquit, *dilatatis phylacteria, et fimbrias vestimentorum ampliores facitis.* Etenim corymbos Punicorum malorum specie quatuor e pallii laciniis pendentes, atque ex ipso stamine alligatos, eo tempore gerebant quo continentiam aut virginitatem servabant. Nam quilibet certum sibi tempus castitatis aut continentiae praescribebat, atque illa velut exempla quaedam et imagines erant, quibus institutum suum exprimebant, ne quis utpote sanctos auderet attingere.

Quatuor apud eosdem Traditionum, quas *Δευτερώσεις* vocabant, fuere genera. Primum Mosis prophetae nomine est inscriptum. Secundum Akibae cuidam magistro, vel Barakibae, tribuunt. Tertium Andani, vel Annani, qui et Iudas dicitur. Quarti Assamonaei filios auctores iactitant. Quatuor ex hisce fontibus manarunt ea quae apud illos inani quadam opinione sapientiae constituta, cum sint inepta

4. Ἀσσαμωναίου *cod. Rhediger.* 5. *Rescribo* ὅσαπερ αὐτοῖς.

σει σοφίας, ἀσοφίας δὲ τὰ πλεῖστα, αὐχεῖται καὶ ᾄδεται, καὶ ἐν τάξει [6]προκριτέας διδασκαλίας βοᾶταί τε καὶ φημίζεται.

ΚΑΤΑ ΦΑΡΙΣΑΙΩΝ.

*Τρίτη αἵρεσις ἀπὸ τοῦ Ἰουδαϊσμοῦ, ἑξκαιδεκάτη δὲ τῇ ἀκολουθίᾳ.

Κεφ. α'. Ταύταις ταῖς δυσὶν αἱρέσεσι κατ' ἀκολουθίαν συνῆπται ἡ τῶν Φαρισαίων αἵρεσις, ἄλλη τις, οἵτινες τὰ αὐτὰ τούτοις ἐφρόνουν, Γραμματεῦσι δέ φημι, τοῖς ἑρμηνευομένοις νομιδιδασκάλοις· συνῆσαν γὰρ αὐτοῖς καὶ οἱ Νομικοί. Ἄλλα δὲ καὶ παρὰ τούτους πάλιν οἱ Φαρισαῖοι ἐφρόνουν, πολιτείας μείζους ἔχοντες. Τινὲς μὲν γὰρ αὐτῶν, ὅτε ἤσκουν, [1]ὥριζον δεκαετίαν [2]ἢ ὀκταετίαν ἢ τετραετίαν ὁμοίως παρθενίας ἢ ἐγκρατείας. Συνεχῶς εὐχόμενοι πυκνότερον ἀγῶνα τοῦτον ἐνίσταντο,
pag. 34. διὰ τὸ δῆθεν μὴ σωματικόν τι παθεῖν, ἢ κλαπῆναι δι' ὀνειράτων, [3]ἀηδῆ γε ῥύσιν σώματος ἀπεργαζομένων. Καὶ οἱ μὲν σανίδας ἑαυτοῖς ἐφιλοκάλουν σπιθαμῆς μόνης τὸ πλάτος, καὶ ἐπὶ ταύτην ἑαυτοὺς ἐτίθεσαν κατὰ τὴν ἑσπέραν, ἵνα εἰ ὑπνώσειέν τις καὶ καταπέσοι εἰς [4]τοὔδαφος, αὖθις ἐγείρηται εἰς εὐχὴν, διὰ τὸ ἄγρυπνον ἔχειν τὸν βίον κατὰ τὸ δυνατόν· ἄλλοι δὲ [5]κάχληκας συλλέγοντες ἑαυτοῖς ὑπεστρώννυον, εἰς τὸ νυττομένους μὴ ὕπνῳ βαθεῖ φέρεσθαι, ἀλλὰ βιάζεσθαι [6]γρήγορσιν ἑαυτοῖς προςπορίζεσθαι. Ἄλλοι δὲ καὶ ἀκάνθας στρωμνὴν εἶχον, διὰ τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν. Ἐνήστευον [7]δὲ δὶς τοῦ σαββάτου, δευτέραν καὶ πέμπτην, ἀπεδεκάτουν [8]δὲ τὴν δεκάτωσιν. Τὰς ἀπαρχὰς ἐδίδουν, τριακοντάδας τε καὶ πεντακοντάδας, τάς τε θυσίας [9]ἀσφαλέστατα καὶ τὰς εὐχὰς ἀπετίνυνον. Τῷ δὲ [10]προειρημένῳ σχήματι τῶν Γραμματέων προήρχοντο, διά τοι τῆς ἀμπεχόνης καὶ διὰ τῶν ἄλλων σχημάτων καὶ [11]γυναικικῶν ἱματίων ἐν πλατείαις [12]ταῖς κρηπῖσι καὶ γλώτταις τῶν ὑποδημάτων προϊόντες. Ἐλέγοντο δὲ Φαρισαῖοι διὰ τὸ ἀφωρισμένους εἶναι αὐτοὺς ἀπὸ τῶν ἄλλων, διὰ τὴν ἐθελοπερισσοθρησκείαν [13]παρ' αὐτοῖς νεμομισμένην. Φάρες γὰρ κατὰ τὴν Ἑβραΐδα ἑρμηνεύεται ἀφορισμός.

Κεφ. β'. Ὡμολόγουν [1]δὲ οὗτοι ἀνάστασιν νεκρῶν, ἐπίστευόν τε ἀγγέλους εἶναι καὶ πνεῦμα, ἠγνόησαν δὲ υἱὸν θεοῦ, ὡς οἱ ἄλλοι. Ἀλλὰ

6. *Libri vulgo* προκριταίας.
* ἀπὸ Ἰουδαϊσμοῦ Γ, τῆς δὲ ἀκολουθίας ιϛ *cod. Venet., pro more.*
Cap. I. — 1. καὶ ὥριζον *cod. Venet.*
2. ἢ ὀκταετίαν ἢ τετραετίαν *cod. Venet.*
3. ἀηδῆ γε ῥύσιν σώματος ἀπεργαζομένων *rescripsi, postulante sententia, mei ingenii periculo. Ios. Scaligero placuit* ἀηδῆ ἔκκρισιν σπέρματος ἀπεργαζομένων. *Libri habent* ἀηδῆ τε ῥύσιν σώματος ἀπεργαζομένην. *Apud Nicetam Choniatam Thesaur. Orthod. Fidei I, 40. legitur:* „οἱ μὲν εἰς δεκαετίαν, οἱ δὲ εἰς ὀκταετίαν, οἱ δὲ τετραετίαν, μέχρι τῆς δι' ὀνείρων κλοπῆς ἀπομαχόμενοι."
4. τὸ ἔδαφος *cod. Venet.*
5. κόχλακας ἐκλέγοντες *cod. Venet.*
6. γρηγορεῖν *cod. Venet.*
7. δὲ *om. cod. Ven. Pro* δὶς *supra*

pleraque, praedicantur nihilominus, ac tanquam ab excellenti disciplina profecta summa ostentatione celebrantur.

ADVERSUS PHARISAEOS,
quae est haeresis Iudaismi III., ordine XVI.

Secundum ambas illas proxime Pharisaeorum haeresis sequitur, alterius generis, tametsi cum Scribis, quos Legis doctores interpretantur, eadem sentirent. Cum iis enim legis quoque periti coniuncti erant. At Pharisaei ad horum ritus alia rursus adiiciebant, et severioribus se institutis adstrinxerant. Quidam enim cum suas illas exercitationes adhiberent, decem, vel octo, vel quatuor annorum sibi spatia praefigebant quibus virginitatem aut castimoniam colerent; hoc tempus continuis precibus traducebant, et id certaminis frequentius instaurabant, ne ullam corporis labem contraherent, neve furtim turpe aliquod in somnis profluvium obreperet. Ergo alii tabulas ad eum usum parabant, latitudine non amplius dodrantali, in quibus post vesperam iacebant, ut si fortasse dormirent, in pavimentum prolapsi rursum se ad orandum excitarent; quo somni quoad liceret expertes aetatem transigerent. Alii collectos calculos substernebant, quorum vellicatio profundiorem somnum arceret, ut vel inviti pervigiles esse consuescerent. Nec defuere qui iisdem de caussis spinas subiicerent. Caeterum bis hebdomada quaque ieiunare mos illis fuit, secunda videlicet ac quinta die. Ad haec decimarum decimas dabant; primitias offerebant, tricesimas et quinquagesimas; sacrificia votaque sua accuratissime persolvebant. Cultus idem illis qui et Scribis, de quo proxime dictum est, vestis scilicet ac reliquus corporis habitus. Sed et muliebria palliola gestabant, et cum latioribus crepidis ac solearum ligulis procedere solebant. Qui ideo Pharisaei dicti sunt, quod essent propter adscititiam illam superstitiosamque disciplinam a reliquis seiuncti. Phares enim Hebraice separationem significat. Cap. I.

Mortuorum porro resurrectionem persuasam habebant. Angelos ac spiritum esse credebant. Sed ut caeteri dei filium igno- Cap. II.

pag. 22. ex cod. Ven. et Anaceph. reposuimus διὰ. *Illud utrobique retinuit Petavius,* σάββατον *hebdomadam interpretans, velut si haberet* σάββατα. *Nicetas Chon. l. l. habet* „ἐνήστευον δὲ δὶς σαββάτου, ἤτοι δευτέραν καὶ πέμπτην.“

8. δὲ *om. cod. Venet.*

9. καὶ τὰς εὐχὰς ἀσφαλέστατα *cod. Venet.*

10. προςερημένῳ *cod. Venet.*

11. γυναικείων *cod. Venet.*

12. ἐν ταῖς *suspicatus est Ios. Scaliger. Fortasse reponendum* ἐν πλατείαις κρηπῖσι.

13. τὴν παρ' αὐτοῖς *cod. Venet.*

Cap. II. — 1. τε *cod. Ven.*

καὶ εἱμαρμένη καὶ ἀστρονομία παρ' αὐτοῖς [2] σφόδρα ἐχρημάτιζεν. Αὐτίκα γοῦν τὰ Ἑλληνικὰ ὀνόματα τὰ ἐκ τῆς τῶν πεπλανημένων ἀστρονομίας κατὰ τὴν [3] Ἑβραΐδα διάλεκτον ἑτέροις ὀνόμασι παρ' αὐτοῖς μετωνόμασται, [4] οἷον Ἥλιος [5] Ἥμα καὶ Σεμὲς, Σελήνη [6] Ἱέρεε καὶ Ἀλβανὰ, ὅθεν καὶ Μήνη καλεῖται. [7] Ἱέρεε γὰρ ὁ μὴν λέγεται, Μήνη δὲ Σελήνη, ὡς καὶ παρ' Ἕλλησι διὰ τὸν μῆνα. [8] Ἄρης Χωχὲβ Ὀκμὼλ, Ἑρμῆς [9] Χωχὲβ Ὀχμὸδ, Ζεὺς [10] Χωχὲβ Βάαλ, Ἀφροδίτη [11] Σεροῦα ἤτοι [12] Λουὴδ, Κρόνος Χωχὲβ Σαβήθ. Λέγεται δὲ [13] πάλιν παρ' αὐτοῖς καὶ ἄλλοις ὀνόμασιν, οὐκ ἠδυνήθην δὲ ἀκριβῶς τὴν τούτων ἐπωνυμίαν ἐκθεῖναι. Ἀλλὰ καὶ τὰ ματαίως [14] νομιζόμενα
pag. 35. *εἰς ἀριθμὸν [15] στοιχείων παρὰ τοῖς πεπλανημένοις ὀνόματα, ἃ ζώδια καλοῦσι, καὶ ἀθεμίτως τὸν κόσμον εἰς ἀσέβειαν ἐπλάνησαν, οὕτω πάλιν Ἑβραϊκῶς αὐτὰ καλοῦσι· [16] Τέλαα, Σὼρ, Θωμὶμ, [17] Σαρατὰμ, [18] Ἄρι, Βεθουλὰ, [19] Μωμαζανὴ, [20] Ἀκρὰβ, [21] Κεσὲτ, Γαδὶ, [22] Δαλμιΐ, [23] Δεγγὶμ, οἵτινες τοῖς Ἕλλησι μάτην, λέγω δὴ οἱ Φαρισαῖοι, ἀκολουθήσαντες μετωνόμασαν εἰς τὴν Ἑβραΐδα τὰ αὐτὰ ὀνόματα οὕτω· Κριὸν δὴ τοῖς παρ' ἐκείνοις λεγόμενον [24] Τέλαα, Ταῦρον [25] Σὼρ, Διδύμους Θωμὶμ, Καρκῖνον [26] Σαράταν, Λέοντα [27] Ἄρι, Παρθένον Βεθουλὰ, Ζυγὸν Μωζανὴ, Σκορπίον [28] Ἀκρὰβ, Τοξότην Κεσὲτ, Αἰγόκερον Γαδὶ, Ὑδρηχόον [29] Δαλὶ, Ἰχθύας Δεγγίμ.*

Κεφ. γ'. *Ταῦτα δέ μοι οὐκ εἰς στρόβησιν τῶν ἐντυγχανόντων κατατέτακται, οὐδ' ἵνα τὴν χυδαιολογίαν τῶν τὴν ἀσύστατον καὶ φρενοβλαβῆ μωρολογίαν τῆς ἀστρονομίας τῷ βίῳ παρεισαξάντων συστήσω. [1] Ἐλήλεκται γὰρ αὕτη ὑπὸ τῆς ἀληθείας ἀσύστατος οὖσα καὶ ἐσφαλμένη. Εἴρηται δὲ καὶ ἡμῖν ἐν ἄλλοις λόγοις πολλὰ πρὸς ἀνατροπὴν τῶν γένεσιν καὶ [2] εἱμαρμένην νομιζόντων, καὶ μάλιστα ἐν τῷ προοιμίῳ τούτου τοῦ συντάγματος ἐν ὀλίγῳ ἡμῖν κατὰ τῶν αὐτῶν πεπραγμάτευται. Ἀλλὰ διὰ τὸ μή τινα νομίσαι κατὰ συκοφαντίαν ἡμᾶς κατά τινων φέρεσθαι, καὶ μήτ' ἀληθῆ ἐκ παραδώσεων ἀκριβώσαντας ἐκθέσθαι, ταῦτα ἡμῖν καὶ ὀνομαστὶ εἴρηται. Ἐσχάτη δὲ αὐτοῖς ἀπορία καὶ ἠλιθιότης οὐχ ἡ τυχοῦσα τοῖς καὶ ἀνάστασιν ὁμολογοῦσι, καὶ κρίσιν δικαίαν ὁριζομένοις, εἱμαρμένην λέγειν. Πῶς γὰρ δύναται κρίσις εἶναι*

2. σφόδρα *om. cod. Ven.*
3. Ἑβραϊκὴν *cod. Ven.*
4. οἷον *om. cod. Ven.*
5. *Ita cod. Ven. Vulgo* Ἡμαχαίσεμες.
6. *Ita cod. Ven. Vulgo* Ἰερεεχαιαλβανά.
7. *Ita cod. Ven. Vulgo* Ἰερεὲ.
8. *Verba* Ἄρης Χωχὲβ Ὀχμὼλ *non exlant in cod. Veneto.*
9. Χωκὲβ *cod. Ven.*
10. Χωκὲμ Βαὰλ *cod. Ven.*
11. Ζεροῦα *cod. Venet.*
12. λουνδὸ *cod. Venet.*
13. πάλιν *om. cod. Venet.*
14. κομιϑόμενα *cod. Venet.*
15. *Cf. Cl. Salmasius de Annis Climacter. p. 576 sqq., et in (Franc. Franci) Confutat. Animadv. Antonii Cercoetii p. 75., cui placuit* νομιζόμενα εἰς ῥυθμὸν στοιχ.
16. τελασωρϑωμὶν *cod. Ven.* τελαασὼρ ϑωμὶμ *ed. princ.*
17. σαρατὰν *cod. Ven.*

rarunt. Quinetiam fato et astronomiae plurimum tribuebant. Argumento est quod Graeca omnia vocabula vanissimae illius artis propria totidem ab iis Hebraicis sunt reddita vocibus. Exempli caussa Sol Hamma et Semes ab iis appellatur, Luna Ierce et Hallebana; unde et Mene vocatur. Nam Ieree mensis, et Luna Mene dicitur, ac perinde ut apud Graecos a mense nominis appellationem derivat. Sequitur Mars, quem Cochab Ocmol nominant; Mercurium vero Cochab Ochmod, Iovem Cochab Baal, Venerem Serua, vel Lued: Saturnus denique Cochab Sabeth vocatur. Sunt et illorum aliae nomenclaturae, quas accurate concipere minime potuimus. Neque iis contenti etiam coelestia illa signa, quae quadrifariam errore vanissimo pro elementorum numero distribuuntur (Zodia vulgo nominant), a quibus impietatis in mundum propagata sunt semina, ista, inquam, illi Hebraice ita reddiderunt: Telaa, Sor, Tomim, Saratam, Ari, Bethula, Mozenae, Acrab, Keset, Gadi, Dalmii, Deggim. Hunc in modum Pharisaei Graecorum vestigia persecuti eadem ab his usurpata vocabula Hebraicis vocibus interpretati sunt. Nam Aries is est quem Telaa nuncupant, Taurus Sor, Gemini Tomim, Cancer Sarata, Leo Ari, Virgo Bethula, Libra Mozane, Scorpius Acrab, Sagittarius Keset, Capricornus Gaddi, Aquarius Dali, Pisces Deggim appellantur.

Sed haec omnia nequaquam ad lectorum perniciem commemo- Cap. III.
rare studuimus, neque ad eorum vanitatem commendandam qui stolidam et ineptam astronomiae scientiam in hominum vitam invexerunt. Satis illam vis ipsa veritatis expugnat, et eius errorem inconstantiamque coarguit. Ac cum nos alias pluribus adversus eos disputavimus, qui nativitatem ac fatum adstruebant, tum in operis huius exordio eundem errorem brevi reprehensione perstrinximus. Sed ne quis per calumniam incessere nos quempiam putaret, nec quae certo a nobis accepta explorataque essent in medium afferre, nominatim illa percensenda duximus. Est illud vero extremae cuiusdam imperitiae, ne dicam amentiae, cum resurrectionem mortuorum esse fateare, ac iustissimum de cuiusque factis iudicium constitutum, fatum nihilominus esse ullum asserere. Qui enim duo ista

18. ἀριϑεβουλὰ *cod. Venet.*
19. *Ita omnes libri, praeter edit. Petav., in qua* Μωζανὴ.
20. ἀχραάβ *cod. Venet.*
21. καὶ σὲτ *cod. Venet.*
22. δαδμιτ *edit. princ.* δαλλὶ *cod. Venet.* δαδλὶ *cod. Rhedig.*
23. διγγῖμ *cod. Venet.*
24. τελλά *cod. Venet.*
25. σήρ *cod. Venet.*
26. σαράτιν *cod. Venet.*
27. ἄρτι *cod. Rhedig. et edit. princ.*
28. ἀχραάβ *cod. Venet.* ἄχρο *cod. Rhedig. et edit. princ.*
29. δαλλὶ *cod. Venet.*

Cap. III. — 1. *Vulgo* ἤλεκται, *quomodo etiam cod. Rhedig.*
2. *Libri editi habent* εἱμαρμένην. *ubique.*

καὶ εἱμαρμένη; Δυοῖν γὰρ ἀνάγκη θάτερον, ἢ γενέσεως ὑπαρχούσης μὴ εἶναι κρίσιν, διὰ τὸ τὸν πράττοντα οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ πράττειν, ἀλλὰ κατ' ἀνάγκην ἐπικρατείας τῆς πεπρωμένης, ἢ ὅτι κρίσεως ὑπαρχούσης, καὶ ἐν ἀληθείᾳ ἐπαπειλουμένης, καὶ νόμων δικαζόντων, καὶ τῶν τὸ πονηρὸν δρώντων δίκην ὑπεχόντων, νόμου τε ὁμολογουμένου δικαίου καὶ κρίσεως θεοῦ ἀληθεστάτης, ἀργὴν εἶναι τὴν πεπρωμένην, καὶ μὴ ἔχειν ὅλως σύστασιν τὸ παράπαν.

κεφ. δ'. Ὁπότε διὰ τὸ δύνασθαι ἁμαρτάνειν καὶ μὴ ἁμαρτεῖν, τὸν μὲν διὰ τὰ ἁμαρτήματα δίκην ἀπαιτεῖσθαι, τὸν δὲ ἔπαινον ἀπεκδέχεσθαι διὰ τὸ εὖ πεπραχέναι, ὥρισται καθ' ἑκατέρων τὸ διάφορον. Ὡς καὶ
pag. 36 μιᾷ φωνῇ δικαίᾳ λέγειν [1] ἕνι συντόμῳ ἀληθείᾳ διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου ἐκ προσώπου κυρίου εἰρημένον, τὸ, Ἐὰν θέλητε καὶ εἰσακούσητέ μου, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγησθε· ἐὰν δὲ μὴ θέλητε, μηδὲ εἰσακούσητέ μου, μάχαιρα ὑμᾶς κατέδεται· τὸ γὰρ στόμα κυρίου ἐλάλησε ταῦτα. Ὥςτε παντί τῳ δῆλόν ἐστι καὶ ἀναμφίβολον ὡς τὸ αὐτεξούσιον παρείχετο θεὸς, δι' ἑαυτοῦ φήσας τὸ, Ἐὰν θέλητε, καὶ μὴ θέλητε, ὥςτε περὶ τὸν ἄνθρωπον εἶναι τὸ ἀγαθοεργεῖν, ἢ τὸ φαύλων ἐφίεσθαι πραγμάτων. Οἷς ἐπιφωνητέον ἐστὶ πυκνότερον καὶ πολλαχῶς, καὶ οὐ διὰ μιᾶς φωνῆς, ἀλλὰ πολλάκις, τὰ παρὰ τοῦ σωτῆρος πρὸς αὐτοὺς εἰρημένα, Οὐαὶ ὑμῖν, Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταὶ, ὅτι καταλελοίπατε τὰ βαρέα τοῦ νόμου, τὴν κρίσιν καὶ τὸν ἔλεον, καὶ ἀποδεκατοῦτε τὸ ἄνηθον καὶ τὸ ἡδύοσμον καὶ τὸ πήγανον, καὶ καθαρίζετε τὸ ἐκτὸς τοῦ ποτηρίου καὶ τοῦ πίνακος, τὸ δὲ ἐντός ἐστι μεστὸν ἀκαθαρσίας καὶ ἀκρασίας, καὶ δοκιμάζετε δίκαιον εἶναι ὀμνύναι ἐν τῷ ἐπάνω τοῦ θυσιαστηρίου, τὸ δὲ ἐν αὐτῷ τῷ θυσιαστηρίῳ παρ' ὑμῖν τῷ ὅρκῳ [2] λέλυται, καὶ τὸ ἐν τῷ οὐρανῷ ὀμνύναι οὐδὲν εἶναί φατε, ἐὰν δέ τις ὀμόσῃ ἐν τῷ ὑπεράνω αὐτοῦ, τοῦτο δεδικαίωται. Οὐχὶ τὸ θυσιαστήριον βαστάζει τὸ ἐπικείμενον, καὶ ὁ οὐρανὸς θρόνος ἐστὶ τοῦ ἐπ' αὐτῷ ἐπικαθεζομένου; Καὶ ὅτι λέγετε, ἐάν τις εἴπῃ πατρὶ καὶ μητρὶ Κορβὰν, ὅ ἐστι δῶρον ὃ ἂν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς, καὶ οὐκέτι μὴ τιμήσει τὸν πατέρα, καὶ ἠθετήσατε τὴν ἐντολὴν τοῦ θεοῦ, διὰ τῆς τῶν πρεσβυτέρων ὑμῶν παραδόσεως, καὶ κυκλεύετε θάλασσαν καὶ ξηρὰν, ποιῆσαι ἕνα προςήλυτον, καὶ ὅταν γένηται, ποιεῖτε αὐτὸν διπλότερον ὑμῶν υἱὸν γεέννης. Τί τοίνυν περιττότερον τῶν ἁγίων ῥήσεων ὑπερβάλοιτό τις πρὸς ἀντίθεσιν τῶν προειρημένων; Ἀλλὰ καὶ ἀρκεῖσθαι μάλα ἡγοῦμαι ταῖς τοῦ σωτῆρος φωναῖς καὶ ἀληθιναῖς λέξεσι, πρὸς ἃς οὐκ ἠδυνήθησαν ἀντωπῆσαι, οὔτε πρὸς τὸ βραχύτατον.

CAP. IV. — 1. *Rescripsi* ἕνι *pro* ἐν, *quod vulgo extat.*

convenire possunt, iudicium, inquam, atque fatum? Horum enim alterum necesse est, vel si ulla sit genitalis necessitas, nullum esse iudicium, quod qui committit aliquid, non id sua sponte facit, sed fatorum vi ac tyrannide compulsus, vel si iudicium est ullum, nec frustra in comminationibus obiici solet, atque et leges aliquae sunt et flagitiosis hominibus scelerum poenae constitutae, si denique iusta a deo lex tradita et illius iudicium omni ex parte veritati consentaneum est, necesse est, inquam, supervacuum esse fatum illud, nec ullo in loco consistere.

Etenim non aliam ob caussam nisi quod peccare necne sit in Cap. IV.
arbitrio cuiusque positum, hoc discrimen introductum est, ut alter admissorum scelerum poenas luat, alter pro recte factis praemium laudemque consequatur. Quod quidem brevi iustissimaque sententia complecti possumus, quae ab Isaia propheta ex persona dei verissime pronuntiata legitur: *Si volueritis, et obedieritis mihi, bona ter-* Isai. 1, 19.
rae comedetis. Si autem nolueritis, neque obedieritis mihi, devorabit vos gladius. Os enim domini locutum est ista. Ex quo perspicue illud ac citra ullam dubitationem efficitur, libertatem homini a deo esse concessam, cum ita per sese dixerit: *Si volueritis et nolueritis,* adeo ut bene agere, vel malorum cupiditatem concipere, illius arbitrio sit relictum. Quamobrem saepe illud ac varie, nec una voce personandum, ac frequentissime contra impostores istos repetendum est dictum in eos salvatoris illud: *Vae vobis, Scribae et Pharisaei hy-* Matth. 23, 15.
pocritae, quoniam reliquistis quae graviora sunt legis, iudicium et misericordiam, et decimatis anethum et mentham et rutam, et mundatis quod deforis est calicis et paropsidis; quod intus est, plenum est immunditia, et foeditate. Et approbatis iustum esse iurare in eo quod est super altare, iurare autem in altari ipso, iurisiurandi apud vos religione solvitur. Et in coelo iurare nihil esse dicitis. Qui autem iuraverit in eo, qui supra illud est, id vero iustum censetur. Nonne altare portat id quod impositum est, et coelum thronus eius est qui in illo insidet? Et quod dicitis: Si quis dixerit patri et matri, Corban, Marc. 7, 11.
hoc est munus quod ex me tibi proderit, et non honorabit patrem, et irritum fecistis mandatum dei per traditionem seniorum vestrorum. Et circuitis mare et aridam ut faciatis unum proselytum, et cum factus fuerit, facitis illum duplo quam vos filium geennae. Quid igitur ad eos homines refellendos divinis illis sententiis adiici gravius potest? Itaque satis esse arbitror salvatoris vocem ac verissimum illud oraculum, cui ne minimum quidem reluctari potuerunt.

2. λέλυται *cod. Venet.* λέλεκται *habent reliqui libri. Petavius proposuit* τοῦ ὅρκου λέλυται.

ΚΑΤΑ ΗΜΕΡΟΒΑΠΤΙΣΤΩΝ.

Τετάρτη αἵρεσις ἀπὸ τοῦ Ἰουδαϊσμοῦ, ἑπτακαιδεκάτη δὲ τῇ ἀκολουθίᾳ.

Κεφ. α'. *Ταύταις δὲ συνέπεταί τις αἵρεσις Ἡμεροβαπτιστῶν οὕτω καλου-*
pag. 37. *μένη, μηδὲν μὲν παραλλάττουσα τῶν ἄλλων, ἀλλ' ἴσα τῶν Γραμματέων καὶ Φαρισαίων φρονοῦσα, οὐ μὴν ἐξισουμένη τοῖς Σαδδουκαίοις ἐν τῇ τῶν νεκρῶν ἀναστάσει μόνον, ἀλλὰ τῇ ἀπιστίᾳ καὶ τοῖς ἄλλοις. Τοῦτο δὲ περιττὸν αὕτη κεκτημένη ἡ αἵρεσις, ὡς ἐν ἔαρί τε καὶ μετοπώρῳ, χειμῶνί τε καὶ θέρει, πάντοτε καθημέραν βαπτίζεσθαι, ὅθεν καὶ* [1] *Ἡμεροβαπτιστῶν εἴληφε τὴν ἐπωνυμίαν. Ἔφασκε γὰρ αὕτη ἄλλως πως μὴ εἶναι ζῆν ἀνθρώπῳ, εἰ μή τι ἄρα καθ' ἑκάστην ἡμέραν βαπτίζοιτό τις ἐν ὕδατι, ἀπολουόμενός τε καὶ ἁγνιζόμενος ἀπὸ πάσης αἰτίας.*

Κεφ. β'. *Πρὸς ταύτην δὲ καὶ αὐτὴν ἐξ ἑνὸς λόγου ἡμῖν ἀνατροπὴ γενήσεται, ὅτι ἀπιστίας παρ' αὐτοῖς μᾶλλον ἢ πίστεως οἱ λόγοι. Ἐλέγχει γὰρ αὐτοὺς ἡ συνείδησις αὐτῶν καθ' ἑκάστην ἡμέραν βαπτιζομένων, ὡς ὅτι ἡ ἐλπὶς τῆς χθὲς ἡμέρας παρ' αὐτοῖς τέθνηκε, καὶ ἡ πίστις τε καὶ ὁ ἁγνισμός. Εἰ μὲν γὰρ ἐν ἑνὶ βαπτίσματι ἐστοίχουν, ἄρα ἐθάρρουν τούτῳ, ὡς ζῶντι καὶ ἀθανάτῳ ὄντι εἰς τὸν αἰῶνα· ὁπότε δὲ σήμερον μὲν ἐλούσαντο, οὐχ ἕνεκεν πλύσεως σώματος, ἀλλὰ ἕνεκεν ἁμαρτημάτων, ἄρα κατ' αὐτοὺς ἐκαθαρίσθη, αὖθις δὲ τῇ ἑξῆς πάλιν λουόμενοι ἀπεφήναντο τὸ παρελθὸν ἐν τῇ χθὲς τεθνάναι βάπτισμα. Εἰ μὴ γὰρ τὸ πρὸ μιᾶς ἐτεθνήκει, οὐκ ἂν εἰς τὴν ἑξῆς ἑτέρου ἐπεδέοντο πρὸς καθαρισμὸν ἁμαρτημάτων. Καὶ εἰ ὅλως οὐκ ἀπέχονται τοῦ ἁμαρτάνειν, νομίζοντες ὅτι τὸ ὕδωρ καθαρίσει τοὺς ἐνδελεχῶς καθ' ἑκάστην ἁμαρτάνοντας, μάταιος αὐτῶν ἡ ὑπόνοια, καὶ τὸ ἐπιτήδευμα φροῦδον καὶ ἕωλον. Οὔτε γὰρ Ὠκεανὸς, οὔτε πάντα τὰ ῥεῖθρα καὶ πελάγη, ποταμοί τε ἀένναοι καὶ πηγαὶ, πᾶσά τε ἡ ὀμβροτόκος φύσις συνελθοῦσα δύναται ἁμαρτήματα ἀφανίσαι, ἐπειδήπερ οὐ κατὰ λόγον, οὐδὲ ἐκ προστάγματος θεοῦ γίνεται. Μετάνοια γὰρ καθαρίζει, καὶ τὸ ἓν βάπτισμα διὰ τῆς τῶν μυστηρίων ὀνομασίας. Παρελεύσομαι δὲ καὶ ταύτην, αὐτάρκως ἡγησάμενος* [1] *τόδε ἐν ὀλίγῳ τὸ ἀλέξημα τῆς αὐτῶν φρενοβλαβείας ὑποδεῖξαι. Ἕως ἐνταυθοῖ τοῖς ἐντυγχάνουσι συντέτακται.*

Cap. I. — 1. *Libri vulgo* Ἡμεροβαπτιστήν. *Quod vitium iam Cornarius in versione sua Latina sustulit.*

Cap. II. — 1. *Reposui* τόδε *pro* τὸν, *quod vitium librorum est. Petavio placuit* τό.

ADVERSUS HEMEROBAPTISTAS.
Quae est haeresis IV. Iudaismi, ordine XVII.

Proxima est Hemerobaptistarum secta, quae ut ab aliis nulla Cap. I. in re dissidet, eademque dogmata cum Scribis ac Pharisaeis amplectitur, ita cum Sadducaeis non modo in neganda mortuorum resurrectione convenit, verum etiam communem cum iis infidelitatem caeterarumque rerum pravitatem retinet. Hoc vero praecipuum habent, quod tam vere autumnoque quam aestate atque hieme quotidie lavant, unde et Hemerobaptistarum appellationem adepti sunt. Ita enim statuebant, vivere aliter hominem non posse quam si quotidie se aquis elueret, atque ab omni crimine purgaret.

Sed a nobis uno verbo funditus everti secta illa potest, cuius Cap. II. dogmata ut a fide prorsus aliena, sic cum infidelitate coniuncta sunt. Cum enim diebus singulis abluantur, vel sua ipsi conscientia redarguuntur omnem illam quam pridie conceperant spem cum fide atque expiatione perdidisse. Nam si unum duntaxat baptismum tenerent, in eo fiduciae aliquid, utpote perpetuo atque immortali, collocare possent. Iam vero qui hodie non curandi corporis gratia, sed ad expianda scelera loti sunt, quibusque ideo repurgata, ut ipsi statuunt, omnia esse debent, iidem cum postridie rursum abluuntur, declarant profecto hesternum illum baptismum evanuisse. Nisi enim iste periisset, nihil erat cur ad criminum expiationem denuo illum postera luce repeterent. Quod si peccare omnino non desinunt, existimantque se cum perpetuo ac diebus singulis peccent expiari aqua posse, vehementer aberrant, nec est eorum instituto vanius aut absurdius quicquam. Etenim neque Oceanus ipse, neque maria omnia, neque perennes fluviorum aquae vel fontium, neque quicquid uspiam pluviarum est, si unum in locum conveniant, eluere peccata hominum possunt, quando id citra omnem rationem citraque dei praeceptum adhibetur. Purgare proinde scelera poenitentiae est, uniusque baptismi, per mysticarum rerum appellationem. Sed nos ab hac etiam secta ad aliam transibimus, cum abunde esse putemus paucis adversus illorum stoliditatem remedia comparasse. Hactenus igitur in lectorum gratiam ista disputata sint.

pag. 38.

ΚΑΤΑ ΝΑΖΑΡΑΙΩΝ.

Ἀπὸ Ἰουδαϊσμοῦ πέμπτη, τῇ δὲ ἀκολουθίᾳ ὀκτωκαιδεκάτη.

Κεφ. α'. *Ἑξῆς δὲ ἐπιβαλοῦμαι διηγεῖσθαι τὰ κατὰ τὴν αἵρεσιν τὴν μετὰ τοὺς Ἡμεροβαπτιστὰς καλουμένην τῶν Νασαραίων, οἵτινες Ἰουδαῖοί εἰσι τὸ γένος, ἀπὸ τῆς Γαλααδίτιδος καὶ Βασανίτιδος, καὶ τῶν ἐπέκεινα τοῦ Ἰορδάνου ὁρμώμενοι, ὡς ὁ εἰς ἡμᾶς ἐλθὼν περιέχει λόγος, ἐξ αὐτοῦ δὲ τοῦ Ἰσραὴλ οὖσα, ἥτις τὰ πάντα ἰουδαΐζει, μηδὲν περαιτέρω φρονοῦσα σχεδὸν τῶν προειρημένων. Περιτομὴν γὰρ ὡσαύτως ἐκέκτητο, σάββατον τὸ αὐτὸ ἐφύλαττεν, ἑορταῖς ταῖς αὐταῖς προςανεῖχεν· οὐ μὴν εἱμαρμένην παρειςῆγεν, οὔτε ἀστρονομίαν. Καὶ πατέρας μὲν ἐδέχετο τοὺς ἐν τῇ Πεντατεύχῳ ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ μέχρι Μωϋσέως, τοὺς ἐν ἀριστείᾳ θεοσεβείας διαφανεῖς ὑπάρξαντας, φημὶ δὲ Ἀδὰμ, καὶ Σὴθ, καὶ Ἐνὼχ, καὶ Μαθουσάλα, καὶ Νῶε, καὶ Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, Λευίν τε καὶ Ἀαρὼν, καὶ Ἰησοῦν τὸν τοῦ Ναυῆ, αὐτὴν δὲ οὐ παρεδέχετο τὴν Πεντάτευχον, ἀλλὰ ὡμολόγει μὲν τὸν Μωϋσέα, καὶ [1] ὅτι ἐδέξατο νομοθεσίαν ἐπίστευεν, οὐ ταύτην δέ φησιν, ἀλλ' ἑτέραν. Ὅθεν τὰ μὲν πάντα φυλάττουσι τῶν Ἰουδαίων Ἰουδαῖοι ὄντες, θυσίαν δὲ οὐκ ἔθυον, οὔτε ἐμψύχων μετεῖχον, ἀλλὰ ἀθέμιτον ἦν παρ' αὐτοῖς τὸ κρεῶν μεταλαμβάνειν, ἢ θυσιάζειν αὐτούς. Ἔφασκον γὰρ πεπλάσθαι ταῦτα τὰ βιβλία, καὶ μηδὲν τούτων ὑπὸ τῶν πατέρων γεγενῆσθαι. Αὕτη ἦν ἡ τῶν Νασαραίων διαφορὰ πρὸς τὰς ἄλλας. Ὡς καὶ πρὸς αὐτοὺς ὁ ἔλεγχος οὐκ ἐν ἑνὶ τόπῳ, ἀλλὰ ἐν πολλοῖς ἐστι φανερόν.*

Κεφ. β'. *Πρῶτον μὲν τὸ ὁμολογεῖν αὐτοὺς τοὺς πατέρας καὶ πατριάρχας καὶ Μωϋσέα. Ἄλλης γραφῆς γὰρ περὶ τούτων μὴ λεγούσης πόθεν αὐτοῖς ἡ γνῶσις τῆς τῶν πατέρων ὀνομασίας καὶ ἀριστείας, εἰ μὴ ἐξ αὐτῶν τῶν γραφῶν τῆς Πεντατεύχου; καὶ πῶς οἷόν τε ἐν ταὐτῷ εἶναι ἀληθὲς καὶ ψεῦδος, καὶ ἐν μέρει τὴν γραφὴν ἀληθεύειν, ἐν μέρει δὲ ψεύδεσθαι; τοῦ σωτῆρος λέγοντος, Ἢ ποιήσατε τὸ δένδρον ἀγαθὸν, καὶ τοὺς καρποὺς ἀγαθοὺς, ἢ τὸ δένδρον σαπρὸν, καὶ τοὺς καρποὺς σαπρούς· οὐ δύναται γὰρ δένδρον ἀγαθὸν καρπὸν σαπρὸν ποιῆσαι,*
pag. 39. *οὐδὲ δένδρον σαπρὸν καρποὺς ἀγαθοὺς ποιῆσαι. Μάταιος τοίνυν αὐτῶν ἡ διάνοια, καὶ ἡ εἰςήγησις ἐκ πολλῶν ἔχουσα τὴν ἀνατροπὴν, ὡς ἄχρι τῆς δεῦρο οὐ μόνον τὰ ἐν ταῖς γραφαῖς ᾄδεται, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ οἱ τόποι τῶν παραδοξοποιϊῶν σωματοποιοῦνται. Πρῶτον ὅπου τὸ πρόβατον ὁ Ἀβραὰμ προςέφερε τῷ θεῷ, ὄρος Σιὼν ἄχρι τοῦ δεῦρο οὕτω καλούμενον, ἀλλὰ καὶ ὅπου ἡ δρῦς [1] τῆς Μαμβρῆ, ἔνθα τοῖς ἀγγέλοις*

Cap. I. — 1. ὅτι *cod. Rhedig. Ut voluit etiam Ios. Scaliger.* ὅτε *editi libri.*

Cap. II. — 1. ἡ *vel* τοῦ *pro* τῆς *suspicatus est Petavius.*

ADVERSUS NAZARAEOS.
Quae est Iudaismi haeresis V., ordine XVIII.

Nunc alia mihi post Hemerobaptistas haeresis exponenda, quae Cap. I.
Nazaraeorum dicitur. Qui quidem, ut accepimus, genere Iudaei sunt, e Galaatide et Basanitide ac reliquis ultra Iordanem regionibus oriundi. Quamobrem cum haec secta Israelitica ex gente profecta sit, Iudaeorum in omnibus dogmata complectitur, nec ab iis quos antea commemoravi fere ulla in re dissidet. Nam et circumcisionem perinde atque alii retinet, et idem sabbatum observat, eademque festa celebrat, sed neque fatum neque astronomiam admittit. Ac cum veteres illos patriarchas, de quibus in Pentateucho mentio est, approbet, qui ab Adamo ad Moysen usque insigni pietate floruerunt, nimirum Adam, Seth, Enoch, Mathusalam, Noë, Abraam, Isaac, Iacob, Levi, Aaron, ac Iesum Nave filium, Pentateuchum nihilominus ipsam repudiat. Nec Moysen quidem abiicit, neque oblatam huic a deo legem esse diffitetur, sed aliam fuisse dicit quam quae vulgo circumfertur. Ex quo factum est ut Iudaeorum ceremonias reliquas observent, utpote Iudaei, a sacrificiis abhorreant, neque animata re ulla vescantur. Itaque carnes in cibum adhibere vel sacrificare nefas esse ducebant. Conficta enim haec esse volumina, neque eorum quicquam a maioribus profectum. Eiusmodi Nazaraeorum discrimen a reliquis fuit. Unde et facile non uno duntaxat in loco, sed in pluribus refutari possunt.

Ac primum quod veteres patriarchas et Moysen probant, quaero Cap. II.
ab illis, cum nulla de iis alia scriptura meminit, unde et horum appellatio et egregia virtus nisi ex illis voluminibus cognita esse potuerit? Qui porro convenit veritatem in unum cum falsitate concurrere? eandemque scripturam partim vera, partim falsa iactare? cum salvator dixerit, Aut facite arborem bonam et fructus bonos, Luc. 6, 43.
aut arborem malam et fructus malos. Neque enim potest arbor bona malos fructus facere, neque arbor mala bonos fructus facere. Quocirca vanissimum horum hominum ingenium est, doctrinaque ipsa multis ex capitibus everti ac refutari potest. Praesertim cum in hodiernum usque tempus non modo celebrentur ea quae iis in libris gesta memorantur, sed et ipsamet loca repraesententur, ubi admiranda illa prodigia contigerunt. Imprimis mons Sion, ubi ovem deo Abrahamus immolavit, idem ad hoc tempus nomen obtinuit. Tum ubi quercus illa Mambre fuit, quo in loco vitulum angelis ap-

παρετέθη ὁ μόσχος· ὅπου δὲ Ἀβραὰμ ἀγγέλοις παρέθετο κρεῶν τὴν ἑτοιμασίαν, ἀποδέων οὐκ ἦν αὐτὸς τῆς τούτων μετοχῆς.

Κεφ. γ'. Ἀλλὰ καὶ τοῦ προβάτου τυθέντος ἐν τῇ τῶν Αἰγυπτίων χώρᾳ ἔτι παρ' Αἰγυπτίοις τυγχάνει ᾀδομένη ἡ παράδοσις, καὶ παρὰ τοῖς εἰδωλολάτραις. Ἐν γὰρ τῷ καιρῷ, ὅτε τὸ πάσχα ἐγένετο ἐκεῖσε (ἀρχὴ δὲ αὕτη γίνεται τοῦ ἔαρος, ὅτε ἡ πρώτη ἰσημερία), ἐκ μίλτεως λαμβάνουσι πάντες Αἰγύπτιοι κατὰ ἀγνωσίαν, καὶ χρίουσι μὲν τὰ πρόβατα, χρίουσι δὲ καὶ τὰ δένδρα, τὰς συκᾶς, καὶ τὰ ἄλλα, φημίζοντες καὶ λέγοντες ὅτι, [1]φασὶ, τὸ πῦρ ἐν ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ κατέφλεξέ ποτε τὴν οἰκουμένην· τὸ δὲ σχῆμα τοῦ αἵματος τὸ πυρωπὸν ἀλεξητήριόν ἐστι τῆς τοσαύτης πληγῆς καὶ τοιαύτης. [2]Πόθεν δὲ οὐκ ἔχομεν δεῖξαι περὶ τῆς ἀκολουθίας, ὡς ἔτι καὶ δεῦρο τὰ λείψανα τῆς τοῦ Νῶε λάρνακος δείκνυται ἐν τῇ τῶν Καρδυέων χώρᾳ; καὶ πάντως δὲ εἰ ἐπιζητήσειέ τις καὶ ἀνερευνήσειε καὶ τὰ λείψανα τοῦ θυσιαστηρίου, ἐπείπερ ἀκόλουθόν ἐστιν, εὕροι ἂν ἐν τῇ ὑπωρίᾳ τοῦ ὄρους, ὅπου ἔμεινε Νῶε ἐξελθὼν ἀπὸ τῆς κιβωτοῦ καὶ προσενέγκας ἀπὸ τῶν ζώων τῶν καθαρῶν καὶ τῶν στεάτων κυρίῳ τῷ θεῷ, ὅτε ἤκουσεν, Ἰδοὺ, δέδωκά σοι πάντα ὡς λάχανα χόρτου, θῦσον καὶ φάγε. Παρελεύσομαι δὲ καὶ ταύτης πάλιν τὸ ἐπείσακτον καὶ ἠλίθιον τῆς αἱρέσεως, ἀρκεσθεὶς ταῖς προειρημέναις ὀλίγαις λέξεσιν, ἐνσπαρείσαις ὑπὸ τῆς ἡμῶν βραχύτητος, ἐνταῦθα πρὸς ἀντίθεσιν τῆς πλάνης τῆς προειρημένης αἱρέσεως.

ΚΑΤΑ ΟΣΣΗΝΩΝ.

Ἕκτη αἵρεσις ἀπὸ Ἰουδαϊσμοῦ, ἐννεακαιδεκάτη δὲ τῇ ἀκολουθίᾳ.

Κεφ. α'. Μετὰ ταύτην πάλιν ἄλλη τις αἵρεσις ταύταις παραπεπλεγμένη, ἡ
pag. 40. τῶν Ὀσσηνῶν καλουμένη. Ἰουδαῖοι [1]δὲ οὗτοι, ὡς καὶ αἱ προειρημέναι, ὑποκριταὶ τὸν τρόπον, δεινοὶ τὴν ἐπίνοιαν. Ὥρμηνται δὲ οὗτοι, ὡς ἡ εἰς ἡμᾶς ἐλθοῦσα περιέχει παράδοσις, ἀπὸ τῆς Ναβατικῆς χώρας καὶ Ἰτουραίας, Μωαβίτιδός τε καὶ Ἀρηϊλίτιδος, τῶν ἐπέκεινα τῆς κοιλάδος τῆς Ἁλυκῆς οὕτως ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ καλουμένης ὑπερκειμένης χώρας· ἔστι δὲ αὕτη Νεκρὰ καλουμένη θάλασσα. Τοῦτο δὲ τὸ γένος τῶν Ὀσσηνῶν ἑρμηνεύεται διὰ τῆς ἐκδόσεως τοῦ ὀνόματος στιβαρὸν γένος. Συνήφθη δὲ τούτοις μετέπειτα ὁ καλούμενος Ἠλξαΐ, ἐν χρόνοις Τραϊανοῦ βασιλέως, μετὰ τὴν τοῦ σωτῆρος παρουσίαν, ὃς ἐγένετο ψευδοπροφήτης. Συνεγράψατο δὲ οὗτος βιβλίον δῆθεν κατὰ προφητείαν, ἢ ὡς κατὰ ἔνθεον σοφίαν. Φασὶ δὲ καὶ ἄλλον τινὰ [2]Ἰεξέον ἀδελφὸν

Cap. III. — 1. φασὶ *rescripsi pro* φησὶ, *quod libri retinent.*

2. *Inepte plane haec verba interpretatus est Petavius. Cornarius accuratius quam elegantius:* „Quomodo vero non possumus ostendere de consequentia, cum

posuit. Quem cum illis epularum apparatum instrueret, verisimile est earum et ipsum participem extitisse.

Quinetiam quod ad illum agnum attinet in Aegypto a Iudaeis immolatum, eius rei memoria apud Aegyptios ipsosque deorum cultores hodieque remanet. Etenim sub idem tempus, quo illic olim pascha celebratum est, quod in veris initium atque aequinoctium incidit, Aegyptii omnes minio oves suas inficiunt, nec non et arbores, uti ficus et caetera eiusmodi. Cuius quidem ritus tametsi caussam nesciant, istud tamen prae se ferunt ac vulgo iactitant, illo die universum terrarum orbem incendio conflagrasse. Huius porro calamitatis avertendae vim quandam in cruore illo atque igneo colore esse positam. Quibus vero de caussis, negant sibi esse compertum. Sed et hucusque in Cardyaeorum regione arcae Noëmiticae reliquias ostendunt. Ac si quis diligentius perquirat, non dubito quin altaris quoque vestigia, quod ipsum consequens est, ad montis radices invenire possit, ubi tum Noë ex arca progrediens mansit, et de puris animalibus atque adipibus domino deo sacrificium instituit. Quo etiam tempore illud a deo oraculum accepit: *Ecce dedi tibi omnia, tanquam herbarum olera, macta et comede.* Verum haeresis huius adulterina stultaque dogmata missa faciam. Siquidem pauca haec sufficiunt a nobis hucusque disputata, atque ad eum errorem propulsandum in medium allata.

Cap. III. — Gen. 9, 3.

CONTRA OSSENOS.
Quae est VI. haeresis Iudaismi, ordine XIX.

Sequitur Ossenorum haeresis cum superioribus implicita. Nam et hi perinde ut illi Iudaei sunt, et simulandi artifices, atque imprimis callidi. Ferunt istos ex Nabataea, Ituraea, Moabitide et Areilitide originem traxisse, quae regiones ultra vallem salsuginosam positae sunt. Hoc enim nomine sacris in literis tractus ille superior appellatur, qui idem est cum Mari Mortuo. Ossenorum porro genus istud, si nomen interpretere, idem est ac firmum et solidum. Ad hos postea Elxai se quidam aggregavit, imperante Traiano, post adventum Christi domini. Qui cum falso prophetam se diceret, librum quendam velut prophetico spiritu afflatus edidit, divina scilicet sapientia plenum. Huius praeterea fratrem Iexeum nomine

Cap. I.

adhuc hodie reliquiae arcae Noë ostendantur in Cardiensium regione?"

Cap. I. — 1. *Reposui* δὲ *pro* τε *quod vulgo legitur.*

2. *Ita cod. Rhedig. et libri editi.* Ἰεξαῖον *Ios. Scaliger. Nicetas Choniata* Ἰεζαῖον *appellat Thes. Orthod. Fidei I, 33., quod caput, uti extat in cod. Baluziano, quem servat Bibliotheca Imperialis apud Parisios, huc transcribere iuvat:* „Οἱ δὲ

τούτου. Γέγονε δὲ οὗτος ὁ ἄνθρωπος πεπλανημένος τὸν τρόπον, ἀπατηλὸς τὴν γνώμην, ἀπὸ Ἰουδαίων ὁρμώμενος καὶ τὰ Ἰουδαίων φρονῶν, κατὰ νόμον δὲ μὴ πολιτευόμενος, ἕτερα δὲ ἀνθ' ἑτέρων παρειςφέρων, καὶ τὴν ἰδίαν αὐτοῦ αἵρεσιν [3] πλανήσας. Ἅλας, καὶ ὕδωρ, καὶ γῆν, καὶ ἄρτον καὶ οὐρανὸν, καὶ αἰθέρα, καὶ ἄνεμον ὅρκον αὐτοῖς εἰς λατρείαν ὁρισάμενος παραδέδωκε, ποτὲ δὲ πάλιν ἄλλους μάρτυρας ἑπτὰ ὁρισάμενος, τὸν οὐρανὸν, φημὶ, καὶ τὸ ὕδωρ, καὶ πνεύματα, φησὶν, καὶ ἁγίους τοὺς ἀγγέλους τῆς προσευχῆς, καὶ τὸ ἔλαιον, καὶ τὸ ἅλας, καὶ τὴν γῆν. Ἀπεχθάνεται δὲ τῇ παρθενίᾳ, μισεῖ δὲ τὴν ἐγκράτειαν, ἀναγκάζει δὲ γάμον. Φαντασιώδη δέ τινα, ὡς δῆθεν ἀποκαλύψεως, παρειςφέρει. Ὑποκριτὰς δὲ [4] διδάσκει, φήσας μὴ εἶναι ἁμαρτίαν εἰ καὶ παρατύχοιεν εἴδωλα προσκυνῆσαι καιροῦ ἐνστάντος διωγμοῦ, ἐὰν μόνον ἐν τῇ συνειδήσει μὴ προσκυνήσῃ, καὶ εἴ τι δ' ἂν ὁμολογήσῃ ἐν στόματι, ἐν δὲ τῇ καρδίᾳ μή.

Κεφ. β'. Μάρτυρα δέ τινα παρειςφέρων οὐκ αἰσχύνεται ὁ ἀπατεὼν, λέγων Φινεές τινα ἱερέα τῶν ἀπὸ γένους Λευί τε καὶ Ἀαρὼν καὶ τοῦ ἀρχαίου Φινεὲς ἐν τῇ Βαβυλῶνι ἐπὶ τῆς αἰχμαλωσίας προςκυνήσαντα τὴν Ἄρτεμιν ἐν Σούσοις διαπεφευγέναι ὄλεθρον θανάτου ἐπὶ Δαρείου τοῦ βασιλέως· ὥςτε εἶναι αὐτοῦ τὰ πάντα ψευδῆ καὶ μάταια. Οὗτος μὲν οὖν ἄνω συνῆπται τῇ προειρημένῃ αἱρέσει τῇ τῶν Ὀσσηνῶν καλουμένῃ, ἧς ἔτι λείψανα καὶ δεῦρο ὑπάρχει ἐν τῇ αὐτῇ [1] Ναβατίτιδι γῇ, τῇ καὶ Περαίᾳ πρὸς τῇ Μωαβίτιδι, ὅπερ γένος νυνὶ [2] Σεμψέων καλεῖται. Φαντάζονται δὲ δῆθεν καλεῖν τοῦτον Δύναμιν [3] κεκαλυμμένην, διὰ τὸ Ἰὴλ καλεῖσθαι δύναμιν, Ξαῒ δὲ κεκαλυμμένον. Ἠλέγχθη δὲ τὸ πᾶν τοῦ ἐπιτηδεύματος φρύαγμα, καὶ εἰς μεγάλην αἰσχύνην ὑπέπεσε παρὰ τοῖς δυναμένοις τὰ ἀληθῆ κατανοεῖν τε καὶ ἀκριβοῦν. Ἔτι γὰρ καὶ δεῦρο ἀπὸ τῶν ἡμερῶν [4] Κωνσταντίου τε καὶ τῶν νῦν βασιλέων σαφῶς ἐλέγχονται. Ἕως μὲν γὰρ Κωνσταντίου ἐκ τοῦ γένους αὐτοῦ [5] Μαρθοῦς τις καὶ Μαρθάνα δύο ἀδελφαὶ ἐν τῇ αὐτῶν χώρᾳ ἀντὶ θεῶν προσεκυνοῦντο, ὅτι δῆθεν ἐκ τοῦ σπέρματος τοῦ προειρημένου Ἠλξαῒ ὑπῆρχον. Τέθνηκε δὲ ἡ Μαρθοῦς πρὸ ὀλίγου τοῦ χρόνου, Μαρθάνα δὲ εἰς ἔτι δεῦρο ὑπῆρχεν, ὧν καὶ τὰ πτύσματα καὶ τὰ ἄλλα τοῦ σώματος ῥύπη ἀπεφέροντο οἱ πεπλανημένοι αἱρετικοὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ χώρᾳ, δῆθεν πρὸς ἀλέξησιν νοσημάτων. Οὐ μὴν ἐνήργουν, ἀλλὰ τὸ πεπλανημένον σοβα-

pag. 41.

Ἐσσαῖοι (*sic constanter appellat Nicetas quos Epiphanius Ossenos*) κατὰ νόμον πάντα τελοῦντες, ὡς ἔφην ἄνωθεν, ἑτέραις μετα τὸν νόμον ἐχρῶντο γραφαῖς .... μώτατοι ἑρμηνευόμενοι. Συνήφθη δὲ τούτοις Ἠλξαΐ τις ψευδοπροφήτης καὶ διαφθορεὺς ..... αινετε ἐν τοῖς χρόνοις βασιλέως Ῥωμαίων Τραϊανοῦ, μετὰ τὴν Χριστοῦ παρουσίαν, παρθενίαν μισῶν, ἐγκράτειαν βδελυττόμενος, καὶ γαμεῖν ..... Ἠλξαΐ τούτῳ καὶ ἀδελφὸν εἶναι Ἰεζαῖον καλούμενον, καὶ ὕστερον ἐπὶ τῶν χρόνων τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου φανῆναι καὶ ἀδελφὰς δύο ἐκ τοῦ γένους αὐτοῦ λεγομένας κατάγεσθαι, Μαρθὼ καὶ Μαρθάνην, αἷς οἱ πεπλασμένοι προςέχειντο .... Ἠλξαΐ, ὃς ἑρμηνεύεται δύναμις κεκρυμ-

commemorant. Caeterum homo ille moribus perditus atque impostor fuit. Nam cum genere ac secta Judaeus esset, ad legis praescriptum minime vitam suam accommodavit, sed alia omnia loco eius obtrusit, ac sectatores suos in transversum abduxit. Inter alia per salem ac terram, panem, coelum, aethera, ventumque velut numina deierare iussit. Interdum VII alios testes definit. Nimirum coelum, aquam, et spiritus, sanctos orationis angelos, oleum, salem, et terram. Praeterea virginitatem odit, continentiam damnat, et ad ineundas nuptias compellit. Tum vero commenta quaedam ac somnia tanquam Apocalypses suis reliquit. Quos etiam simulatores esse docuit, cum ullum negaret esse crimen, si quis persecutionis tempore idola veneretur, dummodo minime id ex animo faciat, aut si quid ore tenus non item animo profiteatur.

Cap. II. Adducit et huius rei testem veterator Phineem quendam sacerdotem e Levitico genere, de Aaronis ac veteris illius Phinees stirpe, qui regnante Dario in captivitate Babylonica Susis adorata Diana periculum capitis effugit. Ita eius omnia falsa sunt ac ridicula commenta. Hic igitur olim se ad Ossenorum haeresim adiunxit. Cuius hodie in Nabathaea et Peraea Moabitis vicina regione reliquiae supersunt, et Sempseorum vulgo natio haec hominum dicitur. A quibus etiam perabsurde illud excogitatum est, ut ab occulta vi cognominatum istiusmodi nebulonem fingerent, propterea quod Iel Hebraice vim, Xai abstrusum significat. Sed huius instituti vanitas arrogantiaque convicta penitus est, et ab iis irrisa magnopere qui ad considerandam discernendamque veritatem aliquo iudicio praediti sunt. Atque ex ipsis imprimis Constantii atque insequentium imperatorum temporibus ad hanc diem efficacissimum ad illos refellendos argumentum confici potest. Nam ad usque Constantium imperatorem Marthus nescio quae ac Marthana sorores de Elxai stirpe in illorum regione numinum instar ob eam originis dignitatem habitae sunt. Harum Marthus non ita pridem excessit e vita, Marthana in hanc diem superstes est. Utriusque vero vel sputa ipsa caeterasque corporis sordes illius tractus haeretici circumferre solebant ad morborum remedia. Quae tamen irrita erant omnia. Sed est haereticorum ge-

μένη. Ἦλ γὰρ παρ' Ἑβραίοις .... κεκρυμμένη."
3. πλάσας *Ios. Scaliger.*
4. εἶναι *infinitivum desiderat Petavius.*
Cap. II. — 1. ναυατίτιδι γῇ, τῇ καὶ περαίᾳ *edit. princ.*
2. *Repone* Σαμψαίων. *Ios. Scaliger volebat* Σεμψαίων. — *V. infra haer.* 53, 1.
3. *Libri habent* ἀποκεκαλυμμένην, *quod correxi.*
4. *Repone* Κωνσταντίνου, *et hic et in verbis sequentibus, ex auctoritate Nicetae, cuius verba supra adscripsi.*
5. Marthus *nomen mulieris apud Epiphanium est. Cf. haer.* 53, 1. Martho *vocatur apud alios scriptores.*

ρὸν ἀεὶ καὶ πρὸς ἀπάτην ἕτοιμον. Τυφλὸν γὰρ ἡ κακία, καὶ ἀσύνετον ἡ πλάνη. Καὶ ἕως ποῦ κατατρίβομαι τὰ περὶ τοῦ γόητος τούτου φθεγγόμενος, ὅσα τε κατὰ τῆς ἀληθείας κατεψεύσατο; πρῶτον μὲν διδάσκων ἀπαρνησιθεῖαν, καθ' ὑπόκρισιν βδελυρῶν θυσιῶν τῆς εἰδωλολατρείας μετέχειν λέγων, ἔπειτα δὲ ἀπατῶν τοὺς ἀκούοντας ἀρνεῖσθαι τὴν ἰδίαν πίστιν στόματι, καὶ μὴ ἔχειν ἁμαρτίαν φάσκων, ὡς εἶναι ἀθεράπευτον τὸ αὐτῶν πάθος, καὶ μὴ δυνάμενον διορθωθῆναι.

Κεφ. γ'. Εἰ γὰρ τὸ στόμα τὸ ὁμολογοῦν τὴν ἀλήθειαν προετοιμάζεται εἰς ψεῦδος, ἆρά γέ τις αὐτοῖς ἐμπιστεύσειε τὴν καρδίαν μὴ ἔχειν ἠπατημένην; ὁπότε διαρρήδην ἐκφάσκων ὁ θεῖος λόγος, ἐν πνεύματι ἁγίῳ διδάσκων, ὅτι καρδίᾳ πιστεύεται εἰς δικαιοσύνην, στόματι δὲ ὁμολογεῖται εἰς σωτηρίαν. Ἀλλὰ καὶ πάλιν δῆθεν μὲν Χριστὸν ὀνόματι ὁμολογεῖ, λέγων ὅτι, Χριστὸς ὁ μέγας βασιλεύς. Οὐ μὴν πάνυ γε κατείληφα ἐκ τῆς αὐτοῦ δολερᾶς καὶ παραπεποιημένης συντάξεως τῆς βίβλου τῆς αὐτοῦ ληρωδίας, εἰ περὶ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ὑφηγήσατο. Οὔτε γὰρ τοῦτο ὁρίζει, Χριστὸν δὲ ἁπλῶς λέγει, ὡς ἐξ ὧν κα-
pag. 12 τειλήφαμέν τινα ἕτερον σημαίνων ἢ προσδοκῶν. Κωλύει γὰρ εἰς ἀνατολὰς εὔξασθαι, φάσκων μὴ δεῖν προσέχειν οὕτως, ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα δὲ ἔχειν τὸ πρόσωπον ἐκ πάντων τῶν μερῶν, τοὺς μὲν ἀπ' ἀνατολῶν εἰς δύσιν προσέχειν τῇ Ἱερουσαλὴμ, τοὺς δὲ ἀπὸ δύσεως εἰς ἀνατολὴν τῇ αὐτῇ, τοὺς δὲ ἀπὸ νότου καὶ μεσημβρίας εἰς ἄρκτον, τοὺς δὲ ἀπ' ἄρκτου εἰς μεσημβρίαν, ὡς πανταχόθεν τὸ πρόσωπον ἄντικρυς εἶναι τῆς Ἱερουσαλήμ. Καὶ ὅρα τὴν τοῦ ἀπατεῶνος φρενοβλάβειαν. Ἀναθεματίζει μὲν γὰρ θυσίας καὶ ἱερουργίας, ὡς ἀλλοτρίας οὔσας θεοῦ καὶ μήτε ὅλως θεῷ ἐκ τῶν πατέρων καὶ τοῦ νόμου ποτὲ προσενεχθείσας, καὶ λέγει ἐκεῖ δεῖν εὔχεσθαι εἰς Ἱερουσαλὴμ, ὅπου ἦν τὸ θυσιαστήριον καὶ αἱ θυσίαι, ἀρνούμενος τὴν παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις σαρκοφαγίαν, καὶ τὰ ἄλλα, καὶ τὸ θυσιαστήριον, τό τε πῦρ ὡςεὶ θεοῦ ἀλλότριον· τὸ δὲ ὕδωρ εἶναι δεξιὸν, πῦρ δὲ ἀλλότριον εἶναι φάσκων διὰ τούτων τῶν λέξεων· Τέκνα, πορεύεσθε μὴ πρὸς τὸ εἶδος τοῦ πυρὸς, ὅτι πλανᾶσθε· πλάνη γάρ ἐστι τὸ τοιοῦτον. Ὁρᾷς γὰρ, φησὶν, αὐτὸ ἐγγυτάτω, καὶ ἔστιν ἀπὸ πόρρωθεν· μὴ πορεύεσθε πρὸς τὸ εἶδος αὐτοῦ, πορεύεσθε δὲ μᾶλλον ἐπὶ τὴν φωνὴν τοῦ ὕδατος. Καὶ πολλά ἐστι τὰ αὐτοῦ μυθολογήματα.

Κεφ. δ'. Εἶτα δὲ διαγράφει Χριστόν τινα εἶναι δύναμιν, οὗ καὶ τὰ μέτρα σημαίνει, εἰκοσιτεσσάρων μὲν σχοινίων τὸ μῆκος, ὡς μιλίων ἐννενηκονταὲξ, τὸ δὲ πλάτος σχοινίων ἓξ, [1] μιλίων εἰκοσιτεσσάρων, καὶ τὸ

Cap. IV. — 1. μιλίων om. cod. Venet.

nus fastuosum et obnoxium fraudi. Caeca enim nequitia omnis et prudentia destitutus error est. Verum quid attinet in huius impostoris rebus persequendis immorari diutius, aut ea narrare dogmata quae contra veritatem asseruit? Primum quod negare deum sequaces suos edocuit, cum execrandorum idololatriae sacrorum per simulationem participes esse suasit. Tum luculentius iisdem imposuit; cum ore tenus eiurari posse fidem, nec in eo crimen ullum esse dixit. Adeo ut insanabilis sit illorum morbus, nec ullum remedii genus admittat.

Cum enim os ipsum, quo confessio veritatis exprimitur, ad Cap. III.
mendacium subornetur, quis istis credat non vehementer ipsos decipi, cum perspicue divinis in literis ex sancti spiritus afflatu praescriptum sit: *Corde ad iustitiam credi, ore vero ad salutem confessionem* Rom. 10, 9.
fieri? Praeterea Christum licet nomine ipso fateatur, cum ita loquitur: Magnus rex est Christus, utrum id tamen de Christo Iesu domino nostro pronunciaverit, ex fraudulento illo adulterinoque libro, quem de nugis suis edidit, nondum animadvertere potui. Neque enim istud diserte significat, sed Christi nomen simpliciter appellat, quasi alterum, quantum intelligimus, indicet vel expectet. Nam et ad orientem converso vultu precari prohibet, negatque intentos in eam partem nos esse oportere, sed Hierosolymam versus undequaque prospicere. Ut qui ad orientem Hierosolymam respiciunt, in eam ad occasum faciem obvertant. Qui vero ad occidentem siti sunt, eodem ad orientem vergant, sic etiam septentriones contueantur qui ad austrum obiacent, austrum vero qui supra illam septentrionibus sunt propinquiores, quo undique Hierosolymitanam in urbem universorum ora coniecta sint. Sed circulatoris amentiam attende. Etenim sacrificia penitus condemnat, et a deo aliena esse pronunciat, simul negat illa unquam deo in lege vel patribus oblata. Et tamen Hierosolymam orantes intueri praecipit, ubi et altare quondam et sacrificia fuerunt; cum alioqui et Iudaeos improbet, qui carnibus vescerentur, nec non et altare ipsum, et ignem quasi a deo alienum. Nam aquam idem scitam ac bonam esse definit, ignem vero alienum quiddam, his verbis: Filii, nolite ad ignis speciem accedere, erratis enim, et istud ipsum error est. Nam cum illum in propinquo videas, abest tamen longius. Cavete igitur ad eius speciem accesseritis, quin potius ad aquae vocem accedite. Eiusmodi pleraeque sunt illius ineptiae.

Deinde Christum veluti vim quandam describit, cuius et men- Cap. IV.
suras exponit, longitudinis schoenos XXIV, hoc est milliaria XCVI, latitudinis schoenos VI, milliaria XXIV; nec minus portentose de

πάχος ὁμοίως τερατευόμενος, καὶ τοὺς πόδας, καὶ τὰ ἄλλα μυθολογήματα. Εἶναι δὲ καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα καὶ αὐτὸ θήλειαν, ὅμοιον τῷ Χριστῷ ἀνδριάντος δίκην ὑπὲρ νεφέλην, καὶ ἀναμέσον δύο ὀρέων ἑστώς. Καὶ τὰ ἄλλα σιωπήσω, ἵνα μὴ εἰς μυθολογίαν φαντασιάσω τὴν ἀκοὴν τῶν ἐντυγχανόντων. [2] Τισὶ δὲ λόγοις καὶ κενοφωνίαις ὕστερον ἐν τῇ βίβλῳ ἀπατᾷ λέγων, Μηδεὶς ζητήσῃ τὴν ἑρμηνείαν, ἀλλ' ἢ μόνον ἐν τῇ εὐχῇ [3] τάδε λεγέτω· καὶ αὐτὰ δῆθεν ἀπὸ Ἑβραϊκῆς διαλέκτου μετενέγκας· ὡς ἀπὸ μέρους κατειλήφαμεν οὐδὲν ὄντα τὰ παρ αὐτῷ φανταζόμενα. Φάσκει [4] γὰρ λέγειν, [5] Ἄβαρ, Ἀνὶδ, Μωῒβ, Νωχιλὲ, Δαασὶμ, Ἀνὴ, Δαασὶμ, Νωχιλὲ, Μωῒβ, Ἀνὶδ, [6] Ἄβαρ, Σελάμ.

pag. 43. *Ἅτινα ἑρμηνευόμενα ἔχει τὴν σαφήνειαν ταύτην· Παρελθέτω ταπείνωσις ἐκ [7] πατέρων μου, τῆς κατακρίσεως αὐτῶν, καὶ καταπατήματος αὐτῶν, καὶ πόνου αὐτῶν, καταπατήματι ἐν κατακρίσει διὰ τῶν πατέρων μου, ἀπὸ ταπεινώσεως παρελθούσης ἐν ἀποστολῇ τελειώσεως, ἐπ' αὐτῷ δὲ [8] πάντα πληροῦται ταῦτα, κεκένωται γὰρ αὐτοῦ ἡ δύναμις καὶ ἡ πλάνη. Εἰ δὲ ἓν ῥῆμα πρὸς ἓν θελήσει τις κατὰ λεπτολογίαν ἀκοῦσαι ἑρμηνευόμενον, καὶ τοῦτο οὐκ [9] ἂν ὀκνήσαιμεν ποιῆσαι, ἀλλ' εἰς καθῆκον κατὰ πάντα [10] τῶν βουλομένων λεπτολόγως ἀκούειν αὐτὰ δὴ τὰ ῥήματα αὐτοῦ καὶ τὰς αὐτῶν ἑρμηνείας ἄντικρυς παραθησόμεθα, καὶ ἔστιν οὕτως· Ἄβαρ, παρελθέτω, Ἀνὶδ, ταπείνωσις, Μωῒβ, ἡ ἐκ πατέρων μου, [11] Νωχιλὲ, τῆς κατακρίσεως αὐτῶν, Δαασὶμ, καὶ καταπατήματος αὐτῶν, Ἀνὴ, καὶ πόνου αὐτῶν, [12] Δαασὶμ, καταπατήματι, Νωχιλὲ, ἐν κατακρίσει, Μωῒβ, διὰ τῶν πατέρων μου, Ἀνὶδ, ἀπὸ ταπεινώσεως, Ἄβαρ, παρελθούσης, Σελὰμ, ἐν ἀποστολῇ τελειώσεως.*

Κεφ. ε΄. *Αὕτη γοῦν ἡ αἵρεσις ἡ τῶν Ὀσσηνῶν ἄνω προειρημένη, ἡ πολιτευομένη μὲν τὴν τῶν Ἰουδαίων πολιτείαν κατὰ τὸ σαββατίζειν τε καὶ περιτέμνεσθαι καὶ τοῦ νόμου ποιεῖν τὰ πάντα, μόνον δὲ [1] ἀπαγορεύει τὰς βίβλους ὁμοίως τοῖς Νασαραίοις. Σχίσμα δὲ ἐργάζεται αὕτη διαφερομένη πρὸς τὰς ἄλλας ἓξ τῶν αἱρέσεων τούτων. Ἀρκέσει γοῦν εἰς ἀνατροπὴν ταύτης τὸ εἶναι αὐτὴν ἀλλοτρίαν θεοῦ, τοῦ κυρίου σαφῶς λέγοντος ὅτι οἱ ἱερεῖς ἐν τῷ ἱερῷ βεβηλοῦσι τὸ σάββατον. Ἡ δὲ βεβήλωσις τοῦ σαββάτου τίς αὕτη; ἀλλ' ὅτι ἔργον οὐδεὶς εἰργάζετο ἐν τῷ σαββάτῳ, ἐν δὲ τῷ ἱερῷ θυσίαν οἱ ἱερεῖς ἐπιτελοῦντες ἔλυον τὸ σάββατον, βεβηλοῦντες διὰ τὴν ἐνδελεχῆ τῶν ζώων θυσίαν. Παρελεύσομαι καὶ ταύτην τὴν αἵρεσιν. Συνῆπται γὰρ οὗτος πάλιν ὁ Ἠλξαῒ τοῖς μετὰ τὸν Χριστὸν Ἐβιωναίοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς Ναζωραίοις,*

2. *Ita cod. Venet. Vulgo* τίσι.
3. ταῦτα *cod. Venet.*
4. γὰρ *om. cod. Venet.*
5. αβαρ. ανιδ. μωιβ. νωχιλε. δασιμ. ανηδαα. σιν. νωχιλε. μωιβ. ἀνιδ. ἀμερ. σελάμ. *cod. Venet.*
6. ἄβερ *cod. Rhedig.*
7. τῶν πατέρων *cod. Venet.*
8. πληροῦται πάντα *cod. Venet.*
9. ἂν *non habet cod. Venet.*
10. τῷ βουλομένῳ *suspicatus est Petavius. At recte ille genetivus, qui pendet*

Κεφ. δ'. [1]Προύνικον ἐὰν εἴπωσι, τὸ ὅλον ἐστὶν ἡδυπαθείας καὶ [2]ἐκκαρδίας ἐξεύρεσις. Πᾶν γὰρ τὸ προυνικευόμενον λαγνείας ὑποφαίνει τὸ ἐπώνυμον, φθορᾶς δὲ τὸ ἐπιχείρημα. Ἐπὶ [3]τοῖς γὰρ τὰ σώματα διακορεύουσιν Ἑλληνική τίς ἐστιν ἡ λέξις τό, [4]Ἐπρουνίκευσε ταύτην· ὅθεν καὶ ἐν μύθοις ἀναγράφουσιν οἱ τὰ Ἑλληνικὰ συγγραψάμενοι Ἑλλήνων ἀπατεῶνες περὶ κάλλους λέγοντες οὕτως ὅτι, Κάλλος προύνικον: Ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ Καυλαυκαὺχ τίς τῶν γινωσκόντων οὐ καταγελάσειεν, ὅτι
pag. 79. τὰς Ἑβραϊστὶ καλῶς εἰρημένας λέξεις, καὶ Ἑλληνιστὶ καλῶς ἑρμηνευθείσας, καὶ νῦν παρὰ τοῖς Ἑλληνιστὶ ἀναγινώσκουσι φανερὰς οὔσας, καὶ οὐδὲν σκολιὸν ἐχούσας, αὐτοὶ εἰς εἰδωλοποιΐας τε καὶ εἰς μορφὰς καὶ εἰς [5]ἐνυποστατικὰς ἀρχάς, καὶ ὡς εἰπεῖν ἀνδριαντοπλασίας, τοῖς ἀφελέσι διὰ φαντασίας τὴν πλάνην ὑποσπείροντες ἀνατυποῦσιν εἰς τὴν τῆς αἰσχρᾶς αὐτῶν καὶ μυθώδους τέχνης ὑποσποράν; Καυλαυκαὺχ γὰρ ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ γέγραπται, λέξις τις οὖσα ἐν τῇ δωδεκάτῃ ὁράσει, ἔνθα λέγει, Θλῖψιν ἐπὶ θλίψει, ἐλπίδα ἐπ' ἐλπίδι· ἔτι μικρόν, ἔτι μικρὸν

3. αὐτῷ cod. *Vatic. et edit. Petav.* αὐτῇ cod. *Rhedig. et edit. princ.*

4. ἐξ ὀνόματος cod. *Vatic.* ἐπ' ὀνόματος cod. *Rhedig. et edit. princ.*

5. *Rescripsi* φασὶ *pro* φησί, *quod in libris vulgo invenitur.*

6. καυλαυκαὺκ cod. *Vatic.*

7. ἐχέγγυα cod. *Vatic.* καὶ ἐχέγγυα cod. *Rhedig. et editi libri.*

Cap. IV. — 1. *Cf. cum hoc capite quae disputat infra haer.* 37, 6.

2. ἐκ καρδίας cod. *Rhedig. Cornarius vertit* „id totum est voluptatis ex corde excogitatio.“

ticulatim agemus, subtilius disseremus, non ut audientium legentiumve sensus inquinemus, sed ut prudentioribus vehementius adversus illos odium pessimorumque facinorum detestationem iniicere possimus. Neque vero scelestos illos calumniose traducimus, sed quae ab ipsis geruntur, ea uti se res habet palam omnibus exponimus. Sunt et ex illis aliqui qui Ialdabaoth praecipue colunt, eumque Barbelonis priorem natu filium esse praedicant, ideoque habendus ei honor est, inquiunt, quod recondita multa patefecit. Hinc est quod certos libros Ialdabaoth nomine inscriptos ac commentitios habent, nec non barbaras Principum, ut asserunt, ac Potestatum per unumquodque coelum appellationes innumeras, qui omnes hominum animis sunt contrarii. Sane ingens humano generi fraus est ex istiusmodi hominum errore comparata. Alii Caulaucauch cuidam eandem venerationem deferunt, quo nomine unum ex Principibus appellant. Quibus vocum terriculis commentitiisque ac barbaris appellationibus imperitis hominibus imponere conantur. Sed peritioribus, et iis qui cuiuscumque nominis ac propositae rei notitiam per divinam quandam scientiam eiusdem sunt dei beneficio consecuti quid facilius quam ista fabulosorum ab illis errorum conficta dogmata refellere?

Cum enim Prunicum nominant, nihil ea vox aliud quam voluptatum excogitatas illecebras indicat. Nam quicquid *προυνικευόμενον* dicitur, id venereae libidinis significationem et tentatam ab aliquo corruptelam demonstrat. Nam ad eorum facinus, qui puellis stuprum offerunt, Graecorum usitata vox est *ἐπρουνίκευσε ταύτην*, hoc est stuprum huic obtulit. Unde etiam impostores illi qui de rebus Graeciae scripserunt, cum de pulchritudine mentionem faciunt, *κάλλος προύνικον* appellant. Quod vero ad vocem Caulaucauch attinet, quis eorum qui nominis huius potestatem noverit risum tenere possit, cum istos videat vocabula quaedam Hebraice bene concepta, nec minus commode Graece reddita, ab iisque qui Graece legunt plane intellecta, cum difficile nihil habeant, haec illos tamen exprimendis suis idolis accommodare, hoc est inanibus formis ac subsistentibus principiis et, ut ita dicam, simulacrorum figmentis, dum vana illa nominum ambitione rudiorum mentibus errorem suum aspergunt, quo turpem illam ac fabulosam artem latius dissipent? Etenim vox illa Caulaucauch apud Esaiam scripta legitur in duodecima visione, cum ita loquitur: *Tribulationem super tribulatione, spem su-* Esai. 28, 10.

Cap. IV.

3. τοῖς *cod. Vatic. et edit. princ.* τούτοις *cod. Rhedig. et ed. princ.*
4. προυνικεῦσαι ταύτην *cod. Vatic.* — *Cf. etiam Nicetas Choniates Thes. Orthod. Fid. IV, 2., qui eadem tradit.*
5. *Repono* ἀνυποστατικάς.

προςδέχου. Ὡς καὶ αὐτὰ τὰ Ἑβραϊκὰ ῥήματα τελειότατα ἐνταῦθα παραθήσομαι αὐταῖς λέξεσιν, ὥς ἐστι γεγραμμένον. Τὸ γὰρ [6] Σαυλασαῦ Σαυλασαῦ ἑρμηνεύεται θλίψις ἐπὶ θλίψιν, Καυλακαὺκ Καυλακὰκ ἐλπὶς ἐπ' ἐλπίδι, Ζιηρσὰμ Ζιηρσὰμ ἔτι μικρὸν, ἔτι μικρὸν προςδέχου. Ποῦ οὖν ἡ τούτων μυθολογία; ποῦ ἡ κίσσησις τῆς φαντασιολογίας; πόθεν τῷ κόσμῳ τὰ ζιζάνια; τίς ὁ ἀναγκάσας εἰς ἑαυτοὺς ἐπισπάσασθαι ὄλεθρον τοὺς ἀνθρώπους; Εἰ μὲν γὰρ γινώσκοντες μετεποίησαν τὰς ὀνομασίας εἰς φαντασίαν ἀπωλείας, ἑαυτοῖς προφανῶς αἴτιοι γεγόνασιν· εἰ δὲ ἀγνοοῦντες ἃ μὴ ᾔδεισαν ἔφασαν, οὐδὲν αὐτῶν ἀθλιώτερον. Μωρὰ γὰρ ταῦτα ὡς ἀληθῶς, καὶ παντὶ τῷ σύνεσιν κεκτημένῳ ἐν θεῷ ἔνεστιν ἰδεῖν. Ἡδυπαθείας γὰρ χάριν ἑαυτούς τε καὶ τοὺς πειθομένους ἀπώλεσαν καὶ ἀπολλύουσι. Πνεῦμα γάρ ἐστι πλάνης ὥςπερ φύσημα ἐν αὐλῷ διαφόροις κινήμασιν ἕκαστον τῶν ἀφρόνων κινοῦν κατὰ τῆς ἀληθείας. Καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς ὁ αὐλὸς μίμημά ἐστι τοῦ δράκοντος, δι' οὗ ἐλάλησεν ὁ πονηρὸς καὶ ἠπάτησε τὴν Εὔαν. Ἀπὸ τοῦ τύπου γὰρ ἐκείνου κατὰ μίμησιν ὁ αὐλὸς τοῖς ἀνθρώποις εἰς ἀπάτην κατεσκευάσθη. Καὶ ὅρα τὸν τύπον ὃν αὐτὸς ὁ αὐλῶν ἐν τῷ αὐλῷ ποιεῖται. Αὐλῶν γὰρ ἄνω ἀνανεύει [7] καὶ κάτω κατανεύει, δεξιά τε κλίνει καὶ εὐώνυμα ὁμοίως ἐκείνῳ. Τούτοις γὰρ καὶ ὁ διάβολος τοῖς σχήμασι κέχρηται, ἵνα κατὰ τῶν ἐπουρανίων ἐνδείξηται τὴν βλασφημίαν, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς ἀφανισμῷ ἀφανίσῃ, καὶ ὁμοῦ συμπεριλάβῃ τὴν οἰκουμένην, δεξιά τε καὶ εὐώνυμα λυμαινόμενος τοὺς τῇ πλάνῃ πειθομένους τε καὶ
pag. 60. θελγομένους, ὥςπερ διὰ μουσικοῦ ὀργάνου ταῖς φωναῖς ταῖς πεπλανημέναις.

Κεφ. ε΄. Ἄλλοι δέ τινες ἐξ αὐτῶν κενά τινα ὀνόματα ἀναπλάττουσι, λέγοντες ὅτι, Σκότος ἦν καὶ βυθὸς καὶ ὕδωρ, τὸ δὲ πνεῦμα ἀνὰ μέσον τούτων διορισμὸν ἐποιήσατο αὐτῶν· τὸ δὲ σκότος ἦν χαλεπαῖνόν τε καὶ ἐγκοτοῦν τῷ πνεύματι, ὅπερ σκότος ἀναδραμὸν περιεπλάκη τῷ πνεύματι· καὶ ἐγέννησε, [1] φασί, τινὰ Μήτραν καλουμένην, ἥτις γεννηθεῖσα ἐνεκίσσησεν ἐν αὐτῷ τῷ πνεύματι. Ἐκ δὲ τῆς Μήτρας προεβλήθησάν τινες τέσσαρες Αἰῶνες, ἐκ δὲ τῶν τεσσάρων Αἰώνων ἄλλοι δεκατέσσαρες, καὶ γέγονε Δεξιά τε καὶ Ἀριστερὰ, Φῶς καὶ Σκότος. Ὕστερον δὲ μετὰ πάντας τούτους προβεβλῆσθαί τινα αἰσχρὸν Αἰῶνα, μεμῖχθαι δὲ τοῦτον τῇ Μήτρᾳ τῇ ἄνω προδεδηλωμένῃ, καὶ ἐκ τούτου τοῦ Αἰῶνος τοῦ αἰσχροῦ καὶ τῆς Μήτρας γεγονέναι θεούς τε καὶ [2] ἀγγέλους καὶ δαί-

6. *Ita cod. Vatic. et ed. Petav.* σαυλᾶ οὐ αὖ σαυλασαῦ *cod Rhedig. et edit. princ.*

7. καὶ κάτω κατανεύει (κατανέβη *cod. Vatic.*) *e cod. Vaticano supplevit Petavius.*

per spe: adhuc paululum, paululum adhuc expecta. Quare ipsamet Hebraica verba totidem ut illic leguntur descripta syllabis hoc loco subiiciam. Quippe Tsau latsau Tsau latsau *tribulationem super tribulationem* significat, Caulacau Caulacac *spem super spem,* Zeer scham Zeer scham *adhuc paululum, paululum adhuc expecta.* Ubinam igitur est illorum commentum? Ubi vanissimum illud somnium fetus instar ab istis conceptum? Unde haec in mundo zizania? Quaenam genus hoc hominum necessitas coëgit, sibi ut voluntarium exitium consciscerent? Si enim eiusmodi vocabula cum eorum vim intelligerent perniciosa ludificatione detorserunt, manifeste sibimetipsis mali auctores fuerunt: sin per ignorantiam quae nescirent usurpaverint, nihil his fingi potest infelicius. Stolida quippe sunt haec atque ridicula, quae quisquis divinitus prudentiam nactus sit nullo negotio pervideat. Siquidem voluptatis gratia cum seipsos, tum quos habent sectatores perdiderunt perduntque quotidie. Et quidem erroris ille spiritus quidam velut in tibia flatus est, qui unumquemque insipientium hominum diversis contra veritatem agitationibus commovet. Atque adeo tibia serpentis figuram imitari videtur, per quem malus daemon locutus est, atque Evam decepit. Ad cuius exemplar expressa et ad humanum genus illudendum confecta tibia est. Tu vero et illam mihi effigiem intuere quam qui tibia canit in sese repraesentat. Hic enim sursum faciem attollit, ac deorsum demittit, tum ad dextra sinistraque perinde ut ille vergit. Quippe diabolus iisce gestibus utitur, ut contumeliam in superos ostentet, et quae in terra sunt funditus evertat, totumque adeo terrarum orbem eodem exitio comprehendat, dum dextra pariter ac sinistra perniciem iis affert qui in eius se fraudem committunt, ac sic tanquam musico instrumento fraudulentis illius sermonibus afficiuntur.

Sunt et alii quidam ex haereticorum illorum grege, qui inania quaedam nomina confingunt, itaque dicunt: Initio tenebras ac voraginem et aquam fuisse, quae a se invicem spiritus secreverit. Verum tenebrae contra spiritum iracundia ac furore percitae sursum excurrentes cum eo congressae sunt. Inde Matrix nescio quae genita prodiit, quae eiusdem Spiritus consuetudinem appetiit. Ex eaque quatuor Aeones producti sunt. Ab his XIV alii procreati. Item Dextra Sinistraque, nec non Lumen ac Tenebrae. Secundum hos omnes turpem quendam Aeonem editum narrant, eumque cum ea quam paulo ante diximus Matrice coiisse, et ab utroque deos atque Cap. V.

Abest a cod. Rhedig. et ed. princ.
Cap. V. — 1. *Libri vulgo* φησι.
2. ἀγγέλους *cod. Vatic. Rhedig.* τοὺς ἀγγέλους *libri editi.*

μονας καὶ ἑπτὰ πνεύματα. Φωρατὴ δὲ τούτων ἡ τῆς πλάνης μιμολογία. Ἀπ' ἀρχῆς γὰρ ἕνα πατέρα λέγοντες καὶ ὁριζόμενοι ὕστερον πολλοὺς θεοὺς ὑπέφηναν, εἰς τὸ δεῖξαι αὐτὴν τὴν πλάνην καθ' ἑαυτῆς τὰ ὑπ' αὐτῆς ψευδῆ λεγόμενα ὁπλίζειν, ἑαυτὴν δὲ λύειν, τῆς ἀληθείας ἀεὶ ἐκ παντὸς μέρους εὑρισκομένης.

Κεφ. ϛ'. Τί τοίνυν εἴπω πρὸς σὲ, ὦ Νικόλαε; τί διαλεχθήσομαι; πόθεν, ὦ οὗτος, ἥκεις φέρων ἡμῖν αἰσχρὸν Αἰῶνα, καὶ ῥίζαν πονηρίας, καὶ Μήτραν γεννητικὴν, καὶ θεοὺς πολλοὺς, καὶ δαίμονας; Ὁ γὰρ ἀπόστολος φήσας, Εἴπερ εἰσὶ λεγόμενοι θεοὶ, οὐκ εἶναι τούτους ὑποφαίνει. Ἐν τῷ γὰρ εἰπεῖν Λεγόμενοι ἔδειξεν αὐτοὺς ἐν τῷ λέγεσθαι μόνον εἶναι, μὴ ὄντας τῇ ὑποστάσει, ἀλλὰ διὰ τῆς τινων ὑπολήψεως. Ἡμῖν δέ, φησὶν, εἷς θεὸς, δηλονότι τοῖς τὴν γνῶσιν τῆς ἀληθείας ἐπισταμένοις. Καὶ οὐκ εἶπε λεγόμενον θεὸν, ἀλλὰ ὄντα θεόν. Εἰ δὲ ἡμῖν εἷς θεὸς, οὐκέτι πολλοὶ θεοί. Καὶ ὁ κύριος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ φησὶν, Ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν θεὸν, ἵνα ἀνατρέψῃ τὴν διάνοιαν τῶν τὰ μυθώδη λεγόντων καὶ νομιζόντων εἶναι πολυθεΐαν. Εἷς γὰρ ἡμῶν ἐστιν ὁ θεὸς, πατὴρ καὶ υἱὸς καὶ ἅγιον πνεῦμα, τρεῖς ὑποστάσεις, μία κυριότης, μία θεότης, μία δοξολογία, καὶ οὐ πολλοὶ
pag. 81. θεοί. Ποῦ δὲ πληροῦται κατὰ σὲ, ὦ Νικόλαε, τὸ ὑπὸ τοῦ σωτῆρος εἰρημένον ὅτι, Εἰσὶν εὐνοῦχοι οἵτινες εὐνουχίσθησαν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, καί εἰσιν εὐνοῦχοι οἳ ἐκ [1]γενετῆς ἐγεννήθησαν, καί εἰσιν εὐνοῦχοι οἵτινες εὐνούχισαν ἑαυτοὺς διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν; Εἰ τοίνυν εὐνοῦχοί εἰσι διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, πῶς σὺ σεαυτὸν πεπλάνηκας, καὶ τοὺς σοι πειθομένους διὰ λαγνείας καὶ αἰσχροποιΐας τὴν ἀλήθειαν τοῦ θεοῦ ἐν ἀδικίᾳ κατέχων καὶ διδάσκων; Ποῦ δὲ παρὰ σοὶ πεπλήρωται τὸ, Περὶ τῶν παρθένων [2]δὲ ἐπιταγὴν κυρίου οὐκ ἔχω, γνώμην δὲ δίδωμι ὡς ἠλεημένος, τὸ καλὸν οὕτως εἶναι. Καὶ πάλιν, Ἡ παρθένος μεριμνᾷ τὰ τοῦ κυρίου πῶς ἀρέσει τῷ κυρίῳ, ἵνα ᾖ ἁγία ἐν σώματι καὶ ἐν πνεύματι. Καὶ πόσα ἔστι περὶ ἁγνείας καὶ ἐγκρατείας καὶ παρθενίας λέγειν; Παρὰ σοῦ γὰρ ὁ πᾶς βόρβορος τῆς ἀκαθαρσίας ἀναισχύντως ὁρίζεται. Ἀλλὰ διὰ τῶν δύο ἢ τριῶν τούτων ῥητῶν τῆς καταγελάστου αἱρέσεως πρὸς ἀνατροπὴν τοῖς ἐντυγχάνουσιν ὁ σκοπὸς ἐνταῦθά μοι παρακείσθω.

Κεφ. ζ'. Προιὼν δὲ καθεξῆς τὴν τούτῳ συνεζευγμένην αἵρεσιν ὥσπερ χορτομανήσασαν ὕλην, ἢ δάσος ἀκανθῶν πανταχόθεν [1]συνηνωμένων, ἢ

Cap. VI. — 1. *Vulgo mendose in libris* γεννητοῖς. 2. δὲ *om. cod. Vatic.*
Cap. VII. — 1. συνηνωμένων *rescripsi*

angelos et daemones, ac septem spiritus ortum habuisse. Sed histrionica illa figmenta nullo negotio deteguntur. Nam cum unum initio patrem definiant, subinde plures deos ostendunt, ut ipsummet errorem sua contra se quodammodo armare mendacia commonstrent, ac seipsum evertere; cum interim omni ex parte perspicua veritas appareat.

Quid est igitur, Nicolae, tibi quod opponam? quidnam dispu- Cap. VI.
tabo? Unde nobis turpem illum nescio quem Aeonem ac nequitiae radicem, et fecundam illam Matricem ac denique plures deos ac daemones invehis? Nam quod ad apostolum attinet cum iis verbis uti-
tur, *Si sunt qui appellantur dii*, eos nusquam esse significat. Cum 1. Cor. 8, 5.
enim, *Qui appellantur*, dicit, sola illos appellatione constare, cum reipsa minime subsistant, nec aliter quam quorundam opinione docuit. *Nobis vero deus*, inquit, *unus est*, nobis, inquam, qui veritatis sumus cognitione praediti. Nec qui appellaretur, sed qui revera esset deus, adiunxit. Quod si unus nobis est deus, plures omnino esse non possunt. Accedit et Christi in evangelio dictum
illud: *Ut cognoscant te solum verum deum*. Quo istiusmodi hominum, Ioann. 17, 3.
qui fictas fabulas ac multiplicem divinitatem commenti sunt, sensus ac cogitationes everteret. Unus enim nobis est deus, pater, filius, et spiritus sanctus, personae tres, una dominatio, divinitas una, una laudis omnibus gloriaeque praedicatio: proinde nequaquam plures dii sunt. Iam illud, quod usurpatum a domino est, quomodo
te, Nicolae, tandem auctore perficitur? *Esse quosdam eunuchos qui* Matth.
ab hominibus castrati sunt, et alios esse qui tales a nativitate prodie- 19, 12.
rint, alios denique qui se regni coelestis caussa castraverint. Quod si nonnulli coelestis regni gratia facti sunt eunuchi, cur temetipsum
tuosque discipulos libidine ac foedissima voluptate decipis, *divinam-* Rom. 1, 18.
que veritatem per summam iniustitiam retines, ac perperam docendo
depravas? Istud porro quo tandem pacto apud te geritur? *De vir-* 1. Cor. 7, 34.
ginibus praeceptum domini non habeo; consilinm autem do, tanquam misericordiam consecutus, ita bonum esse: ac rursum: *Virgo sollicita est de iis quae sunt domini, quomodo placeat domino, ut sancta sit corpore ac spiritu?* Quam multa de castitate, continentia ac virginitate dici possunt! Nam apud te impuritatis omne coenum sine ullo pudore praefinitur. Verum duabus illis tribusve sententiis, quem mihi scopum evertendae ridiculae huius sectae praefixeram, hactenus lectoribus exposuisse sufficiat.

Deinceps itaque affinem huic haeresin, velut luxuriantem her- Cap. VII.
bam, aut spinarum densissimam copiam undique collectam, aut ligno-

pro συνηνωμένην, *Cornarium secutus, qui vertit* „spinarum undequaque c o u n i t a r u m densitatem." *Petavio placuit* συνηνωμένον.

κατεξηραμμένην ἐν ἀγρῷ πληθὺν ξύλων τε καὶ φρυγάνων εἰς κατάκαυσιν ἑτοιμαζομένην ὑποδείξω, διὰ τὸ τῇ αὐτῇ αἱρέσει τοῦ ἐλεεινοῦ Νικολάου, ὥςπερ δι' ἐγκεντρισμοῦ ἢ ψώρας ἀγρίας ἢ λέπρας ἐξ ἑτέρων σωμάτων ἕτερα σώματα, παραφθείρεσθαι. Οὕτω ἀπὸ μέρους εἰσὶ συνηνωμένοι οἱ λεγόμενοι ἐξ αὐτοῦ καὶ τῶν πρὸ αὐτοῦ, Σίμωνος δέ φημι καὶ τῶν ἄλλων, λαβόντες τὰς προφάσεις Γνωστικοὶ καλούμενοι, κατάγνωστοι δὲ τὸ πᾶν διὰ τὴν ἐν τοῖς πράγμασι τῆς ἀκαθάρτου ἐργασίας αὐτῶν μοχθηρίαν καὶ αἰσχρουργίαν. Ὡς ἀληθῶς γὰρ καὶ τοῦτον πρὸς ὀλίγον ἐγκρατευσάμενον, εἶτα ἀποστάντα τῆς ἐγκρατείας, δίκην ὕδρωπος τοῦ ἑρπετοῦ καλουμένου ἐξ ὑδάτων εἰς γῆν ἀνελθόντος καὶ εἰς ὕδωρ αὖθις ἀναστρέψαντος, καλάμῳ τῷ ἐν χειρὶ δοθέντι Χριστοῦ παίσαντες καὶ ὀλέσαντες ἐπὶ τὰς ἑξῆς αἱρέσεις βαδίσωμεν.

pag. 82.

ΚΑΤΑ ΤΩΝ ΛΕΓΟΜΕΝΩΝ ΓΝΩΣΤΙΚΩΝ, ἕκτη, ἡ καὶ εἰκοστὴ ἕκτη.

Κεφ. α'. Πάλιν οὗτοι οἱ Γνωστικοὶ διαφόρως ἀπὸ τούτου φυόμενοι ἠπατημένοι ἄνθρωποι, ὥςπερ ἀπὸ πικρίας καρποὶ, ὡς παντί τῳ δῆλόν ἐστι καὶ φωρατὸν πρὸς δοκιμὴν ἀληθείας, οὐ μόνον εἴποιμι πιστοῖς, ἀλλὰ τάχα καὶ ἀπίστοις, ἐν τῷ κόσμῳ ἐβλάστησαν. Τὸ γὰρ μήτραν [1] καὶ αἰσχρότητα λέγειν, καὶ τὰ ἄλλα, πῶς οὐχὶ καταγέλαστα φανείη πᾶσιν ἀνθρώποις, Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις, σοφοῖς τε καὶ ἀνοήτοις; Πολλὴ δὲ συμφορὰ καὶ μεγίστη, ὡς εἰπεῖν, ταλαιπωρία, τοὺς ἐν καταγνώσει καὶ ἐν πλάνῃ ἐπισείεσθαι ἡμῖν τῶν αἱρέσεων ἀρχηγοὺς καὶ ἐπανίστασθαι ὥςπερ κνωδάλων πλῆθος, ὀχλήσεις τε καὶ δυςοδμίας, κνισμούς τε καὶ ἐπεντριβὰς ἡμῖν ἐμποιοῦντας διὰ τῆς τοῦ μυθοποιοῦ πλάνης. Οὗτοι δὲ οἱ τούτῳ τῷ Νικολάῳ συνεζευγμένοι, πάλιν ἀπ' αὐτοῦ ὡς ἀπὸ ουρίου ὠοῦ ὄφεως σκορπίοι ἢ ἐξ ἀσπίδων γεγεννημένοι, τινὰ ἡμῖν παρειςφέρουσι κενοφωνίας ὀνόματα καὶ βίβλους πλάττουσι, Νωρίαν τινὰ βίβλον καλοῦντες, καὶ ἐξ ὑπονοίας Ἑλληνικῆς δεισιδαιμονίας μεταποιοῦντες τὴν παρ' αὐτοῖς τοῖς Ἕλλησι μυθώδη ῥαψῳδίαν καὶ φαντασίαν οὕτω τὸ ψεῦδος τῇ ἀληθείᾳ παραπλέκουσι. Ταύτην γάρ φασι τὴν Νωρίαν εἶναι τοῦ Νῶε γυναῖκα. Καλοῦσι δὲ Νωρίαν, ὅπως τὰ [2] Ἑλληνικῶς παρὰ τοῖς Ἕλλησι ῥαψῳδηθέντα αὐτοὶ βαρβαρικοῖς ὀνόμασι μεταποιήσαντες τοῖς ἠπατημένοις παρ' αὐτῶν φαντασίαν ἐργάσωνται, ἵνα δὴ καθ' ἑρμηνείαν ποιήσωσι τὸ τῆς [3] Πύῤῥας ὄνομα, Νωρίαν τοῦτο ὀνομάζοντες, ἐπειδὴ γὰρ Νουρὰ ἐν τῇ Ἑβραΐδι πῦρ οὐ κατὰ τὴν

Cap. I. — 1. *Suspicor* κατ' αἰσχρότητα. 2. Ἑλληνικῶς, *quod Petavius ex cod. Vatic. recepit, non est in cod. Rhedig. et edit. princ.* 3. πυῤῥᾶς *cod. Vatic.*

rum in agro virgultorumque desiccatam congeriem et ad incendium praeparatam in medium proferam, eo quod eadem illa perditi Nicolai secta, tanquam insitione quadam, vel potius uti ferae scabiei ac leprae contagione alia ex aliis corpora, sic hominum tentantur ac corrumpuntur animi. Hoc itaque modo cum superiore haeresi cohaerens ex aliqua parte, qui a Nicolao ipso eiusque antecessoribus, Simone ac caeteris, occasionem nacti Gnostici nominantur, *κατάγνωστοι* hoc est damnandi penitus, propter impurissimi flagitii quod perpetrare solent turpitudinem ac nequitiam. Quamobrem cum nos illum hactenus continentiae ad breve tempus cultorem, ac subinde desertorem, et hydropis similem (quod serpentis genus ex aquis in terram emergit, et eodem postea se recipit) calamo, qui Christo in manum traditus est, percussum confecerimus, reliquas ad haereses orationem nostram promovebimus.

ADVERSUS GNOSTICOS,
quae est haeresis VI., sive XXVI.

Rursum Gnostici isti varie ab illo propagati in mundo pullularunt, homines erroribus implicati, ac velut ex amaritudine procreati fructus, quemadmodum cuivis perspicuum est, et ad veritatis probationem non solum a fidelibus, sed etiam ab infidelibus deprehendi nullo negotio potest. Etenim vulvam, ac turpitudinem, caeteraque id genus in sermone iactare, nonne ridiculum mortalibus omnibus Graecis perinde ac barbaris, sapientibus insipientibusque videbitur? Sed haec magna prorsus calamitas, ac vehemens, ut ita dicam, infelicitas est, damnatos illos, et errore deceptos sectarum artifices incitari contra nos atque insurgere, velut foedas quasdam bestias, quae molestiam nobis ac foetorem et pruritum confictis illis suis mendaciis afferant. Ergo isti cum Nicolao coniuncti, et ab eo velut subventaneo serpentis ovo scorpii sive aspidibus prognati, quaedam nobis inaniter sonantia nomina librosque commenti sunt, velut inter caeteros quem Noriam appellant, atque ex superstitiosis gentilium opinionibus conformatis ad institutum suum nugis illis ac fabulis veritati mendacium admiscent. Quippe Noriam istam Noëmi coniugem faciunt. Quam idcirco Noriam vocant, ut quae a gentilibus concinnata sunt barbaris vocibus dissimulantes circumventis a se hominibus facilius illudant, quo quidem pacto, ut Pyrrhae vocabulum interpretando redderent, Noriae appellationem indiderunt. Nam cum Nura apud Hebraeos ignem, non illa quidem secretiore lingua, sed Sy- Cap. I.

βαθεῖαν γλῶσσαν ἑρμηνεύεται, ἀλλὰ καὶ Συριακῇ διαλέκτῳ. [4] Ἡσαὺθ γὰρ τὸ πῦρ παρὰ Ἑβραίοις καλεῖται [5] κατὰ τὴν βαθεῖαν γλῶσσαν. Τούτου χάριν αὐτοῖς συμβέβηκε κατὰ ἄγνοιαν καὶ ἀπειρίαν τῷ ὀνόματι τούτῳ κεχρῆσθαι. Οὔτε γὰρ [6] Πύρρα ἡ παρ' Ἕλλησιν, οὔτε Νωρία ἡ παρὰ τούτοις μυθευομένη, ἀλλὰ [7] Βαρθενὼς τῷ Νῶε γέγονε γυνή. Καὶ οἱ Ἕλληνες γάρ φασι τὴν Δευκαλίωνος γυναῖκα Πύρραν καλεῖσθαι. Εἶτα τὴν αἰτίαν ὑποτίθενται οὗτοι οἱ τὰ τοῦ Φιλιστίωνος ἡμῖν αὖθις
pag. 83. *προςφερόμενοι, ὅτι πολλάκις [8] βουλομένη μετὰ τοῦ Νῶε ἐν τῇ κιβωτῷ γενέσθαι οὐ συνεχωρεῖτο, τοῦ ἄρχοντος, [9] φασὶ, τοῦ τὸν κόσμον κτίσαντος βουλομένου αὐτὴν ἀπολέσαι σὺν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἐν τῷ κατακλυσμῷ. Αὐτὴν δέ φασιν ἐπικαθιζάνειν ἐν τῇ λάρνακι, καὶ ἐμπιπρᾶν αὐτὴν, οὐχ ἅπαξ, οὐδὲ δὶς, ἀλλὰ πολλάκις, καὶ πρῶτον, καὶ δεύτερον, καὶ τρίτον. Ὅθεν δὴ εἰς ἔτη πολλὰ ἐλήλακεν ἡ τῆς αὐτοῦ τοῦ Νῶε λάρνακος κατασκευὴ, διὰ τὸ πολλάκις αὐτὴν ὑπ' αὐτῆς ἐμπεπρῆσθαι. Ἦν γὰρ, φασὶν, ὁ Νῶε πειθόμενος τῷ ἄρχοντι, ἡ δὲ Νωρία ἀπεκάλυψε τὰς ἄνω δυνάμεις καὶ τὴν ἀπὸ τῶν δυνάμεων Βαρβηλὼ τὴν ὑπεναντίαν τῷ ἄρχοντι, ὡς καὶ αἱ ἄλλαι δυνάμεις, καὶ ὑπέφαινεν, ὅτι [10] δεῖ τὰ συληθέντα ἀπὸ τῆς ἄνωθεν μητρὸς διὰ τοῦ ἄρχοντος τοῦ τὸν κόσμον πεποιηκότος καὶ τῶν ἄλλων τῶν σὺν αὐτῷ θεῶν τε καὶ ἀγγέλων καὶ δαιμόνων συλλέγειν ἀπὸ τῆς ἐν τοῖς σώμασι δυνάμεως, διὰ τῆς ἀπορροίας ἀρρένων τε καὶ θηλειῶν.*

Κεφ. β'. *Καὶ ἁπλῶς περικακῶ τὴν πᾶσαν τούτων τοῦ σκότους πήρωσιν ὑποδεικνύων. [1] Πολὺν γὰρ χρόνον ἀναλώσαιμι ἂν, εἰ ἐνταῦθα τὴν περὶ τούτων γενομένην σύνταξιν ἐθελήσω λεπτολογῆσαι, τὰ ἄτοπα αὐτῶν τῆς ψευδωνύμου γνώσεως διδάγματα καθ' ἑκάστην ὑφηγούμενος. Ἄλλοι δὲ ἐξ αὐτῶν διαφόρως πάλιν ἐπεντριβόμενοι τάς τε ὄψεις [2] ἀνθρώπων κρούοντες καὶ περικρουόμενοι Βαρκαββᾶν τινα προφήτην παρειςάγουσιν, ἄξιον τοῦ αὐτῶν ὀνόματος. Καββᾶ γὰρ ἑρμηνεύεται πορνεία κατὰ τὴν Συριακὴν διάλεκτον, φονοκτονία δὲ κατὰ τὴν Ἑβραϊκήν. Καὶ πάλιν ἑρμηνεύεται τετάρτη μοῖρα τοῦ μέτρου. Χλεύης δὲ καὶ γέλωτος τὸ τοιοῦτον, μᾶλλον δὲ σχετλιασμοῦ ἄξιον παρὰ τοῖς τὸ ὄνομα τοῦτο ἐπισταμένοις κατὰ τὰς ἰδίας γλώσσας. Φέρουσι δὲ ἡμῖν ἐκ τούτου τοῦ θαυμασιωτάτου προφήτου διήγησιν αἰσχρὰν, ὅπως φθοριμαίοις σώμασι πλησιάσαι πεισθῶμεν, καὶ τῆς [3] ἄνωθεν ἐλπίδος ἐκπέσωμεν, οὐκ αἰσχυνόμενοι αὐτοῖς τοῖς ῥήμασι τὰ τῆς πορνείας διηγεῖσθαι [4] παλινερωτικὰ τῆς Κύπριδος ποιητεύματα. Ἄλλοι δὲ ἐξ αὐτῶν πάλιν ἐπι-*

4. ἠσάθ *cod. Vatic.*
5. κατὰ *cod. Vatic.* οὐ κατὰ *reliqui libri, tam scripti quam editi.*
6. πυρρὰ *cod. Vatic.*
7. Βαρθενὼς *cod. Vatic. et edit. Petav.* βαρθένος *cod. Rhedig. et edit. princ.*
8. *Vulgo* βουλομένη.
9. φησὶ *codd. Vatic., Rhedig.*
10. δεῖ *rescripsi pro* δή, *quod libri vulgo praebent, Cornarii et Petavii emendationem secutus.*

riaca significet, Hebraei siquidem ignem Esauth nominant, illi prae inscitia atque imperitia eo vocabulo sunt abusi. Atqui neque Pyrrha illa Graecorum celebrata scriptis, neque ab illis conficta Noria, sed Barthenus Noëmi coniux fuit. Graeci vero Pyrrham Deucalionis uxorem fuisse memorant. Tum caussam adferunt iidem illi, qui Philistionis mimos iterum nobis obtrudunt. Cum enim, inquiunt, in arca esse cum Noëmo cuperet, nunquam id ei permissum est, quod eam Princeps mundi conditor una cum caeteris omnibus diluvio vellet extinguere. Ergo haec insidens arcae non semel ac secundo, sed saepius, adeoque tertio illam incendit. Quo factum est, ut ad complures annos a Noëmo haec arcae structura prorogata fuerit, cum ab illa saepius esset exusta. Siquidem Noëmus Principi se obsequentem praestabat, Noria vero superas virtutes, et ab iis profectam Barbelonem Principi contrariam iudicavit, quemadmodum et aliae fecere Virtutes, atque illud praeterea docuit, oportere quae supremae Parenti a conditore mundi Principe ac reliquis qui cum eo sunt diis atque angelis et daemonibus erepta sunt ex insita corporum vi per marium ac feminarum profluvia colligere.

Atque ut uno verbo dicam, piget me omnem illorum caecitatis caliginem oratione persequi. Multum enim insumendum erit temporis, si universam horum figmentorum ab illis concinnatam seriem hoc loco diligentius explicare voluero, et commentitiae illorum cognitionis absurda dogmata singillatim proponere. Alii porro varie ab illis ad communem perniciem exorti, et intuentium oculis praestigiis illudentes, et ipsimet illusi Barcabban nescio quem prophetam obiiciunt, sua illa appellatione dignum. Cabba enim Syriaca lingua stuprum significat, Hebraice parricidium. Sed et mensurae quadrantem eo nomine vocant. Risu igitur ac ludibrio digna, vel miseranda potius, est eiusmodi nominum accommodatio apud eos qui in suapte lingua vocis illius potestatem intelligunt. Caeterum ex tam admirabili propheta turpem nobis narrationem afferunt, qua ut corruptis consuescamus corporibus persuadeant, atque ab omni spe coelestium excidamus. Neo illos pudet de stupris amatoriisque ac Venereis rebus nudis ac simplicibus verbis disserere. Sunt et ex iis Cap. II.

CAP. II. — 1. πολιῷ *ed. Petav.* πολὺ *cod. Rhedig. et edit. princ.*

2. ἀνθρώπων *emendatio est Petavii. Libri habent* αὐτῶν.

3. ἄνωθεν *cum Petavio recepi ex Vaticano libro. In reliquis desideratur.*

4. *Scripsi* παλινερωτικὰ, *hoc est* mutuae Veneris (*sic Rigalt. ad Tertull. Adv. Natt. II*, 11. Mutunum *et* Tutunum *conficta de Meo et Tuo inter Venereos amplexus vocabula interpretatus est*), *pro* πάλιν ἐρωτικὰ, *quod vulgo extat.*

πλαστον εἰςαγουσιν ἀγώγιμόν τι ποίημα, ᾧ [5] ποιητεύματι ἐπέθεντο ὄνομα Εὐαγγέλιον Τελειώσεως [6] τοῦτο φάσκοντες. Καὶ ἀληθῶς οὐκ εὐαγγέλιον τοῦτο, ἀλλὰ πένθους τελείωσις. Πᾶσα γὰρ ἡ τοῦ θανάτου τε-
pag. 84. *λείωσις ἐν τῇ τοιαύτῃ ὑποσπορᾷ τοῦ διαβόλου ἐμφέρεται. Ἄλλοι δὲ οὐκ αἰσχύνονται λέγοντες Εὐαγγέλιον Εὔας. Εἰς ὄνομα γὰρ αὐτῆς δῆθεν, ὡς εὑρούσης τὸ ὄνομα τῆς Γνώσεως ἐξ ἀποκαλύψεως, τοῦ λαλήσαντος αὐτῇ ὄφεως σπορὰν ὑποτίθενται. Καὶ ὥςπερ ἐν ἀστάτῳ γνώμῃ μεθύοντος καὶ παραλαλοῦντος οὐκ ἴσα εἴη τὰ ῥήματα, ἀλλὰ τὰ μὲν γέλωτι πεποιημένα, ἕτερα δὲ κλαυθμοῦ ἔμπλεα, οὕτως ἡ τῶν ἀπατεώνων γέγονε κατὰ πάντα τρόπον τῆς κακίας ἡ ὑποσπορά.*

Κεφ. γ'. *Ὁρμῶνται δὲ ἀπὸ μωρῶν μαρτυριῶν καὶ ὀπτασιῶν ἐν ᾧ εὐαγγελίῳ ἐπαγγέλλονται. Φάσκουσι γὰρ οὕτως ὅτι, Ἔστην ἐπὶ ὄρους ὑψηλοῦ, καὶ εἶδον ἄνθρωπον μακρὸν, καὶ ἄλλον κολοβὸν, καὶ ἤκουσα ὡςεὶ φωνὴν βροντῆς, καὶ ἤγγισα τοῦ ἀκοῦσαι, καὶ ἐλάλησε πρός με καὶ εἶπεν, Ἐγὼ σὺ, καὶ σὺ ἐγὼ, καὶ ἐγὼ σὺ, καὶ σὺ ἐγώ· καὶ ὅπου ἐὰν ᾖς, ἐγὼ ἐκεῖ εἰμι, καὶ ἐν ἅπασίν εἰμι ἐσπαρμένος· καὶ ὅθεν ἐὰν θέλῃς, συλλέγεις με, ἐμὲ δὲ συλλέγων ἑαυτὸν συλλέγεις. Καὶ ὦ τῆς τοῦ διαβόλου ὑποσπορᾶς, πόθεν τὸν νοῦν ἐξέτρεψε τῆς ἀνθρωπότητος καὶ εἰς μωρὰ καὶ ἀσύστατα περιέσπασεν ἀπὸ τοῦ λόγου τῆς ἀληθείας; Οὐκ ἔστι γὰρ σχεδὸν τῷ νοῦν ἔχοντι χρεία ἀπὸ γραφῆς, ἢ ἀπὸ παραδειγμάτων, ἢ ἑτέρου τινὸς πράγματος ποιεῖσθαι τούτων τὴν ἀνατροπήν. Τῷ γὰρ ὀρθῷ λογισμῷ εὔδηλος αὐτῶν καὶ φωρατὴ ἡ τῆς μωρολογίας δραματουργία καὶ μοιχῶν ἐργασία. Ταῦτά τοι καὶ τὰ τοιαῦτα εἰςηγούμενοι οἱ ἀμφὶ τὴν Γνῶσιν συνεζευγμένοι τῇ τοῦ Νικολάου αἱρέσει τῆς ἀληθείας ἐκπεπτώκασιν, οὐ μόνον τὸν νοῦν τῶν πεισθέντων αὐτοῖς ἐκτρέψαντες, ἀλλὰ καὶ τὰ σώματα καὶ τὰς ψυχὰς δουλώσαντες πορνείᾳ καὶ πολυμιξίᾳ. Αὐτὴν γὰρ [1] δῆθεν τὴν σύναξιν αὐτῶν ἐν αἰσχρότητι πολυμιξίας φύρουσιν, ἐσθοντές τε καὶ παραπτόμενοι καὶ ἀνθρωπίνων σαρκῶν καὶ ἀκαθαρσιῶν· ὡς οὔτε τολμήσω τὸ πᾶν ἐξειπεῖν, εἰ μή τι ἀναγκασθείην διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς ἐν ἐμοὶ ἀλγούσης διανοίας περὶ τῶν ματαίως ὑπ' αὐτῶν γινομένων, ἐκπληττόμενος εἰς οἷον ὄγκον καὶ κακῶν βυθὸν ὁ ἐχθρὸς τῶν ἀνθρώπων διάβολος ἄγει τοὺς αὐτῷ πειθομένους, ὥςτε μιᾶναι καὶ νοῦν καὶ καρδίαν καὶ χεῖρας καὶ στόματα καὶ*
pag. 85. *σώματα καὶ ψυχὰς τούτων τῶν ὑπ' αὐτοῦ ἐν τῇ τοσαύτῃ σκοτώσει παιδευθέντων. Δέδια δὲ μή πη ἄρα τὸν μέγαν τοῦτον ὅλον ἰὸν ἀποκαλύ-*

5. *M. Schmidt v. cl. in censura libri Wolfiani, inserta in Mützell Zeitschrift f. d. Gymnasialwesen* 1856. *fasc. VII. p.* 556., *reponendum censuit* γοητεύματι, *vocabulum* ποιήτευμα *ignorare se fassus. Patiatur v. d. se moneri quod idem occurrebat paucis versibus supra, occurrit etiam haer.* 66. *cap.* 46., *et haer.* 42. *p.* 374. *C. ed. Petav. Verbum* ποιητεύειν *inveniet apud eundem scriptorem haer.* 25. *cap.* 3., *haer.* 31. *cap.* 4., *haer.* 35. *cap.* 2., *haer.* 36. *cap.* 1.

6. τοῦτο φάσκοντες, *quod vulgo desi-*

nonnulli qui adulterinum quoddam et adscititium poema venditant, quod opus Perfectionis Evangelium inscribunt, cum revera non evangelium, sed doloris sit ac luctus perfectio. Universa quippe consummataque mortis acerbitas in eo diaboli fetu continetur. Alii Evangelium Evae sine ullo pudore iactitant. Sub huius enim nomine, utpote quae cognitionis nomen a serpente quocum collocuta est, didicerit, perfidiae suae semina sparserunt. Ac quemadmodum ebrii, quorum inconstans animus et inconsideratus est sermo, nequaquam sibi consentanea loquuntur, sed alias ridicula verba, alias moeroris ac doloris plena proferunt, eodem prorsus modo sese habet ab illis impostoribus orta ac propagata nequitia.

Qui quidem stolidis testimoniis ac visis in illo suo quod prae se ferunt Evangelio nituntur. Ita enim inquiunt: *In arduo monte constiteram, cum ecce video procerum hominem, et mutilum alium: inde vocem tonitrui instar exaudio: propius igitur ad audiendum accedo, tum me hunc in modum est allocutus: Ego idem sum ac tu, et tu idem atque ego, et ubicumque tu es, illic ego sum, ac per omnia sum dispersus; et undecumque volueris me colligis, me vero colligendo temetipsum colligis.* O doctrinam a nequissimo daemone profectam! Undenam humani generis ingenia pervertit, et ad stolida minimeque consentanea a verbo veritatis abripuit? Nihil enim propemodum ei, qui mente atque prudentia praeditus est, scriptura vel exemplis, aut ulla re alia, ad eos refellendos uti necesse est. Siquidem recta ratio stolidas illorum fabulas et adulteriorum ac flagitiorum libidines facile per se ipsa dignoscit. Haec igitur atque his similia commenti Gnostici, qui cum Nicolai secta coniuncti sunt, a veritate exciderunt; nec eorum duntaxat, quibus errorem persuaserunt, depravarunt ingenia, sed et animos corporaque pariter adulteriis ac promiscuae libidini servilem in modum subiecerunt. Etenim suos ipsos conventus multiplicis ac promiscui concubitus foeditate contaminant, ubi et humanis carnibus et turpissimis sordibus vescuntur. Quae omnino commemorare non audeo, nisi me aliqua fortasse necessitas impulerit; ita me animi mei vehemens quidam dolor ob ea quae isti perperam gerunt stupore defixum detinet, illud magnopere mirantem, quantam in malorum gravitatem ac profundam voraginem diabolus illos immittat qui sibi fuerint obsecuti, adeo ut eorum mentes et corda, manus, ora corporaque pariter atque animos inquinet, quos in tantis tenebris irretitos tenere potuerit. Sed illud vereor, ne sic totam illam pestilentissimi veneni vim quasi reguli cuiusdam fa- Cap. III.

deratur, Petavius recepit ex cod. Vaticano.
CAP. III. — 1. δῆϑεν τὴν *reposui ex emendata cod. Vatic.* ἤδηϑεν τὴν *scriptura. Vulgo extat simpliciter* τήν.

ψαιμι, ὥςπερ βασιλίσκου τινὸς ὄφεως τὸ πρόςωπον, εἰς λύμην μᾶλλον τῶν ἐντυγχανόντων, ἤπερ εἰς διόρθωσιν. Χραίνει μὲν γὰρ τὰ ὦτα ἀληθῶς ἡ τῆς μεγάλης τόλμης βλάσφημος συναγωγὴ, καὶ τῆς αἰσχρότητος αὐτὴ συλλογή τε καὶ διήγησις, καὶ ἡ τῆς ἀγυρτώδους αἰσχρουργίας βορβορώδης κακόνοια. Παρά τισι δὲ φύσει Βορβοριανοὶ καλοῦνται, ἕτεροι δὲ Κοδδιανοὺς αὐτοὺς ἐπιφημίζουσι. Κοδδὰ γὰρ λέγεται κατὰ τὴν Συριακὴν διάλεκτον παροψὶς, ἢ τρυβλίον, ἀπὸ τοῦ μὴ δύνασθαί τινας μετ' αὐτῶν ἐσθίειν, κατ' ἰδίαν δὲ τοῖς μεμιαμμένοις δίδοσθαι τὰ βρώματα. καὶ μή τινα δύνασθαι σὺν αὐτοῖς διὰ τὸν μολυσμὸν κἂν ἄρτον συνεσθίειν. Διά τοι τοῦτο ἀφωρισμένους τούτους ἡγούμενοι οἱ συμμέτοικοι Κοδδιανοὺς ἐπωνόμασαν. Οἱ αὐτοὶ δὲ ἐν Αἰγύπτῳ Στρατιωτικοὶ καλοῦνται, καὶ Φιβιωνῖται, ὡς ἄνω μοι ἐν μέρει λέλεκται. Τινὲς δὲ αὐτοὺς Ζακχαίους καλοῦσιν, ἄλλοι δὲ Βαρβηλίτας. Ὅμως ἐπεὶ οὐδὲ παρελθεῖν δυνήσομαι ὅλα, ἀναγκάζομαι ἐξειπεῖν. Ἐπειδὴ καὶ ὁ ἅγιος Μωϋσῆς ἀπὸ πνεύματος ἁγίου ἐμφορούμενος γράφει ὅτι, Ἐάν τις ἴδῃ φόνον καὶ μὴ ἀναγγείλῃ, ἐπικατάρατος ὁ τοιοῦτος εἴη. Διόπερ οὐ δύναμαι τοῦτον τὸν μέγαν φόνον καὶ τὴν μεγάλην ταύτην φονώδη ἐργασίαν παρελθεῖν καὶ οὐχὶ δηλῶν δηλῶσαι. Δηλώσας γὰρ τάχα τοῖς συνετοῖς τὸ πτῶμα τοῦτο, ὥςπερ τὸ φρέαρ τῆς ἀπωλείας, φόβον καὶ φρίξιν ἐμποιήσω, εἰς τὸ μὴ μόνον ἀποδρᾶναι τοὺς συνετοὺς, ἀλλὰ καὶ καταλιθάσαι τὸν ἐν τῷ βαράθρῳ τοῦτον σκολιὸν ὄφιν καὶ βασιλίσκον, εἰς τὸ μηδὲ πλησιάσαι τινὰ τολμᾶν. Καὶ ταῦτα μὲν ἤδη περὶ αὐτῶν εἰρημένα, ὀλίγα τινὰ ὄντα, ἐν μέρει τετάχθω.

Κεφ. δ'. Παρελεύσομαι δὲ εἰς τὸν οἶκον τοῦ βυθοῦ τῆς θανατώδους αὐτῶν διηγήσεως. Διάφορος γὰρ παρ' αὐτοῖς ἡ τῆς ἡδονῆς αὐτῶν κακοδιδασκαλία, ὅτι πρῶτον μὲν κοινὰς τὰς ἑαυτῶν γυναῖκας ἔχουσι, καὶ εἴ τις ξένος παραγένοιτο τοῦ αὐτῶν δόγματος, σημεῖόν ἐστι παρ' αὐτοῖς
pag. 86. ἀνδρῶν πρὸς γυναῖκας, καὶ γυναικῶν πρὸς ἄνδρας, ἐν τῷ ἐκτείνειν τὴν χεῖρα, δῆθεν εἰς ἀσπασμὸν, ὑποκάτωθεν τῆς παλάμης ψηλάφησίν τινα γαργαλισμοῦ ἐμποιεῖν, διὰ τούτου ὑποφαίνοντες ὡς τῆς αὐτῶν θρησκείας ἐστὶν ὁ παραγενόμενος. Ἐντεῦθεν λοιπὸν ἐπιγνόντες ἀλλήλους τρέπονται εὐθὺς εἰς ἑστίασιν. Δαψιλῆ δὲ τὰ ἐδέσματα κρεωφαγίας καὶ οἰνοποσίας παρατιθέασι, κἂν πένητες εἶεν. Ἐκ τούτου δὲ συμποσιάσαντες καὶ, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τὰς φλέβας τοῦ κόρου ἐμπλήσαντες ἑαυτῶν, εἰς οἶστρον τρέπονται. Καὶ ὁ μὲν ἀνὴρ τῆς γυναικὸς ὑποχωρήσας φάσκει λέγων τῇ ἑαυτοῦ γυναικὶ ὅτι, Ἀνάστα, λέγων, ποίησον τὴν ἀγάπην μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ. Οἱ δὲ τάλανες μιγέντες ἀλλήλοις — καὶ ὡς ἐπὶ ἀληθείας αἰσχύνομαι εἰπεῖν τὰ παρὰ τοῖς αὐτοῖς αἰσχρὰ πραττόμενα, κατὰ τὸν ἅγιον ἀπόστολον ὅτι, Τὰ παρ' αὐτοῖς γινόμενα αἰσχρόν ἐστι καὶ λέγειν, ὅμως οὐκ αἰσχυνθῶ λέγειν ἃ αὐτοὶ ποιεῖν οὐκ αἰσχύ-

ciem aperiens ita detegam ut ad eorum qui haec nostra legent perniciem potius quam ad emendationem redundet. Siquidem vel aures ipsas polluit tam infinitae audaciae in divinum numen contumeliosa series, ac vel sola narratio turpitudinis ipsius et sordidissimae foeditatis ac lutulentae flagitiosa ratio. Hinc est quod a nonnullis scite admodum Borboriani hoc est coenosi nominantur. Alii Coddianos vocant; est enim Codda idem Syriace quod paropsis, aut catinus; pro eo quod nemo communi cum illis uti cibo possit, sed separatim contaminatis illis apponi soleat, neque quisquam ob eorum spurcitiem vel pane cum illis vesci communiter queat. Quam ob caussam qui cum illis habitant, velut a communi consortio segregatos putantes Coddianos appellarunt. Iidem porro Militares in Aegypto, ac Phibionitae sunt dicti, de qua re nonnihil antea significavimus. Sunt qui Zacchaeos vocent, alii Barbelitas. Enimvero cum universa praetermittere nequeam, nonnulla necessario de illis attingenda sunt. Nam et sanctus Moyses divini spiritus afflatu scripsit: *Si quis parricidium viderit, nec denunciaverit, execrabilis esto.* Quare non possum ingentem illam caedem ac parricidiale facinus praetermittere, non possum, inquam, illud non omnino detegere. Fortassis enim si praecipitem hanc ruinam, velut exitii puteum, prudentibus ostendero, metum iis ac terrorem incutiam, ut non modo fugiant ipsi, sed et tortuosum illum in ea voragine serpentem ac basiliscum lapidibus obruant, ut nullus deinceps audeat accedere. Atque haec de illis hactenus dicta sunto, pauca de multis atque ex parte solummodo delibata.

Nunc ad pestiferae illorum doctrinae velut sedem ac voraginem me conferam. Varia enim apud illos nefariae disciplina voluptatis est. Primum quod communes inter se feminas habent. Ac si quis eiusdem sectae peregrinus advenerit, signum quoddam viri a feminis, feminae a viris accipiunt. Haec autem eiusmodi est: Cum salutandi ac complectendi caussa manum porrigunt, eam infra palmam contrectando ac defricando leniter titillant, eoque signo eiusdem religionis hospitem esse demonstrant. Inde posteaquam mutuo se agnoverint ad convivium accinguntur. Quod ipsum, tametsi pauperes sint, ingenti epularum apparatu vinoque et carnibus instructissimum praebent. Finito convivio cum satietate venas distenderint, ad libidinem proritantur. Tum vir ab uxore discedens sic eam alloquitur: *Surge, et fratri caritatem exhibe.* Ita ad concubitum venitur. Pudet me bona fide quae apud illos turpissime perpetrantur exponere, quemadmodum ait apostolus: *Quae apud ipsos fiunt, turpe est et dicere.* Verum quae illos facere nihil pudet, neque me

Cap. IV.

Eph. 5, 12.

νονται, ἵνα κατὰ πάντα τρόπον φρίξιν ἐργάσωμαι τοῖς ἀκούουσι τὰ παρ' αὐτῶν γενόμενα αἰσχρουργήματα· μετὰ γὰρ τὸ μιγῆναι πάθει πορνείας προςεπιτούτοις ἀνατείνοντες τὴν ἑαυτῶν βλασφημίαν εἰς οὐρανὸν δέχεται μὲν τὸ γύναιον καὶ ὁ ἀνὴρ τὴν ῥύσιν τὴν ἀπὸ τοῦ ἄρρενος εἰς ἰδίας αὐτῶν χεῖρας, καὶ ἵστανται εἰς οὐρανὸν ἀνανεύσαντες, ἐπὶ χεῖρας δὲ ἔχοντες τὴν ἀκαθαρσίαν, καὶ εὔχονται δῆθεν, οἱ μὲν Στρατιωτικοὶ καλούμενοι καὶ Γνωστικοὶ τῷ Πατρί φασι τῶν ὅλων, προςφέροντες αὐτὸ τὸ ἐπὶ ταῖς χερσὶ, καὶ λέγουσιν, Ἀναφέρομέν σοι τοῦτο δῶρον τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ· καὶ οὕτως αὐτὸ ἐσθίουσι, μεταλαμβάνοντες τὴν ἑαυτῶν ἀκαθαρσίαν, καί φασι, Τοῦτό ἐστι τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ, καὶ τοῦτό ἐστι τὸ Πάσχα, διὸ πάσχει τὰ ἡμέτερα σώματα, καὶ ἀναγκάζεται ὁμολογεῖν τὸ πάθος τοῦ Χριστοῦ. Ὡςαύτως δὲ καὶ τὸ ἀπὸ τῆς γυναικὸς, ὅταν γένηται αὐτὴν γενέσθαι ἐν ῥύσει τοῦ αἵματος, τὸ καταμήνιον συναχθὲν αὐτῇ αἷμα τῆς ἀκαθαρσίας ὡςαύτως λαβόντες κοινῇ ἐσθίουσι, καὶ, Τοῦτο, φασὶν, ἐστὶ τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ.

Κεφ. ε'. Διὸ καὶ ἐν ἀποκρύφοις ἀναγινώσκοντες ὅτι, Εἶδον δένδρον φέρον δώδεκα καρποὺς τοῦ ἐνιαυτοῦ, καὶ εἶπέ μοι, Τοῦτό ἐστι τὸ ξύλον τῆς ζωῆς, ὃ αὐτοὶ ἀλληγοροῦσιν εἰς τὴν κατὰ μῆνα γινομένην γυναικείαν
pag. 87. ῥύσιν. Μισγόμενοι δὲ μετ' ἀλλήλων τεκνοποιΐαν ἀπαγορεύουσιν. Οὐ γὰρ εἰς τὸ τεκνοποιῆσαι παρ' αὐτοῖς ἡ φθορὰ ἐσπούδασται, ἀλλ' ἡδονῆς χάριν, τοῦ διαβόλου ἐμπαίζοντος τοῖς τοιούτοις, καὶ καταχλευάζοντος τὸ ἐκ θεοῦ πλάσμα πεπλανημένον. Ἀλλὰ τὴν μὲν ἡδονὴν ἐπιτελοῦσιν, εἰς ἑαυτοὺς δὲ ἀπολαμβάνουσι τὰ τῆς ἀκαθαρσίας αὐτῶν σπέρματα, μὴ εἰς τεκνογονίαν καταβαλλόμενοι, ἀλλὰ αὐτοὶ τὸ τῆς αἰσχρότητος ἐσθίοντες. Ἐὰν δὲ καὶ προληφθῇ τις αὐτῶν ἐγκατασπεῖραι τὴν καταβολὴν τῆς κατὰ φύσιν αὐτῶν ἀπορροίας, καὶ ἐγκυμονήσῃ ἡ γυνὴ, τί δεινότερον τολμῶσιν οἱ τοιοῦτοι ἄκουε. Κατασπάσαντες γὰρ τὸ ἔμβρυον, καιρῷ οἵῳ δ' ἂν ἐπιχειρήσωσι, λαμβάνουσιν ἐκτρωθὲν τοῦτο τὸ βρέφος, ἐν [1] ὅλμῳ τινὶ κόπτουσιν ὑπέρῳ, καὶ ἐγκαταμίξαντες μέλι καὶ πέπερι καὶ ἄλλα τινὰ ἀρώματα καὶ μῦρα, πρὸς τὸ μὴ ναυτιᾶν αὐτοὺς, οὕτως συναχθέντες πάντες [2] οἱ τελετῆς τῶν χοίρων τούτων καὶ κυνῶν θιασῶται μεταλαμβάνουσιν ἕκαστος τῷ δακτύλῳ ἀπὸ τοῦ κατακοπέντος παιδίου. Καὶ οὕτως τὴν ἀνθρωποβορίαν ἀπεργασάμενοι εὔχονται λοιπὸν τῷ θεῷ, ὅτι, Οὐκ ἐνεπαίχθημεν, φασὶν, ἀπὸ τοῦ Ἄρχοντος τῆς ἐπιθυμίας, ἀλλὰ συνελέξαμεν τὸ παράπτωμα τοῦ ἀδελφοῦ· καὶ δῆθεν τοῦτο τὸ τέλειον Πάσχα ἡγοῦνται. Ἄλλα δὲ ὅσα δεινὰ αὐτοῖς τετόλμηται. Ὅταν γὰρ πάλιν ἐμμανεῖς ἐν ἑαυτοῖς γένωνται, φύραντες ἑαυτῶν τὰς χεῖρας τῆς ἑαυτῶν αἰσχρότητος τῇ ἀπορροίᾳ ἐγείρονται, καὶ τὰς ἑαυτῶν μεμολυσμένας χεῖρας ἔχοντες εὔχονται γυμνοὶ ὅλῳ τῷ σώματι,

CAP. V. — 1. ὀλμῷ *cod. Rhedig. et edit. princ.*

2. οἱ τελετῆς τῶν *mea est emendatio. Libri habent* οἱ τῆς τῶν. *Petavius illud*

pudebit eloqui, ut qui foedissima illorum flagitia audierint, horrore quodam afficiantur. Etenim peracto stupro subinde contumeliosis coelum vocibus appetentes, utrique maris profluvium cavis manibus excipiunt, ac sublatis rursum oculis foedum illud et abominabile manibus praeferentes consistunt, ac preces concipiunt. Militares quidem et Gnostici ad universorum, ut aiunt, parentem, cui et quod manibus gestant offerunt, cum hoc solenni carmine: *Hoc tibi munus, nimirum Christi corpus, offerimus.* Atque ita tum eo vescuntur, et impurissimas suas sordes degustant, itaque dicunt: *Hoc est corpus Christi, et hoc est Pascha: idcirco corpora nostra patiuntur et Christi supplicia confiteri coguntur.* Eodem modo quoties mulier menstruos fluxus patitur, foedissimum illum sanguinem collectum una omnes absorbent. Atque hic est, inquiunt, sanguis Christi.

Propterea in Apocryphis legunt: *Vidi arborem duodecim fructus quotannis ferentem, et dixit mihi, Hoc est lignum vitae.* Idipsum de menstruis mulierum profluviis interpretantur. Caeterum cum inter sese Venerem exerceant, liberos tamen suscipere prohibent. Non enim prolis studio, sed ut libidini suae serviant, ei corruptelae vacant. Ita miseris hominibus diabolus illudit, et opus dei fraudibus suis implicatum per ludibrium traducit. Proinde sic libidini satisfaciunt suae, ut impurissimum semen in seipsos recipiant, neque illud ad propagandam sobolem emittant, sed sua ipsi turpitudine pascantur. Quod si forte quispiam excreti seminis immissionem anteverterit, et ex eo gravida facta sit mulier, audi quid demum flagitiosius aggrediantur. Nam informem adhuc fetum ex utero detractum, quocumque iis tempore visum est, infantem, inquam, abortione proiectum in mortario pistillo tundunt. Cui ad vitandam nauseam mel ac piper cum aliis aromatibus et unguentis admiscent. Tum in unum collecto porcorum ac canum sodalitio unusquisque e comminuto infantuli corpusculo digito delibat. Sic humanis carnibus pasti ad orandum deum sese convertunt, et, *Cupiditatis*, inquiunt, *princeps nequaquam nobis illusit; sed quod exciderat fratri nostro collegimus.* Atque id perfectum esse pascha demum existimant. Praeter haec alia insuper dira atque execranda committunt. Cum enim rursus in se mutuo bacchari ac furere coeperint, respersis spurcissimi humoris profusione manibus consurgunt, atque ita foedatas gerentes Cap. V.

τῆς *uncinis notavit. Quod etiam Cornarius neglegendum putasse videtur, qui vertit* „sic congregati omnes porcorum ac canum horum sodales" *cett.*

ὡς διὰ τῆς τοιαύτης ἐργασίας εὑρίσκειν πρὸς Θεὸν τὴν παρρησίαν. Τὰ σώματα δὲ αὐτῶν νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν τημελοῦσι γυναικάρια καὶ ἀνθρωπάρια, μυριζόμενοι, λουόμενοι, θοιναζόμενοι, κοίταις τε καὶ μέθαις σχολάζοντες. Καὶ καταρῶνται τὸν νηστεύοντα, λέγοντες οὐ δεῖ νηστεύειν· Τοῦ γὰρ Ἄρχοντος τούτου τοῦ ποιήσαντος τὸν αἰῶνά ἐστιν ἡ νηστεία, δεῖ δὲ τρέφεσθαι εἰς τὸ τὰ σώματα εἶναι ἰσχυρὰ, εἰς τὸ δύνασθαι τὸν καρπὸν ἀποδιδόναι κατὰ καιρὸν αὐτοῦ.

Κεφ. ϛ'. Χρῶνται δὲ καὶ παλαιᾷ καὶ καινῇ διαθήκῃ. Ἀπαγορεύουσι δὲ τὸν λαλήσαντα ἐν τῇ παλαιᾷ διαθήκῃ. Καὶ ὅταν μὲν ῥῆμα εὕρωσί τι κατ' αὐτῶν δυνάμενον ἔχειν τὸν νοῦν, φασὶν ὅτι τοῦτο ἀπὸ τοῦ πνεύ-
pag. 86. ματος τοῦ κοσμικοῦ λελάληται. Ἐὰν δέ τις εἰς ὁμοίωσιν τῆς αὐτῶν ἐπιθυμίας δυνηθείη σχηματίζεσθαι λόγος, οὐχ ὡς ἐστι τὸ ῥῆμα, ἀλλ' ὡς ἔχει ὁ αὐτῶν νοῦς ὁ ἠπατημένος, τοῦτον μετασκευάζοντες εἰς τὴν ἑαυτῶν ἐπιθυμίαν φάσκουσιν ἐκ τοῦ πνεύματος τῆς ἀληθείας λελαλῆσθαι. Καὶ, Τοῦτό ἐστι, φασὶν, ὃ εἶπεν ὁ κύριος περὶ Ἰωάννου, Τί ἐξήλθετε εἰς τὴν ἔρημον θεάσασθαι; κάλαμον ὑπὸ ἀνέμου σαλευόμενον; ὅτι οὐκ ἦν, φασὶ, τέλειος ὁ Ἰωάννης· ἐνεπνέετο γὰρ ὑπὸ πολλῶν πνευμάτων κατὰ κάλαμον τὸν ἐπὶ ἑκάστῳ ἀνέμῳ κινούμενον, καὶ ὅτε μὲν ἤρχετο τὸ πνεῦμα τοῦ Ἄρχοντος, Ἰουδαϊσμὸν ἐκήρυττεν, ὅτε δὲ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, περὶ Χριστοῦ ἐλάλει· καὶ τοῦτό ἐστι, φασὶν, ὅτι, Ὁ μικρότερος ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, περὶ ἡμῶν, φασὶν, εἶπεν, ὅτι ὁ ἐν ἡμῖν μικρότερος μείζων αὐτοῦ ὑπάρχει.

Κεφ. ζ'. Καὶ εὐθὺς ἐπιστομίζονται οἱ τοιοῦτοι ἀπ' αὐτῆς τῆς ἀληθείας. Ἐκ γὰρ τῶν συνεζευγμένων ἑκάστῃ λέξει ἀναφανδὸν ἡ ἀλήθεια δειχθήσεται, καὶ τὸ ἐχέγγυον τῆς φράσεως ἀποδοθήσεται. Εἰ μὲν γὰρ ὁ Ἰωάννης μαλακὰ ἠμφίεστο, καὶ ἐν οἴκοις βασιλέων ὑπῆρχεν, ὀρθὴ ἂν πρὸς αὐτὸν ἡ λέξις καὶ εὐθεῖα πρὸς ἔλεγχον τοῦ αὐτοῦ ὑπῆρχεν. Εἰ δὲ, Τί ἐξήλθετε ἰδεῖν; ἄνθρωπον ἐν μαλακοῖς ἱματίοις ἠμφιεσμένον; καὶ οὐχ οὕτως εἶχεν, οὐκέτι τὸ ἔγκλημα ἐπὶ τὸν οὐ μαλακὰ φοροῦντα Ἰωάννην τοῦ λόγου ἐπενεκτέον, ἀλλὰ ἐπὶ τοὺς οὕτως εὑρήσειν τὸν Ἰωάννην νομίσαντας, καὶ ὑπὸ τῶν ἔνδον ἐν οἴκοις βασιλέων πολλάκις κατὰ ὑπόκρισιν κολακευομένους. Ἐνόμιζον γὰρ οὗτοι ἐξερχόμενοι καὶ παρὰ Ἰωάννου ἐπαίνους εὑρίσκειν, καὶ μακαρισμοὺς ἐπὶ τοῖς ὑπ' αὐτῶν καθ' ἑκάστην ἡμέραν γινομένοις παραπτώμασιν. Ὡς δὲ οὐχ ηὗρον, ἀνατρεπτικῶς παρὰ τοῦ σωτῆρος πρὸς αὐτοὺς εἴρηται ὅτι, Τί ἐνομίζετε εὑρίσκειν; συμπεριφερόμενον τοῖς ὑμῶν πάθεσιν ἄνθρωπον, ὡς

toto corpore nudi comprecantur, ut ea re maiorem sibi apud deum fiduciam acquirant. Caeterum in curando corpore dies noctesque pariter mulierculae et homunciones occupantur, ac se et unguento perfundunt, et lavant, et convivia celebrant, et ebrietati ac Veneri indulgent, eosque qui ieiunant execrantur. Negant enim esse ieiunandum, quod ad huius saeculi conditorem principem ieiunium pertineat. Imo alimento potius opus esse dictitant, quo robustiora sint corpora, ut idoneo tempore possint fructui reddendo sufficere.

Porro tam veteri quam novo utuntur testamento; licet eum qui in vetere locutus est abdicent. Et quidem quoties vocem aliquam reperiunt quae dogmati suo contrariam habere sententiam videtur, ab huius mundi principe profectam illam esse praedicant. Sin aliquis ad illorum libidinem accommodari locus, et utcumque configurari possit non ipsa quidem potestate verborum, sed pro depravati illorum ingenii captu, eo vero ad id quod cupiunt traducto ab veritatis spiritu pronunciatum esse dictitant. Atque istud ipsum est, inquiunt, quod de Ioanne dominus usurpavit: *Quid existis in desertum videre? Arundinem vento agitatam?* Quod, ut asseruut, nondum esset perfectus Ioannes. Nam a pluribus ventis perflabatur; arundinis more, quae ad unumquemque ventum agitatur. Itaque cum in eum Principis spiritus incumberet, Iudaicum cultum praedicabat; cum vero Spiritus sanctus adveniret, de Christo sermonem instituebat. Quo quidem haec verba pertinere putant. *Qui minor est in regno coelorum maior est illo.* Quippe ad nos ista referuntur, aiunt, ut qui inter nos minor est, is Ioanne sit praestantior. Cap. VI. Matth. 11, 7. Matth. 11, 11.

Verum os illis subinde a veritate ipsa praecluditur. Nam ex iis quae cum unaquaque dictione connexa sunt, perspicue veritas apparebit, ac quid loquendi rationi consentaneum sit certissima fide monstrabitur. Etenim si Ioannes mollioribus vestibus uteretur, atque in principum palatiis degeret, recta ipsum vox illa peteret, et in eius reprehensionem esset sine ulla ambage collata. Cum vero ita locutus fuerit: *Quid existis videre? Hominem mollibus vestimentis indutum?* istud porro ab Ioanne procul abfuerit, nihil est cur huius loci criminationem referri ad Ioannem arbitremur, qui delicatum illum cultum minime omnium adhibuit, sed ad eos potius, qui eiusmodi se Ioannem reperturos putabant, quibusque saepius adulari solent ii qui principum aulas ac palatia frequentant. Exeuntes enim illi collaudandos se ab Ioanne, et ob ea quae in dies patrabant scelera felices praedicandos existimabant. Qua spe cum essent frustrati, ad eos refellendos ita salvator locutus est: *Quid vos nacturos esse credebatis?* Hominemne qui se pravis animi vestri affectionibus ac- Cap. VII.

κατὰ τοὺς μαλακὰ φοροῦντας; οὐχ οὕτως· οὐ γάρ ἐστιν Ἰωάννης κάλαμος σαλευόμενος γνώμαις ἀνθρώπων, ὡς δονούμενος κάλαμος ὑπὸ ἑκάστης [1] ἀνθρώπων ὑποκρίσεως καὶ ἀπάτης. Ἐπειδὴ δὲ εἶπεν, Ἐν γεννητοῖς γυναικῶν οὐκ ἔστι μείζων Ἰωάννου, ἵνα μή τινες νομίσωσι
pag. 89. καὶ αὐτοῦ τοῦ σωτῆρος μείζονα εἶναι τὸν Ἰωάννην, ὅτι καὶ αὐτὸς ὁ σωτὴρ ὑπὸ γυναικὸς ἐγεννήθη, τῆς ἀειπαρθένου Μαρίας, διὰ πνεύματος ἁγίου, ἀσφαλιζόμενος ἡμᾶς ἔφη ὅτι, Ὁ μικρότερος [2] αὐτοῦ, τουτέστι τῷ χρόνῳ τῆς ἐνσάρκου αὐτοῦ παρουσίας, μείζων αὐτοῦ ἐστιν ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν· ἐπειδὴ γὰρ μετὰ ἑξάμηνον ἐγεννήθη ὁ σωτὴρ τῆς Ἰωάννου γεννήσεως, δηλονότι μείζων αὐτοῦ ὤν. Ἦν γὰρ ἀεὶ, καὶ ἔστι. Τίνι δὲ τοῦτο οὐ δῆλόν ἐστιν; [3] Ἆρα γοῦν ματαίως τὰ πάντα παρ' αὐτοῖς πεποιήτευται, ἀπὸ ἀγαθῶν εἰς φαῦλα μεταβεβλημένα.

Κεφ. η'. Καὶ τὰ μὲν βιβλία αὐτῶν πολλά. Ἐρωτήσεις γάρ τινας Μαρίας ἐκτίθενται, ἄλλοι δὲ εἰς τὸν προειρημένον Ἰαλδαβαὼθ· εἰς ὄνομα δὲ τοῦ Σὴθ πολλὰ βιβλία ὑποτίθενται. Ἀποκαλύψεις δὲ τοῦ Ἀδὰμ ἄλλας λέγουσιν, εὐαγγέλια δὲ ἕτερα εἰς ὄνομα τῶν μαθητῶν συγγράψασθαι τετολμήκασιν, αὐτόν τε τὸν σωτῆρα ἡμῶν καὶ κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν οὐκ αἰσχύνονται λέγειν, ὅτι αὐτὸς ἀπεκάλυψε τὴν αἰσχουργίαν ταύτην. Ἐν γὰρ ταῖς Ἐρωτήσεσι Μαρίας καλουμέναις Μεγάλαις (εἰσὶ γὰρ καὶ μικραὶ αὐτοῖς πεπλασμέναι) ὑποτίθενται αὐτὸν αὐτῇ ἀποκαλύπτειν, παραλαβόντα αὐτὴν εἰς τὸ ὄρος, καὶ εὐξάμενον, καὶ ἐκβαλόντα ἐκ τῆς πλευρᾶς αὐτοῦ γυναῖκα, καὶ ἀρξάμενον αὐτῇ ἐγκαταμίγνυσθαι, καὶ οὕτως δῆθεν τὴν ἀπόρροιαν αὐτοῦ μεταλαβόντα δεῖξαι ὅτι δεῖ οὕτως ποιεῖν ἵνα ζήσωμεν, καὶ ὡς τῆς Μαρίας ταραχθείσης καὶ πεσούσης χαμαὶ, αὐτὸν πάλιν αὐτὴν ἐγείραντα εἰπεῖν αὐτῇ, Ἵνα τί ἐδίστασας ὀλιγόπιστε; Καί φασιν ὅτι καὶ τοῦτό ἐστι τὸ εἰρημένον ἐν τῷ εὐαγγελίῳ ὅτι, Εἰ τὰ ἐπίγεια εἶπον ὑμῖν, καὶ οὐκ ἐπιστεύσατε, τὰ ἐπουράνια πῶς [1] πιστεύσετε; καὶ τὸ, Ὅταν ἴδητε τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἀνερχόμενον ὅπου ἦν τὸ πρότερον, τουτέστι τὴν ἀπόρροιαν μεταλαμβανομένην ὅθεν καὶ ἐξῆλθε· καὶ τὸ εἰπεῖν, Ἐὰν μὴ φάγητέ μου τὴν σάρκα, καὶ πίητέ μου τὸ αἷμα, καὶ τῶν μαθητῶν ταρασσομένων καὶ λεγόντων, Τίς δύναται τοῦτο ἀκοῦσαι; φασὶν ὡς περὶ τῆς αἰσχρότητος ἦν ὁ λόγος, διὸ καὶ ἐταράχθησαν, καὶ ἀπῆλθον εἰς τὰ ὀπίσω. Οὔπω γὰρ ἦσαν, φασὶ, ἐν πληρώματι ἐστερεωμένοι. Καὶ τὸ εἰπεῖν τὸν Δαβὶδ, Ἔσται ὡς τὸ ξύλον τὸ πεφυτευμένον παρὰ

Cap. VII. — 1. ἀνθρώπων ἀξίας ὑποκρίσεως cod. Vatic.

2. αὐτοῦ, τουτέστι τῷ χρόνῳ τῆς ἐνσάρκου αὐτοῦ παρουσίας, μείζων αὐτοῦ ἐστιν ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν ed. Petav., ex cod. Vaticano. Cod. Rhedig. et edit. princ. habent ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν μείζων αὐτοῦ ἐστι, τουτέστι τῷ

commodaret, quod ii faciunt qui mollioribus vestibus induuntur? Minime vero. Non enim Ioannes arundo quaedam est hominum opinionibus agitata, vel qualibet eorum fraude ac simulatione concussa. Sed quoniam illud adiecerat, *Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne baptista*, ne quis Ioannem sibi persuaderet etiam ipso salvatore esse maiorem, quod is a muliere, nimirum beata semperque virgine Maria per spiritum sanctum esset genitus, ut nos contra hunc errorem instrueret, subiecit, *Qui minor est in regno coelorum, maior est illo.* Quod videlicet ratione temporis est ab eo dictum quo in hunc mundum humana carne praeditus advenit, quoniam sexto a Ioannis nativitate mense Christus est in lucem editus. Qui haud dubie maior erat illo, cum et sit semper et fuerit. Quis hoc vero potest ignorare? Frustra igitur ab illis excogitata sunt omnia, et ex bonis in mala conversa.

Caeterum libri penes illos quamplurimi sunt. Nam Interrogationes quasdam Mariae venditant. Alii de eo quem diximus Ialdabaoth sub Sethi nomine complures libros supposititios obtrudunt. Sed et Adami Revelationes alias, et alia item Evangelia falsa discipulorum nomine conscribere sunt ausi. Nec eos dicere pudet salvatorem nostrum ac dominum Iesum Christum eiusmodi per sese turpitudinem monstrasse. Etenim in Mariae interrogationibus quas Maiores vocant (sunt enim aliae Minores perinde commentitiae) huic illum patefecisse fingunt, cum eam in montem eduxisset, essetque precatus, ac producta de latere suo muliere cum ea rem habere coepisset, tum seminis sui profusione degustata monstrasset, ita, ut vivere possimus, esse faciendum. Addunt et perturbatam fuisse Mariam, atque humi cecidisse, eamque a Christo cum his verbis erectam: *Quare dubitasti modicae fidei?* Atque hoc ipsum esse volunt quod in evangelio dicitur: *Si terrena dixi vobis, et non credidistis, coelestia quomodo credetis?* Item illud: *Cum videritis filium hominis eo ascendentem ubi erat prius*, hoc est, inquiunt, profluens semen exsorptum, ut eo unde exierat revertatur. Tum quod alibi scriptum est: *Nisi manducaveritis carnem meam, et biberitis meum sanguinem.* Ad quae perturbatis discipulis, ac dicentibus, *Quis hoc potest audire?* de turpitudine sermonem eum institutum ferunt, ideoque turbatos retro pedem retulisse. Nondum enim perfecte corroborati erant ac stabiliti. Quo etiam Davidis illud dictum referunt:

Cap. VIII. (margin)

Ioann. 3, 12. (margin)

Ioann. 6, 53. (margin)

χρόνῳ τῆς ἐνσάρκου αὐτοῦ παρουσίας. 3. ἄρα cod. Rhedig.

Cap. VIII. — 1. πιστεύσετε cod. Vatic. et ed. Pelav. πιστεύσητε cod. Rhedig. et edit. princ.

*τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων, ὃ τὸν καρπὸν αὐτοῦ δώσει ἐν καιρῷ αὐ-
pag. 90. τοῦ, περὶ τῆς αἰσχρότητος τοῦ ἀνδρὸς, [2] φασὶ, λέγει, Ἐπὶ τὴν ἔξοδον τῶν ὑδάτων, καὶ, Ὁ τὸν καρπὸν αὐτοῦ δώσει, τὴν τῆς ἡδονῆς ἐπίῤῥοιαν, [3] φασὶ, λέγει, καὶ, Τὸ φύλλον αὐτοῦ οὐκ ἀποῤῥυήσεται, ὅτι οὐκ ἐῶμεν αὐτὸ χαμαὶ πεσεῖν, ἀλλὰ αὐτοὶ αὐτὸ ἐσθίομεν.*

Κεφ. Θʹ. *Καὶ ἵνα μὴ τὰς μαρτυρίας αὐτῶν ἐν μέσῳ ἄγων βλάψω μᾶλλον ἤπερ ὠφελήσω, τούτου χάριν τὰ πολλὰ ὑπερβήσομαι, [1] ἐπεὶ ἂν τὰ πάντα παρ' αὐτοῖς [2] λεγόμενα κακῶς ἐνταῦθα παρατιθέμενος διηγόρευον. Τὸ γὰρ εἰπεῖν, [3] φασὶ, τεθεικέναι τὴν Ῥαὰβ κόκκινον ἐν τῇ θυρίδι, οὐκ ἦν, [4] φασὶ, κόκκινον, ἀλλὰ τὰ μόρια τῆς γυναικείας φύσεως, καὶ τὸ κόκκινον αἷμα τῶν καταμηνίων λέγει. Καὶ τὸ εἰπεῖν, Πίνε ὕδατα ἀπὸ σῶν ἀγγείων, περὶ τούτου λέγει. Φασὶ δὲ εἶναι τὴν σάρκα ἀπολλυμένην, καὶ μὴ ἐγειρομένην· εἶναι δὲ ταύτην τοῦ Ἄρχοντος. Τὴν δὲ δύναμιν τὴν ἐν τοῖς καταμηνίοις καὶ ἐν ταῖς γοναῖς ψυχὴν εἶναί φασιν, ἣν συλλέγοντες ἐσθίομεν· καὶ ἅπερ ἡμεῖς ἐσθίομεν κρέα, ἢ λάχανα, ἢ ἄρτον, ἤ τι ἕτερον, χάριν ποιοῦμεν ταῖς κτίσεσι, συλλέγοντες ἀπὸ πάντων τὴν ψυχὴν καὶ μεταφέροντες μεθ' ἑαυτῶν εἰς τὰ ἐπουράνια. Διόπερ καὶ πάντων μεταλαμβάνουσι κρεῶν, λέγοντες, ἵνα ἐλεήσωμεν τὸ γένος ἡμῶν. Φάσκουσι δὲ τὴν αὐτὴν ψυχὴν εἶναι ἔν τε τοῖς ζώοις καὶ ἐν κνωδάλοις καὶ ἰχθύσι καὶ ὄφεσι καὶ ἀνθρώποις ἐγκατεσπάρθαι, καὶ ἐν λαχάνοις καὶ ἐν δένδρεσι καὶ ἐν γεννήμασι. Καὶ οἱ μὲν αὐτῶν Φιβιωνῖται καλούμενοι ἀναφέρουσι τὰς αἰσχρὰς αὐτῶν θυσίας [5] τῆς πορνείας, τὰς ὑφ' ἡμῶν ἐνταῦθα προειρημένας, ὀνόμασι τριακοσίοις ἑξηκονταπέντε, οἷς αὐτοὶ ἔπλασαν Ἀρχόντων δῆθεν, ἐμπαίζοντες τοῖς γυναικαρίοις καὶ λέγοντες, Μίγηθι μετ' ἐμοῦ, ἵνα σε ἀνενέγκω πρὸς τὸν Ἄρχοντα. Καθ' ἑκάστην δὲ μίξιν ὀνομάζουσιν ἑνὸς ὄνομά τινος βάρβαρον τῶν παρ' αὐτοῖς [6] πεπλασμένων, καὶ δῆθεν εὔχονται λέγοντες, Προσφέρομέν σοι τῷ δεῖνι, ἵνα προσενέγκῃς τῷ δεῖνι. Τῇ δὲ ἄλλῃ πάλιν μίξει ἄλλῳ ὑποτίθενται ὡσαύτως προσφέρειν, ἵνα καὶ αὐτὸς τῷ ἄλλῳ. Καὶ ἕως ἂν ἔλθῃ, μᾶλλον δὲ κατέλθῃ τριακοσίας ἑξηκονταπέντε πτώσεις τῆς λαγνείας, καθ' ἑκάστην ὄνομά τι ἐπικαλεῖται τὸ τοιοῦτο ἐργαζόμενος, καὶ ἄρχεται πάλιν κατιέναι διὰ τῶν αὐτῶν, τὰ αὐτὰ αἰσχρὰ ἐπιτελῶν καὶ ἐμπαίζων ταῖς ἠπατημέναις.
pag. 91. Ὅταν οὖν εἰς τοσοῦτον ἀριθμοῦ ὄγκον ἐλάσῃ ἑπτακοσίων τριάκοντα πτώσεων, λέγω δὴ μίξεων αἰσχρῶν, καὶ ὀνομάτων τῶν παρ' αὐτοῖς*

2. φησὶ cod. *Vatic.*
3. φησὶ cod. *Vatic.*
Cap. IX. — 1. ἐπεὶ πῶς ἂν *placuit Petavio.*
2. λεγόμενα κακῶς ἐνταῦθα cod. *Vatic.*, *recte.* κακῶς λεγόμενα ἐνταῦθα edit. *Petav.* λεγόμενα ἐνταῦθα cod. *Rhedig.* et edit. princ.

Erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. Atque in eo quod scriptum est, *Secus decursus aquarum*, indicari viri foeditatem asseruit: istud vero, *Quod fructum suum dabit in tempore suo*, voluptatis demonstrare proluviem. Nam quod additum est, *Et folium eius non defluet*, tum a nobis, inquiunt, perficitur, cum in terram decidere non patimur, sed ipsimet illud absumimus. Psalm 1, 3.

Ac ne prolatis illorum testimoniis plus detrimenti quam utilitatis adferam, idcirco pleraque silentio praetermittam. Alioquin omnia quae ab illis dicuntur hoc loco explicando commemorarem. Nam quod in scriptura legimus Rhaab coccinum in fenestra posuisse, non coccinum erat, inquiunt, sed muliebre pudendum, in quo coccineus color menstruum sanguinem significat. Quin etiam eodem illud spectat: *Bibe aquam de tuis vasis.* Siquidem interire carnem, nec excitari denuo praedicant, eamque ad Principem pertinere. Vim autem illam, quae in menstruis est ac semine, animam esse, quam collectam comedimus. Unde cum carnibus aut oleribus, aut pane, aut alio quopiam vescimur, bene de creatis rebus meremur, dum ex his omnibus animam corrogamus ac nobiscum in coelum evehimus. Ideoque genere omni carnium utuntur, ut generis, aiunt, nostri misereamur. Caeterum eandem inesse putant animalibus et bestiis et piscibus ac serpentibus animam, quae hominibus insit, nec non et oleribus et arboribus ac germinibus infusam. Iam vero qui ex iis Phibionitae vocantur execranda illa libidinis sacra, quae a nobis explicata sunt, CCCLXV nominibus adscribunt, quae Principum esse propria commenti sunt. Ita mulierculis illudentes, *Congredere mecum*, inquiunt, *ut te ad Principem perducam.* Tum ad singulos coitus barbarum aliquod unius ex illis nomen temere ab iis excogitatum pronunciant, ac nimirum hac formula precantur: *Tibi N. offerimus, ut N. vicissim offeras.* Inde alio rursus in congressu alteri se offerre praedicant, ut et is alteri repraesentet. Ita donec per CCCLXV libidinis ac lasciviae gradus ascenderint, vel descenderint potius, quoties Venerem repetunt, eiusmodi aliquod nomen appellant. Inde per eadem illa turpitudinis vestigia relabuntur, ac circumventis a se mulierculis illudunt. Postquam autem iterando saepius concubitu, ac fictis illis nominibus repetendis DCCCXXX numerum impleront, deinceps qui id egerit, palam de se praedi- Cap. IX. Iosua 2. Prov. 5, 15.

3. φησὶ codd. *Vatic. et Rhedig.*
4. φησὶ codd. *Vatic. et Rhedig.*
5. τὰ (*repone* τὰς) τῆς cod. *Vatic.*
6. πεπλασμένων cod. *Vatic. Reliqui libri* πεπλανημένων.

πεπλασμένων, τότε λοιπὸν τολμᾷ ὁ τοιοῦτος καὶ λέγει, Ἐγώ εἰμι ὁ Χριστός· ἐπειδὴ ἄνωθεν καταβέβηκα διὰ τῶν ὀνομάτων τῶν τξε' Ἀρχόντων.

Κεφ. ι'. *Τὰ δὲ τῶν μειζόνων κατ' αὐτοὺς Ἀρχόντων ὀνόματα ταῦτα εἶναι* [1] *λέγουσι. Πολλοὺς λέγοντες, ἐν μὲν τῷ πρώτῳ οὐρανῷ εἶναι τὸν Ἰαὼ ἄρχοντα, καὶ ἐν τῷ δευτέρῳ φασὶν εἶναι τὸν Σακλᾶν ἄρχοντα τῆς πορνείας, ἐν δὲ τῷ τρίτῳ τὸν Σὴθ ἄρχοντα, ἐν δὲ τῷ τετάρτῳ εἶναί φασι τὸν Δάδην· τέταρτον γὰρ ὑποτίθενται οὐρανὸν, καὶ τρίτον· πέμπτον δὲ ἄλλον οὐρανὸν, ἐν ᾧ φασιν εἶναι τὸν Ἐλωαῖον, τὸν καὶ Ἀδωναῖον. Ἐν δὲ τῷ ἕκτῳ φασὶν εἶναι οἱ μὲν τὸν Ἰαλδαβαὼθ, οἱ δὲ τὸν Ἠλιλαῖον. Ἄλλον δὲ ἕβδομον οὐρανὸν ὑποτίθενται, ἐν ᾧ λέγουσιν εἶναι τὸν Σαβαώθ· ἄλλοι δὲ λέγουσιν οὐχὶ, ἀλλ' ὁ Ἰαλδαβαὼθ ἐστιν ἐν τῷ ἑβδόμῳ· ἐν δὲ τῷ ὀγδόῳ οὐρανῷ τὴν Βαρβηλὼ καλουμένην, καὶ τὸν Πατέρα τῶν ὅλων, καὶ κύριον τὸν αὐτὸν αὐτοπάτορα, καὶ Χριστὸν ἄλλον αὐτολόχευτον· καὶ Χριστὸν τοῦτον τὸν κατελθόντα καὶ δείξαντα τοῖς ἀνθρώποις ταύτην τὴν Γνῶσιν· ὃν καὶ Ἰησοῦν φασι, μὴ εἶναι δὲ αὐτὸν ἀπὸ Μαρίας γεγεννημένον, ἀλλὰ διὰ Μαρίας δεδειγμένον, σάρκα δὲ αὐτὸν μὴ εἰληφέναι, ἀλλ' ἢ μόνον δόκησιν εἶναι. Φασὶ δὲ τὸν Σαβαὼθ οἱ μὲν ὄνου μορφὴν ἔχειν, οἱ δὲ χοίρου. Διόπερ ἐνετείλατο, φασὶ, τοῖς Ἰουδαίοις, χοῖρον μὴ ἐσθίειν· εἶναι δὲ αὐτὸν ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς, καὶ τῶν μετ' αὐτὸν οὐρανῶν καὶ ἀγγέλων τῶν ἑαυτοῦ. Τὴν δὲ ψυχὴν ἐν τῷ ἐξέρχεσθαι ἐντεῦθεν διαβαίνειν διὰ τῶν Ἀρχόντων τούτων, μὴ δύνασθαι δὲ διαπεράσαι, εἰ μή τι ἂν* [2] *τῆς Γνώσεως ἐν πληρώματι γένηται, μᾶλλον δὲ ταύτης τῆς καταγνώσεως, καὶ ἐμφορηθεῖσα διαδράσειε τῶν Ἀρχόντων καὶ τῶν Ἐξουσιῶν τὰς χεῖρας. Εἶναι δὲ δρακοντοειδῆ τὸν Ἄρχοντα τὸν κατέχοντα τὸν κόσμον τοῦτον, καὶ καταπίνοντα μὲν τὰς ψυχὰς τὰς μὴ ἐν γνώσει ὑπαρχούσας, καὶ διὰ τῆς κέρκου πάλιν ἐπιστρέφοντα εἰς τὸν κόσμον,* [3] *κἀντεῦθεν εἰς χοίρους καὶ εἰς ἄλλα ζῶα, καὶ πάλιν διὰ τῶν αὐτῶν ἀναφερομένας. Εἰ δέ τις,* [4] *φασὶν, ἐν τῇ Γνώσει γένηται ταύτῃ, καὶ συλλέξει ἑαυτὸν ἐκ τοῦ κόσμου διὰ τῶν ἐμμηνίων καὶ διὰ τῶν ῥύσεων*
pag. 92. *τούτων τῆς ἐπιθυμίας, μηκέτι ἐνταῦθα κατέχεσθαι αὐτὸν, ἀλλὰ ὑπερβαίνειν τοὺς προειρημένους Ἄρχοντας, ἔρχεσθαι δὲ,* [5] *φασὶ, παρὰ τὸν Σαβαὼθ, καὶ πατεῖν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, ἀθυρογλώττως βλασφημοῦντες, καὶ οὕτως ὑπερβαίνειν εἰς τὸ ἄνω μέρος, ὅπου ἡ μήτηρ τῶν ζώντων ἡ Βαρβηρὼ, ἤτοι Βαρβηλὼ, καὶ οὕτω τὴν ψυχὴν σώζεσθαι. Ἔχειν δὲ καὶ τρίχας ὡς γυναικὸς τὸν αὐτὸν λέγουσιν οἱ τάλανες, νο-*

CAP. X. — 1. *Vulgata distinctio est in editis* λέγουσι, πολλοὺς λέγοντες. ἐν μὲν *cett.*

2. τῆς γνώσεως ταύτης, μᾶλλον δὲ τῆς καταγνώσεως ἐν πληρώματος (*sic*) γένηται, καὶ ἐμφορηθεὶς (*sic*) διαδράσειε *cett. cod. Vatic.*

care non dubitat: Ego sum Christus; nam per CCCLXV nomina Principum ex alto descendi.

Maiorum porro Principum nomina haec esse memorat. In supremo, inquiunt, orbe residet Iao, in secundo Saclan, is qui stupris ac libidinibus praeest; in tertio Sethus, in quarto Daden statuunt: quippe quartum esse coelum asseverant, et tertium; ac rursus quintum, in quo Eloaeum collocant, qui idem et Adonaeus dicitur. At sextum occupare volunt alii Ialdabaoth, Elilaeum alii. Sed et septimum esse nonnulli definiunt, cui Sabaoth insideat. Quod ab aliis negatur, qui Ialdabaoth septimam illam stationem attribuunt. In octavo Barbeloni domicilium esse fingunt, nec non et universorum Parenti illi qui idem dominus sit, et suimetipsius pater, quemadmodum et alteri cuidam Christo, qui per sese sit in lucem editus. Tum vero Christum ibidem ipsum collocant, qui de coelo descendit, et eiusmodi Cognitionem humano generi contulit, quem etiam appellatum fuisse Iesum praedicant. Verum eundem negant de Maria natum, sed per Mariam ostensum asserunt; neque carnem aliter quam specie ipsa suscepisse. Quod ad Sabaoth pertinet, hunc asini quidam, alii porci figura constare censent. Ob idque Iudaeis, aiunt, suillis carnibus interdixerat. Hunc esse coelo terraeque conditorem, tum eorum qui consequuntur coelestium orbium, angelorumque suorum. Porro digredientem hinc animam per illos transire Principes, neque tamen penetrare posse, nisi Cognitione illa plenissime perfusa fuerit, vel comdemnatione potius; qua quidem cumulata Principum istorum ac Potestatum manus effugiat. Addunt et huius mundi Praesidem draconis effigiem habere, ab eoque animas absorberi Cognitione illa destitutas, rursumque per caudam in hunc mundum refundi. Ex quo deinceps in porcorum aliorumque animantium corpora transfusae per eadem denuo vestigia sursum efferantur. Quod si quis, aiunt, ea fuerit Cognitione praeditus, seseque per menstrua illa ac libidinis profusionem ex hoc mundo collegerit, eum nihil hic detineri amplius, sed eos quos diximus praetergredi Principes, et ad Sabaoth usque pervenire, atque illius proculcare caput (ita enim sacrilego atque impudenter effutiunt), indeque ad supremum illud domicilium evadere, ubi viventium mater est Barbero, quae et ab illis Barbelo dicitur. Hanc esse animae rationem adipiscendae salutis. Illud vero praeterea infelices illi ad fabulam ad- Cap. X.

3. ἐνταῦθα *cod. Vatic.* 5. φησὶ *codd. Rhedig. Vatic.*
4. φησὶν *codd. Vatic. Rhedig.*

μίζοντες τὸ ὄνομα τὸ Σαβαὼθ ἄρχοντά τινα εἶναι, οὐκ εἰδότες ὅτι ὅπου λέγει, Τάδε λέγει κύριος Σαβαὼθ, οὐκ ὄνομά τινος εἶπεν, ἀλλ' ὄνομα δοξολογίας τῆς θεότητος. Σαβαὼθ γὰρ ἑρμηνεύεται ἀπὸ τῆς Ἑβραϊκῆς διαλέκτου Κύριος τῶν δυνάμεων. Ὅπου γὰρ ἐν τῇ παλαιᾷ διαθήκῃ τὸ Σαβαὼθ ὄνομά ἐστι γεγραμμένον, δύναμιν ὑποφαίνει, ὅθεν ὁ Ἀκύλας πανταχοῦ τὸ Ἀδωναῒ Σαβαὼθ ἑρμηνεύει λέγων, Κύριος στρατιῶν. Οὗτοι δὲ κατὰ πάντα τρόπον ἐμμανέντες κατὰ τοῦ αὐτῶν δεσπότου τὸν μὴ ὄντα ζητοῦσι, καὶ τὸν ὄντα ἀπολωλέκασι, μᾶλλον δὲ ἑαυτοὺς ἀπώλεσαν.

Κεφ. ια'. Ἄλλα δὲ ὅσα [1] φλυαροῦσιν ἐν οἷς περικακεῖν ἐστι τὰ τῆς αὐτῶν μανίας λέγειν. Τινὲς δὲ ἐξ αὐτῶν γυναιξὶ μὴ πλησιάζοντες ταῖς ἰδίαις χερσὶ αὐτῶν ἑαυτοὺς φθείρουσι, τὴν δὲ αὐτῶν φθορὰν λαμβάνουσιν εἰς τὰς χεῖρας, καὶ οὕτως ἐσθίουσι, χρώμενοι σεσυκοφαντημένῃ μαρτυρίᾳ, [2] τῷ, Αἱ χεῖρες αὗται ἐπήρκεσαν οὐ μόνον ἐμοὶ, ἀλλὰ καὶ τοῖς σὺν ἐμοὶ, καὶ [3] τῷ πάλιν, [4] Ἐργαζόμενοι ταῖς ἰδίαις χερσὶν, ἵνα [5] δύνησθε καὶ τοῖς μὴ ἔχουσι μεταδοῦναι. Ὡς καὶ περὶ τούτων, οἶμαι, ἐκινήθη τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐν τῷ ἀποστόλῳ Ἰούδᾳ, λέγω δὴ ἐν τῇ ὑπ' αὐτοῦ γραφείσῃ καθολικῇ ἐπιστολῇ. Ἰούδας δέ ἐστιν οὗτος ὁ ἀδελφὸς Ἰακώβου καὶ κυρίου λεγόμενος. Ὑπέδειξε γὰρ αὐτοὺς τὸ ἅγιον πνεῦμα διὰ τῆς φωνῆς τοῦ Ἰούδα κατὰ τὰ κτήνη φθειρομένους καὶ φθείροντας, ὡς λέγει ὅτι, Ὅσα μὲν οὐκ οἴδασιν, ἀγνοοῦντες ἁλίσκονται, ὅσα δὲ οἴδασιν, ὡς τὰ ἄλογα ζῶα φθείρονται. Κυνῶν γὰρ δίκην καὶ χοίρων τὴν ἀπ' αὐτῶν φθορὰν ἐπιτελοῦσιν. Οἱ κύνες γὰρ καὶ οἱ χοῖροι, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἄλλα ζῶα, οὕτως φθείρονται, καὶ τὴν ἀπόρρυσιν τὴν ἀπὸ τῶν σωμάτων αὐτῶν ἐσθίουσι. Καὶ γὰρ ἀληθῶς ἐνυπνιαζόμενοι σάρκα μιαίνουσι, κυριότητα δὲ ἀθετοῦσι, δόξας δὲ βλασφημοῦσι· Μιχαὴλ δὲ ὁ ἀρχάγγελος διαλεγόμενος τῷ διαβόλῳ περὶ τοῦ Μωϋσέως σώματος οὐκ ἤνεγκε λόγον βλασφημίας, ἀλλὰ εἶπεν, Ἐπιτιμήσαι σοι ὁ κύριος· οὗτοι δὲ ὅσα οὐκ οἴδασι, φυσικῶς βλασφημοῦσιν, ὅτι τὰ ἅγια τῶν ἁγίων τὰ μετὰ ἁγιασμοῦ ἡμῖν παραδοθέντα βλασφημοῦσιν, εἰς αἰσχρότητα αὐτοὶ μεταβαλλόμενοι. Καὶ ταῦτά ἐστιν ἅτινα κατὰ τῶν ἀποστόλων ἐτόλμησαν λέγειν, ὡς καὶ ὁ μακάριος Παῦλός φησιν, Ὥς τέ τινας τολμᾶν ἡμᾶς λέγειν, Ποιήσωμεν τὰ κακὰ, ἵνα ἔλθῃ ἐφ' ἡμᾶς τὰ ἀγαθὰ, ὧν τὸ κρίμα ἔνδικόν ἐστι. Πόσας δὲ ἄλλας ἀγάγοιμι μαρτυρίας κατὰ τῶν βλασφήμων; Οὗτοι γὰρ οἱ ταῖς ἰδίαις

pag. 93.

Cap. XI. — 1. φλυαροῦσιν *non habet cod. Vatic.*
2. *Libri vulgo* τὸ.
3. *Libri vulgo* τὸ.
4. ἐργαζόμενος *codd. Vatic. Rhedig.*
5. δύνηται *cod. Vatic.*

iunxerunt, eidem Sabaoth capillos esse muliebres; quod scilicet vocem illam Sabaoth Principis alicuius esse nomen arbitrentur, neque illud intelligant, ubicumque ita dicitur, *Haec dicit dominus Sabaoth*, non cuiuspiam id esse proprium nomen, sed praedicando potius numini velut quoddam laudationis vocabulum adhiberi. Quippe dominus Sabaoth idem Hebraice quod exercituum significat. Et quidem ubicumque vox illa Sabaoth in vetere testamento legitur, exercitum sonat. Itaque pro eo quod Hebraice scriptum est, *Adonai Sabaoth*, Aquila perpetuo, *Dominus exercituum* reddit. Sed isti furore atque amentia perciti ad domini sui iniuriam eum qui nusquam est inquirunt, et eum qui est reipsa, vel semetipsos potius, perdiderunt.

Sunt et aliae eorumdem innumerabiles nugae, nec sine taedio Cap. XI.
potest omnis istorum insania commemorari. Sed illud praetermitti non potest, quosdam ex horum esse numero, qui ita mulierum consuetudine abstinent, ut seipsos manibus suis conspurcent, iisque foedissimum libidinis virus excipiant atque eo vescantur, ad quod testimonium illud per summam calumniam detorquent: *Manus istae* Act. 20, 34.
suppeditarunt non mihi solum, sed et iis qui mecum sunt. Item istud: *Operantes manibus propriis, ut possitis iis qui non habent communi-* Eph. 4, 28.
care. De quibus adeo mihi commotus videtur in apostolo Iuda spiritus sanctus, hoc est in catholica illius epistola (Iudas ille porro est qui Iacobi, atque etiam domini frater appellatus est). In qua per apostoli vocem spiritus, inquam, sanctus, corruptos illos corruptores esse demonstrat, ut ibidem loquitur: *Quae enim nesciunt* Ep. Iud. v. 10.
ignorantes in illis capiuntur: quae vero norunt, in iis tanquam muta animalia corrumpuntur. Siquidem canum instar ac porcorum sua se corruptela turpitudinis inquinant. Hoc enim modo tam canes ac porci quam caetera se animantia corrumpunt, et profluentem e corporibus suis libidinis humorem delingunt. Atque illi revera carnem suam erumpente velut per somnium fluxione commaculant. *Dominationem autem spernunt, maiestatem autem blasphemant: at Michael* Ep. Iud. v. 8.
archangelus cum diabolo disputans de Moysi corpore blasphemiae sermonem non tulit, sed dixit, Increpet te dominus: hi autem quaecumque ignorant naturaliter blasphemant; dum sacrosanctis illis mysteriis quae cum sanctissimis religionibus nobiscum communicantur contumeliose illudunt, et ad spurcissimam flagitiosissimamque libidinem convertunt. Haec sunt quae adversus apostolos effutire sunt ausi, quemadmodum beatus apostolus scribit: *Adeo ut quidam haec a no-* Rom. 3, 8.
bis dici iactare audeant, Faciamus mala, ut eveniant bona; quorum iustum est iudicium. Quam vero multa testimonia suppetunt quae contra blasphemos illos in medium afferre possimus! Sed illi qui

χερσὶ φθειρόμενοι, οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ οἱ ταῖς γυναιξὶ πλησιάζοντες, λοιπὸν κόρον μὴ λαβόντες τῆς μετὰ τῶν γυναικῶν πολυμιξίας, εἰς ἀλλήλους ἐκκαίονται, Ἄνδρες ἐν ἀνδράσι, κατὰ τὸ γεγραμμένον, τὴν ἀντιμισθίαν τῆς πλάνης ἐν ἑαυτοῖς ἀπολαμβάνοντες. Ἐξώλεις γὰρ οἱ αὐτοὶ γενόμενοι μακαρίζουσιν ἀλλήλους, [6] ὡς τὸ προκριτέον πρᾶγμα ἀναδεξάμενοι. Ἀλλὰ καὶ ἀπατῶντες τὸ αὐτοῖς πειθόμενον γυναικεῖον γένος, τὸ σεσωρευμένον ἁμαρτήμασι καὶ ἠγμένον ποικίλαις ἐπιθυμίαις, φάσκουσι ταῖς ἠπατημέναις ὑπ' αὐτῶν ὅτι, Ἡ δεῖνα παρθένος, ἡ τοσαῦτα ἔτη ἐφθαρμένη, καὶ φθειρομένη καθ' ἑκάστην ἡμέραν. Κόρον γὰρ οὐκ ἔχει παρ' αὐτοῖς ἡ λαγνεία, ἀλλ' ὅσον τις παρ' αὐτοῖς αἰσχρουργὸς ἄνθρωπος, τοσοῦτον παρ' αὐτοῖς ἐπαινετός. Ἐκείνας δέ φασιν εἶναι παρθένους, τὰς μηδέποτε ἐν κοσμικῇ μίξει γάμου κατὰ φύσιν τῆς συνηθείας γενομένας, ἕως καταβολῆς σπέρματος, ἀλλὰ μιγνυμένας μὲν ἀεὶ καὶ πορνευούσας, πρὸ δὲ τοῦ ἀπαρτισθῆναι τὴν ἡδονὴν ἀφιστώσας τὸν πονηροποιὸν αὐτῶν τῆς κοινωνίας φθορέα, καὶ λαμβανούσας τὴν προειρημένην αἰσχρότητα εἰς ἐδωδὴν, ὡς κατὰ τὸ ὅμοιον τοῦ Σηλὼμ πρὸς τὴν Θάμαρ κακοτροπίας, ἀλλὰ ἀπὸ παρθενίας τὴν τέχνην ταύτην [7] ἐπανῃρημένας, τοῦ φθείρεσθαι μὲν, μὴ ὑποδέχεσθαι δὲ τῆς φθορᾶς τὴν μίξιν καὶ τὴν ἀπόρροιαν. Βλασφημοῦσι δὲ οὐ μόνον τὸν Ἀβραὰμ καὶ τὸν Μωϋσέα καὶ τὸν Ἠλίαν, καὶ πάντα
pag. 94. [8] τὸν χορὸν τῶν προφητῶν, ἀλλὰ καὶ τὸν θεὸν τὸν ἐκλεξάμενον αὐτούς.

Κεφ. ιβ'. Ἄλλα δὲ μυρία παρ' αὐτοῖς πεπλασμένα γραφεῖα τετόλμηται. Γένναν μὲν γὰρ Μαρίας βιβλίον τί φασιν εἶναι, ἐν ᾧ δεινά τε καὶ ὀλέθρια ὑποβάλλοντές τινα ἐκεῖσε λέγουσιν. Ἐκ τούτου γάρ φασι τὸν Ζαχαρίαν ἀπεκτάνθαι ἐν τῷ ναῷ, ἐπειδὴ, [1] φασὶ, ὀπτασίαν ἑώρακε, καὶ ἀπὸ τοῦ φόβου θέλων εἰπεῖν τὴν ὀπτασίαν ἀπεφράγη τὸ στόμα. Εἶδε γὰρ, [2] φασὶν, ἐν τῇ ὥρᾳ τῆς θυμιάματός τινα, ὡς ἐθυμία, ἄνθρωπον ἑστῶτα [3] ὄνου μορφὴν ἔχοντα. Καὶ ἐξελθόντος, [4] φασὶ, καὶ θέλοντος εἰπεῖν, Οὐαὶ ὑμῖν, τίνι προςκυνεῖτε; ἀπέφραξεν αὐτοῦ τὸ στόμα ὁ ὀφθεὶς αὐτῷ ἔνδον ἐν τῷ ναῷ, ἵνα μὴ δύνηται λαλῆσαι. Ὅτε δὲ ἠνοίγη τὸ στόμα αὐτοῦ, ἵνα λαλήσῃ, τότε ἀπεκάλυψεν αὐτοῖς, καὶ ἀπέκτειναν αὐτὸν, καὶ οὕτως, [5] φασὶν, ἀπέθανε Ζαχαρίας. Διὰ τοῦτο γὰρ [6] ὁ ἱερεὺς προςετάγη ὑπ' αὐτοῦ τοῦ νομοθετήσαντος, φασὶν, ἔχειν

6. *Suspicor* ὥς τι.
7. ἐπανῃρημένας *ego rescripsi pro* ἐπανειρημένας, *quod in libris vulgo extat.*
8. τὸν *cum Petavio adieci ex cod. Vatic. Non extat in ed. princ. et cod. Rhedig.*

Cap. XII. — 1. φησὶ *codd. Vatic. Rhedig.*
2. φησὶν *codd. Vatic. Rhedig.*
3. *Hinc illa fabula de Onocoete Christianorum deo, de qua Tertull. Apolog. cap. 16.*

suis ipsi manibus abominandam libidinem exercent, qui cum mulieribus se commiscent, assiduo illarum usu nequaquam exsatiati in semetipsos exardescunt, *Viri*, inquam *in viros*, sicut scriptum est, Rom. 1, 27. *mercedem erroris sui in semetipsis recipientes*. Etenim perditi profligatique homines beatos se invicem praedicant, tanquam praecipuum quiddam facinus ac singulare susceperint. Quinetiam mulierculis quas sibi morigeras habent, illudentes, *Mulierculis*, inquam, *onu-* 2. Tim. 3, 6. *stis peccatis, ac multiplicibus cupiditatibus abductis*, identidem narrant, hanc, quam videlicet nominant, esse virginem, cum ante multos iam annos vitiata fuerit, ac quotidie constupretur. Apud illos quippe satietas libidinis nulla; et quo foediora quisque perpetraverit, eo maiori omnium laude ac praedicatione celebratur. Virgines porro illas appellant quae nunquam legitimo nuptiarum usu ac naturali illa consuetudine ita perfunctae sunt, ut infusum semen exciperent, sed quae licet assiduis se stupris flagitiisque contaminent, tamen antequam libido omnis impleatur perditissimum suum illum admissarium excutiunt, illasque quas diximus turpissimas sordes ad vescendum excipiunt. In quo immane illud horrendumque Sellomi Gen. 38. cum Thamare facinus imitantur, utpote quae servandae virginitatis artificium illud susceperint, ut cum assidue corrumpantur, nullam tamen ex ea corruptela infusionem seminis admittant. Neque vero aut Abraamum, duntaxat, aut Moysen atque Eliam, adeoque prophetas omnes sed et deum ipsum a quo sunt electi contumeliose traducunt.

Infinita porro penes illos sunt supposititia atque impudenter con- Cap. XII. ficta monumenta. Cuiusmodi est qui De Progenie Mariae liber inscribitur, in quo horribilia quaedam ac detestanda illorum dicta continentur. Velut inter alia, eam Zachariae necis in templo caussam extitisse, quod cum visum quoddam illi esset oblatum, idque prae metu significare vellet, os ei primo praeclusum sit. Viderat autem, inquiunt, cum incensi hora suffiret, asini figura stantem hominem, ac cum egredi vellet, itaque proloqui, Vae vobis, quem enim tandem adoratis? ab eo qui in templo intus apparuit oris illi, ne efferre posset, usus interclusus est; post autem ubi vox eidem est restituta, atque hoc in Iudaeos arcanum evulgavit ab illis interfectus est. Haec, inquiunt, Zachariae mortis occasio fuit. Addunt eandem illam ob caussam iussum a legislatore pontificem tintinnabula gestasse, ut quoties ad functionem suam obeundam ingrederetur, cre-

4. φησὶ cod. Vatic.
5. φησὶν cod. Vatic.
6. ὁ ἱερεὺς προςετάγη ὑπ' αὐτοῦ τοῦ νομοθετήσαντος, φασὶν codd. Vatic. Rhedig. ὁ ἱερεὺς ὑπ' αὐτοῦ τοῦ νομοθετήσαντος προςετάγη, φασὶν ed. Petav. In edit. princ. desideratur vox προςετάγη.

κώδωνας, ἵν' ὅταν εἰςέρχηται ἱερατεῦσαι, τὸν [7]κτύπον ἀκούων τῶν κωδώνων κρύπτηται ὁ προςκυνούμενος, ἵνα μὴ φωραθῇ τὸ [8]ἰνδαλματικὸν τῆς μορφῆς αὐτοῦ πρόςωπον. Ἔστι δὲ τὸ πᾶν τῆς εὐηθείας αὐτῶν ἐπιτήδευμα εὐθυέλεγκτον καὶ χλεύης ἔμπλεον. Εἰ γὰρ ἦν ὅλως ὁρατὸς ὁ ἱερουργούμενος, οὐδὲ κρυβῆναι ἠδύνατο· εἰ δὲ ὅλως κρυβῆναι ἠδύνατο, οὐκέτι ἦν ὁρατός. Καὶ ἑτέρως πάλιν πρὸς αὐτοὺς ῥητέον ὅτι εἰ ὁρατὸς ἦν, σῶμα ἄρα ἦν, καὶ οὐκ ἦν πνεῦμα, εἰ δὲ πνεῦμα ἦν, οὐκέτι ἐν ὁρατοῖς ἐξετάζεται. Πῶς οὖν τὸ οὐκ ἐν ὁρατοῖς ἐξεταζόμενον ἀπὸ τοῦ κτύπου τῶν κωδώνων τῆς ἑαυτοῦ συστολῆς προενοεῖτο; Ἔχον γὰρ τὸ ἀόρατον κατὰ φύσιν οὐκ ἂν ὠπτάνετο, εἰ μὴ ἤθελεν. [9]Εἰ καὶ ὤφθη δὲ, οὐκέτι κατὰ ἀνάγκην ἐφαίνετο, τῆς φύσεως αὐτὸν ἀγούσης εἰς τὸ φαίνεσθαι, ἀλλὰ κατὰ χάριν, οὐ φόβῳ καὶ προλήψει, παρὰ προςδοκίαν [10]ἄνευ κτύπου εἰς τὸ δῆλον καθιστῶντος τὴν αὐτοῦ ὀπτασίαν. Καὶ οὕτως κατὰ πάντα τρόπον διέπεσεν ὁ αὐτῶν ψευδὴς καὶ παραπεποιημένος λόγος. Καὶ πολλά ἐστιν ἄλλα ἃ λέγουσι ληρώδη· καί τοί γε τοῦ Ζαχαρίου μὴ ἀποκτανθέντος εὐθὺς, ἀλλὰ καὶ ἐπιμείναντος ἡμέρας μετὰ τὴν τοῦ Ἰωάννου γέννη-
pag. 86. *σιν, καὶ προφητεύσαντος περὶ τοῦ Ἰωάννου καὶ περὶ τῆς παρουσίας κυρίου καὶ ἐνσάρκου γεννήσεως ἀπὸ τῆς ἁγίας παρθένου Μαρίας διὰ πνεύματος ἁγίου, ὡς λέγει, Καὶ σὺ παιδίον προφήτης ὑψίστου κληθήσῃ· προπορεύσῃ γὰρ πρὸ προςώπου κυρίου ἑτοιμάσαι ὁδοὺς αὐτοῦ, ἐπιστρέψαι καρδίας πατέρων ἐπὶ τέκνα, καὶ ἀπειθεῖς ἐν φρονήσει, καὶ τὰ ἑξῆς. Πόσα δὲ ἄλλα ἔστιν εἰπεῖν περὶ τῆς αὐτῶν ψευδηγορίας καὶ τοῦ αὐτῶν μιασμοῦ;*

Κεφ. ιγ'. *Οἱ δὲ Λευῖται παρ' αὐτοῖς καλούμενοι οὐ μίσγονται γυναιξὶν, ἀλλὰ ἀλλήλοις μίσγονται. Καὶ οὗτοί εἰσιν οἱ προκριτέοι παρ' αὐτοῖς δῆθεν καὶ ἐπαινετοί. Καταγελῶσι δὲ λοιπὸν τῶν τὴν πολιτείαν ἀσκούντων, καὶ ἁγνείαν, καὶ παρθενίαν, ὡς εἰς μάτην τὸν κάματον ἀναδεδεγμένων. Προςφέρουσι δὲ εἰς ὄνομα Φιλίππου τοῦ ἁγίου μαθητοῦ εὐαγγέλιον πεπλασμένον, ὅτι φησὶν, Ἀπεκάλυψέ μοι ὁ κύριος τί τὴν ψυχὴν δεῖ λέγειν ἐν τῷ ἀνιέναι εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ πῶς ἑκάστῃ τῶν ἄνω Δυνάμεων ἀποκρίνεσθαι· ὅτι ἐπέγνων ἐμαυτήν, φησὶ, καὶ συνέλεξα ἐμαυτὴν πανταχόθεν, καὶ οὐκ ἔσπειρα τέκνα τῷ Ἄρχοντι, ἀλλὰ ἐξερρίζωσα τὰς ῥίζας αὐτοῦ, καὶ συνέλεξα τὰ μέλη τὰ διεσκορπισμένα, καὶ οἶδά σε τίς εἶ· ἐγὼ γὰρ, φησὶ, τῶν ἄνωθέν εἰμι. Καὶ οὕτως, φησὶν, ἀπολύεται. Ἐὰν δὲ, φησὶν, εὑρεθῇ γεννήσασα υἱὸν, κατέχε-*

7. κτύπον codd. *Vatic. Rhedig.* τύπον ed. princ.
8. ἰνδαλτικὸν cod. *Vatic.*
9. εἰ καὶ ὤφθη δὲ cod. *Vatic.* εἰ δὲ καὶ ὤφθη δὲ cod. *Rhedig.*, et editorum uterque.

pitaculorum strepitu is qui adorabatur admonitus sese e medio subtraheret, ne cum larva illa ac turpi effigie deprehenderetur. Enimvero stolidum illud stultissimorum hominum commentum cum ad convincendum perfacile est, tum risu ac ludibrio dignum. Etenim sive is erat omnino, cui haec sacra faciebant, aspectabilis, occultari minime poterat: sive occultari penitus poterat, non iam erat aspectabilis. Quod item alio modo contra eosdem urgeri potest. Si enim videri poterat, corpus utique erat, non spiritus: sin fuisse spiritum dixerint, non inter ea censendus erit quae discerni oculis possunt. Quid igitur attinebat eum qui oculorum sensu percipi nequiret illo tintinnabulorum sonitu fugae suae latebraeque consulere? Cum enim id natura insitum haberet ut videri non posset, profecto nisi vellet a nemine videretur. Quod vero esset ab aliquo conspectus, non illud necessitate contingeret, quasi eum in lucem et apertum natura produxisset, sed indulgentia quadam potius, neque ita ut subito metu atque ex improviso praeterque expectationem, suppresso illo sonitu, palam se videndum praeberet. Ita omni ex parte falsa illorum atque ementita ratio concidit. Sed alia quaedam plurima sunt quae nugatorie atque inaniter iactare solent. Atqui neque illico est interfectus Zacharias et post ortum Ioannis adhuc vixit, deque eo ac de Christi adventu et eiusdem secundum carnem per spiritum sanctum e beata virgine Maria generatione vaticinatus est his verbis: *Et tu* Luc. 1, 76.
puer propheta altissimi vocaberis: praeibis enim ante faciem domini parare vias eius, ad convertenda corda patrum in filios et inobsequentes ad prudentiam etc. Quanta vero ad eorum mendacia convincenda, contraque abominandam illam libidinem a nobis afferri possunt!

Atque ut de illorum Levitis, sic enim appellant, nonnihil dica- Cap. XIII.
mus, isti non cum mulieribus, sed secum invicem miscentur, ac scilicet praecipua inter illos dignitate ac laude commendantur. Tum vero eos omnes derident qui monasticum vitae genus amplexi sunt, aut castitatem virginitatemque profitentur, quod frustra id sibi molestiae ac laboris imponant. Praeterea Evangelium quoddam sub Philippi sanctissimi Christi discipuli nomine circumferunt, in quo ista narrantur: *Mihi*, inquit, *dominus aperuit, quibus anima verbis uti cum in coelum ascendit, ac quemadmodum unicuique coelestium Virtutum respondere debeat: nimirum, Ego meipsam agnovi, atque undiquaque collegi: neque Principi filios genui, sed eius radices extirpavi, ac dissipata membra in unum coegi, teque adeo qui sis novi: Sum enim e coelestium numero.* Atque hoc modo, inquiunt, illa dimittitur. Sin

10. *Male vertit Petavius* „suppresso illo sonitu", *praveque distinxit, non post* προλήψει, *sed post* κτύπου.

ται κάτω, ἕως ἂν τὰ ἴδια τέκνα δυνηθῇ ἀναλαβεῖν καὶ ἀνελκύσαι εἰς ἑαυτήν. Καὶ ταῦτά ἐστι τὰ ληρώδη αὐτῶν καὶ μυθώδη. Ὡς καὶ περὶ τοῦ ἁγίου Ἠλία τολμῶσι βλασφημεῖν καὶ λέγειν, ὅτι φησὶν, Ὅτε ἀνελήφθη, κατεβλήθη πάλιν εἰς τὸν κόσμον. Ἦλθε γὰρ, φησὶ, μία δαίμων, καὶ ἐκράτησε, καὶ εἶπεν αὐτῷ ὅτι, Ποῦ πορεύῃ; ἔχω γὰρ τέκνα ἀπὸ σοῦ, καὶ οὐ δύνασαι ἀνελθεῖν καὶ ὧδε ἀφεῖναι τὰ τέκνα σου. Καὶ, φησὶ, λέγει, Πόθεν ἔχεις τέκνα ἀπ' ἐμοῦ, καὶ ἐγὼ ἤμην ἐν ἁγνείᾳ; Λέγει, φησὶ, Ναὶ, ὅτε ἐνυπνίοις ἐνυπνιαζόμενος πολλάκις ἐν τῇ ἀπορροίᾳ τῶν [1] σπερμάτων ἐκενώθης, ἐγὼ ἤμην ἡ μεταλαβοῦσα ἀπὸ σοῦ τὰ σπέρματα καὶ γεννῶσά σοι υἱούς. Πολλὴ δὲ μωρία τῶν τὰ τοιαῦτα λεγόντων. Πῶς γὰρ δύναται δαίμων πνεῦμα ὂν ἀκάθαρτον καὶ ἀσώματον [2] σωμάτων μεταλαμβάνειν; Εἰ δὲ καὶ ἀπὸ σωμάτων μεταλαμβάνει καὶ κυίσκει, οὐκέτι ἐστὶ πνεῦμα, ἀλλὰ σῶμα·
pag. 96. σῶμα δὲ ὂν, πῶς ἐστιν ἀόρατον καὶ πνεῦμα; Καὶ πολλὴ ἀτοπία τῆς αὐτῶν μωρολογίας. Βούλονται γὰρ τὴν κατ' αὐτῶν μαρτυρίαν τὴν ἀπὸ τῆς ἐπιστολῆς τοῦ Ἰούδα μᾶλλον εἰς ἑαυτοὺς δῆθεν ἐπάγεσθαι, ἐν τῷ λέγειν, Καὶ οἱ μὲν ἐνυπνιαζόμενοι σάρκα μὲν μιαίνουσι, κυριότητα δὲ ἀθετοῦσι, δόξας δὲ [3] βλασφημοῦσι. Οὐκ εἶπε δὲ ὁ μακάριος Ἰούδας ἀδελφὸς τοῦ κυρίου περὶ ἐνυπνιαζομένων ἐν σώμασιν. Εὐθὺς γὰρ ἐπιφέρει καὶ δεικνύει ὅτι περὶ τῶν ἐνυπνιαζομένων λέγει τῶν λαλούντων ὡς δι' ὀνειράτων τὰ αὐτῶν ῥήματα, καὶ οὐκ ἀνανήψει γρηγορήσεως λογισμῶν. Καὶ γὰρ καὶ περὶ τῶν ἐν Ἱερουσαλὴμ διδασκάλων λέγει Ἡσαΐας, Πάντες κύνες [4] ἐννεοὶ οὐ δυνάμενοι ὑλακτεῖν, ἐνυπνιαζόμενοι κοίτην, καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ ὧδε δὲ ἐν τῇ τοῦ Ἰούδα ἐπιστολῇ δείκνυσι λέγων, Ἐνυπνιαζόμενοι κοίτην, ἃ οὐκ οἴδασι λέγοντες· καὶ ἔδειξεν ὅτι οὐ περὶ τῆς ἐνυπνιάσεως λέγει τοῦ ὕπνου, ἀλλὰ περὶ τῆς μυθώδους αὐτῶν τραγῳδίας καὶ ληρολογίας, ὡς διὰ ὕπνου λεγομένης, καὶ οὐκ ἀπὸ ἐρρωμένης διανοίας.

Κεφ. ιδ'. Περικακῶ δὲ ὡς ἀληθῶς τὰ πάντα ἐξειπεῖν. Θεοῦ γάρ ἐστι μόνου ἀποκλεῖσαι τὸν βυθὸν τῆς δυσοδμίας ταύτης. Καὶ παρελεύσομαι ἐκ τοῦ τύπου, εὐξάμενος τῷ παμβασιλεῖ θεῷ, μηδένα εἰς τὸν βόρβορον ἐγκαταπαγῆναι, μηδὲ ἐμαυτοῦ τὴν ἔννοιαν μεταλαβεῖν τῆς δυσώδους ἀκαθαρσίας. Πρῶτον μὲν γὰρ ὁ ἀπόστολος Παῦλος ἐκκόπτει αὐτῶν πᾶσαν ῥίζαν τῆς κακίας, περὶ χηρῶν νεωτέρων παραγγέλλων, Χήρας, φησὶν, νεωτέρας παραιτοῦ· μετὰ γὰρ τὸ καταστρηνιᾶσαι τοῦ Χριστοῦ

CAP. XIII. — 1. σπερμάτων reposui pro σωμάτων, quod omnes libri retinent.

2. Pro σωμάτων fortasse est σπέρματα rescribendum.

3. βλασφημοῦσιν cod. Vatic. βλασφη-

autem sobolem propagasse reperitur, tamdiu infra detinetur, donec filios suos recipere potuerit et ad semetipsam attrahere. Hae sunt nugae illorum ac somnia. Velut etiam illa sunt quae in sanctum Eliam execrandae cuiusdam plena contumeliae praedicare non verentur: eum cum in coelum evectus esset rursus in hunc mundum fuisse deiectum. Venit enim, inquiunt, e numero feminarum daemonum una quae illum superavit. Et quo tu tandem dixit? Ego enim a te liberos habeo, neque sursum evolare potes atque hic tuos relinquere. Ad haec respondente Elia, Et undenam de me filios illos habuisti, cum ego castimoniam perpetuo servaverim? Sane, inquit illa: cum enim in somnis effusione seminis saepe corpus exhaurires, ego abs te illud excepi, tibique filios peperi. Quam vero ab illis inepte ista dicuntur! Quomodo enim daemon impurus expersque corporis spiritus de corporibus participare quidpiam potest? Nam si a corporibus ei communicatur aliquid ut pariat, corpus erit, non spiritus. Si corpus est, quomodo fugere oculorum conspectum aut spiritus esse poterit? Sed et illorum absurda cumprimis stoliditas est, cum illud ex epistola Iudae testimonium, quo eorum error convincitur, ad huius ipsius patrocinium accommodant: *In somnis,* Ep.Iud. v. 8.
inquit, *carnem maculant, dominationem autem spernunt, maiestatem autem blasphemant.* Verum beatus Iudas domini frater non de iis loquitur qui per insomnium fluxione venerea contaminantur. Statim quippe subiungit ostenditque de eiusmodi se somniantibus loqui qui sermones suos velut in somnis, non experrecti ac vigilantes, instituunt. Siquidem et de Hierosolymitanis doctoribus Esaias ita loquitur: *Omnes canes muti non valentes latrare, somniantes in cubili,* et Esai. 56, 11.
caetera. Quod idem in hac Iudae epistola declaratur his verbis, *Somniantes cubile, quae nesciunt dicentes.* Ubi de dormientium insomniis minime se loqui velle demonstrat, sed de falsis illorum tragoediis ac nugis, quas sic tanquam in somnis, nec firmo et constanti animo pronunciant.

Enimvero pudet me omnia illorum arcana detegere? Solius enim Cap. XIV.
est dei profundissimam hanc tanti foetoris voraginem obstruere. Quamobrem ab eo loco digrediar, hoc unum ab omnium moderatore deo postulans, ne quis in illud coenum demergatur, neve animum meum foedissima haec impuritatis labes inficiat. Primum enim apostolus Paulus omnes istiusmodi nequitiae radices excidit, cum de iunioribus viduis ista praescribit. *Viduas,* inquit, *adolescentiores de-* 1.Tim. 5, 11.
vita: cum enim luxuriatae fuerint in Christo, nubere volunt, habentes

μοῦσι *edit. Petav.* ἀθετοῦσιν *cod. Rhedig. et edit. princ. Cf. supra cap.* 11. 4. ἔννεοὶ *cod. Rhedig. et edit. princ.* ἔνεοὶ *edit. Pelav.*

γαμεῖν θέλουσιν, ἔχουσαι κρίμα, ὅτι τὴν πρώτην πίστιν ἠθέτησαν· ἀλλὰ γαμείτωσαν, τεκνοποιείτωσαν, οἰκοδεσποτείτωσαν. Εἰ δὲ ὁ ἀπόστολος λέγει τεκνογονεῖν, οἰκοδεσποτεῖν, οὗτοι δὲ παραιτοῦνται τὴν τεκνογονίαν, ὄφεώς ἐστι καὶ κακῆς διδασκαλίας τὸ ἐπιχείρημα. Ἡττώμενοι γὰρ τῇ ἡδονῇ τῆς πορνείας ἐπινοοῦσιν ἑαυτοῖς ἀκαθαρσίας προφάσεις, ὅπως δόξωσι πληροφορεῖν τὴν ἑαυτῶν ἀσέλγειαν. Καὶ ἔδει μὲν ἀληθῶς ταῦτα μήτε λέγεσθαι, μήτε ἐν συντάγμασι καταξιοῦσθαι γράφεσθαι, θάπτεσθαι δὲ ὥςπερ νεκρόν τινα ὀδωδότα καὶ λοιμώδη ἀποφορὰν πνέοντα, ἵνα μὴ καὶ δι' ἀκοῆς λυμήνηται τοὺς ἀνθρώπους.
pag. 91. Καὶ εἰ μὲν παρεληλύθει ἡ τοιαύτη αἵρεσις, καὶ οὐκέτι ἦν ἐν τῷ βίῳ, ἀγαθὸν ἦν ταύτην θάψαι, καὶ μήτε ὅλως περὶ αὐτῆς εἰπεῖν. Ἐπειδὴ δὲ καὶ ἔστι καὶ πράττεται, προετράπημεν δὲ ὑπὸ τῆς ὑμῶν τιμιότητος περὶ πάντων εἰπεῖν, μέρη αὐτῆς διηγησάμην ἀναγκασθεὶς, ἵνα τὸ φιλάληθες μὴ παρασιωπήσω, ἀλλὰ ὑφηγήσομαι, εἰς ἀποτροπὴν μὲν τῶν ἀκουόντων, εἰς αἰσχύνην δὲ τῶν πραττόντων. Πόθεν γὰρ οὐκ ἔχομεν δεῖξαι τοὺς παρ' αὐτοῖς φόνους καὶ τερατώδη ἔργα καὶ τελετὰς διαβόλου ἐξ ἐπινοίας τοῦ αὐτοῦ διαβόλου τοῖς ἐμβεβροντημένοις δοθείσας;

Κεφ. ιέ. Καὶ εὐθὺς μὲν οὖν ἐλέγχονται εἰς ὃ φαντασιοῦνται καὶ προφασίζονται περὶ τοῦ ξύλου τοῦ ἐν τῷ πρώτῳ Ψαλμῷ εἰρημένου ὅτι, Δώσει τὸν καρπὸν αὐτοῦ ἐν καιρῷ αὐτοῦ, καὶ τὸ φύλλον αὐτοῦ οὐκ ἀπορρυήσεται. Ἀνωτέρω γὰρ κεῖται ὅτι, Ἐν τῷ νόμῳ αὐτοῦ μελετήσει ἡμέρας καὶ νυκτός. Νόμον δὲ οὗτοι καὶ προφήτας ἀρνοῦνται. Εἰ δὲ νόμον κυρίου ἀρνοῦνται, σὺν τῷ νόμῳ καὶ τὸν λαλήσαντα ἐν τῷ νόμῳ συκοφαντοῦσι. Πλανῶνται δὲ καθ' ὑπόνοιαν καὶ ἐκπεπτώκασι τῆς ἀληθείας, κρίσιν τε οὐχ ἡγοῦνται, οὔτε ἀνάστασιν ὁμολογοῦσιν. Ὅσα δὲ πράττουσιν ἐν τῷ σώματι ἡδονῆς ἔμπλεοι γινόμενοι, ταῦτα ἀποκαρποῦνται ἐκβακχευόμενοι ταῖς τοῦ διαβόλου ἡδοναῖς τε καὶ ἐπιθυμίαις, ὡς πάντη καὶ πανταχοῦ ἐλέγχονται ἀπὸ τοῦ τῆς ἀληθείας λόγου. Ἰωάννης γὰρ λέγει, Εἴ τις ἔρχεται, φησὶ, πρὸς ὑμᾶς, καὶ οὐ φέρει τὴν διδαχὴν ταύτην — καὶ ποίαν; φησίν· ἢ οὐχ ὁμολογεῖ Χριστὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθότα — Ἀντίχριστός ἐστι. Καὶ νῦν Ἀντίχριστοι πολλοὶ γεγόνασιν· ὡς μὴ τῶν ὁμολογούντων τὸν Χριστὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθότα Ἀντιχρίστων ὑπαρχόντων. Ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ σωτὴρ λέγει, Οἱ καταξιωθέντες τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν οὔτε γαμοῦσιν, οὔτε γαμίζονται, ἀλλ' ἰσάγγελοί εἰσιν. Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ ἵνα δείξῃ τὴν σαφῆ ἁγνείαν καὶ τὴν διὰ τοῦ ἁγιάζειν ἁγιαστείαν, φάσκει τῇ Μαρίᾳ,

damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt: nubant igitur, et filios procreent, matres familias sunto. Cum ergo procreare liberos ac familiae praeesse iubeat apostolus, isti vero a susceptione liberorum abhorreant, plane hoc a venenato serpente pessimaque disciplina facinus profectum est. Dum enim libidinum suarum voluptati succumbunt, certas sibi perpetrandorum flagitiorum occasiones arcessunt, quo effrenatae suae cupiditati ac luxuriae satisfaciant. Sane illa omnia ne commemorari quidem oportebat, neque ullam eorum in scriptis extare memoriam, sed tanquam mortui cadaver foetidi ac pestiferi cuiusdam afflatus in sepulcrum abiici, ne vel auditu ipso mortalium generi perniciem afferret. Et quidem si ea penitus praeterisset haeresis, neque in mundo superesset amplius, sepeliri operae pretium erat, neque ullam eius mentionem fieri. Nunc cum et revera hodie sit, et factis ipsis exprimatur, meque vos ut de omnibus dicerem hortati fueritis, aliqua illam ex parte coactus a vobis attigi, ne susceptum veritatis studium praetermittam, sed id omne partim ad eos qui audierint deterrendos, partim ad eos qui ista perpetrant pudore afficiendos exponam. Quae enim probandi ratio est, qua non id efficere possimus parricidia illa immaniaque quae ab iis committuntur scelera, malique daemonis ritus ac ceremonias, eiusdem instinctu daemonis furiosis illis ac vecordibus constituta fuisse?

Atqui primum illud statim quod sibi fingunt, atque e priore Psalmo de arbore commemoratum proferunt, nullo negotio refellitur: Cap. XV.
Quod fructum suum dabit in tempore suo, et folium eius non defluet. Psalm. 1, 3.
Paulo enim ante scriptum est, *Et in lege eius meditabitur die ac nocte.* At isti legem pariter ac prophetas repudiant. Quam quidem legem si respuunt, cum hac illum quoque calumniantur, qui in lege locutus est. Verum et hac opinione sua falluntur, et a veritate longius aberrant. Neque ullum vero iudicium fore, neque mortuos ad vitam excitandos esse pronunciant. Quae porro in voluptatem ac luxuriem effusi suamet in corpora committunt, eorum fructum percipiunt, dum a daemone libidinum illecebris ac cupiditatum stimulis agitantur; quemadmodum ipsa veritatis oratione perpetuo atque ubique redarguuntur. Sic enim inter alios Iohannes loquitur: *Si quis* 2. Ioann. 7.
venit ad vos, et non affert hanc doctrinam. Quamnam? inquit. *Quae* 1. Ioann. 2, 22. 18.
scilicet Christum cum carne venisse non confitetur: Antichristus est: et nunc Antichristi multi prodierunt. Quasi qui Christum cum carne venisse negent sint Antichristi. Quinetiam hoc ab ipso salvatore dictum est: *Qui in regnum coelorum admissi sunt, neque ducunt uxo-* Matth. 22, 30.
res neque nubunt, sed angelis aequales sunt. Neque illud tantum; sed ut insuper manifestam absolutamque castimoniam ac sanctitudinem, qua et caeteros sanctos efficiebat, ostenderet, sic Mariam alloqui-

Μή μου ἅπτου, οὔπω γὰρ ἀναβέβηκα πρὸς τὸν πατέρα· ἵνα δείξῃ τὴν ἁγνείαν ἀμέτοχον σωμάτων καὶ ἀμιγῆ. Ἀλλὰ καὶ ἐν ἄλλῳ τόπῳ λέγει [1] προθεσπίζον τὸ ἅγιον πνεῦμα, καὶ διὰ τοὺς πρώην καὶ μετέπειτα,
pag. 98. Μακαρία στεῖρα ἡ ἀμίαντος, ἥτις οὐκ ἔγνω κοίτην ἐν παραπτώματι, καὶ εὐνοῦχος, ὃς οὐκ εἰργάσατο χερσὶν ἀνόμημα· ἵνα παρακόψῃ καὶ τὰ διὰ τοῦ μύθου αὐτῶν ἐν χερσὶν αἰσχρουργήματα.

Κεφ. ιϛ΄. Πόσα δὲ ἄλλα ἔστιν εἰπεῖν, ὡς τοῦ ἀποστόλου λέγοντος, Ἡ μὲν ἄγαμος καὶ ἡ παρθένος μεριμνᾷ τὰ τοῦ κυρίου, πῶς ἀρέσει τῷ κυρίῳ. Τοῦτο δέ φησι δεῖξαι τὴν ἁγνείαν ἐν ἀληθείᾳ ἐκ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐπιτρεπόμενος οὐ παρέργως. Ἔπειτα δὲ περὶ τῶν τὸν γάμον ἐχόντων τὸν σεμνὸν λέγει, Τίμιος ὁ γάμος καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος, πόρνους δὲ καὶ μοιχοὺς κρινεῖ ὁ θεός. Ἀλλὰ καὶ κατ' αὐτῶν ἐκβοᾷ, γράφων Ῥωμαίοις τὰ αἰσχρὰ ἀποκαλύπτων, τῶν τὰς κακοπραγίας ἐργαζομένων, λέγων, Αἵ τε γὰρ θήλειαι αὐτῶν μετήλλαξαν τὴν φυσικὴν χρῆσιν εἰς τὴν παρὰ φύσιν· καὶ περὶ τῶν ἀρρένων ὅτι, Ἄρρενες ἐν ἄρρεσι τὴν αἰσχημοσύνην κατεργαζόμενοι. Ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ πρὸς Τιμόθεον ἐπιστολῇ περὶ τούτων λέγει ὅτι, Ἐν ἐσχάταις ἡμέραις ἐνστήσονται καιροὶ χαλεποί· ἔσονται γὰρ οἱ ἄνθρωποι φιλήδονοι μᾶλλον ἢ φιλόθεοι. Καὶ πάλιν, Κωλυόντων γαμεῖν, ἀπέχεσθαι βρωμάτων, κεκαυτηριασμένων τὴν συνείδησιν· ὅτι τὸ μὲν γαμεῖν μετὰ σωφροσύνης καὶ τεκνογονεῖν κωλύουσι, καιόμενοι δέ εἰσι τῇ συνειδήσει λαγνεύοντες μὲν καὶ φθειρόμενοι, κωλύοντες δὲ τεκνογονεῖν. Καὶ γὰρ καὶ αὐτὴ ἡ παρ' αὐτοῖς λεγομένη θυσία βορβορώδης τις οὖσα ἤδη καὶ ἀπὸ τῶν ἀνέκαθεν διὰ τοῦ προφήτου ὑποδείκνυται ὄφεως οὖσα σάρξ, καὶ οὐχὶ τοῦ κυρίου, μὴ γένοιτο, λέγοντος οὕτως ὅτι, Σὺ συνέτριψας τὰς κεφαλὰς τοῦ δράκοντος, καὶ ἔδωκας αὐτὸν βρῶμα λαοῖς τοῖς Αἰθίοψι. Βρῶμα γὰρ ὡς ἀληθῶς ὄφεως ἡ τούτων μυσαρὰ θρησκεία, καὶ Αἰθίοπες μεμελανωμένοι τῇ ἁμαρτίᾳ οἱ ταύτην τὴν [1] τελετὴν τοῦ νῦν μὲν δαίμονος Διός, πάλαι δὲ γόητος, τοῦ παρά τισι θεοῦ μάτην νενομισμένου, τελοῦντες. Ἐκ γὰρ Ἑλληνικῶν μύθων πᾶσαι αἱ αἱρέσεις συνάξασαι ἑαυταῖς τὴν πλάνην κατέβαλον, μεταποιήσασαι εἰς ἄλλην διάνοιαν χείρονα. Παρεισφέρουσι γὰρ οἱ ποιηταὶ τὸν Δία τὴν Μῆτιν θυγατέρα ἑαυτοῦ καταπιόντα. Βρέφος δὲ οὐκ ἂν καταπίοι, ὡς καὶ ὁ
pag. 99. ἅγιος Κλήμης καταγελῶν τῆς τῶν θεῶν τῶν Ἑλλήνων αἰσχρουργίας εἶπεν, ὅτι τὴν Μῆτιν καταπιὼν οὐχὶ βρέφος ἠδύνατο καταπιεῖν, ἀλλὰ τὴν γονὴν τὴν ἰδίαν.

Cap. XV. — 1. *Vulgo* προθεσπίζων. Cap. XVI. — 1. *Cod. Rhedig. cum edit. princ.* τελευτήν.

tur: *Noli me tangere: nondum enim ascendi ad patrem meum;* ut expertem corporum castitatem nullaque contagione pollutam exprimeret. Ad haec alio in loco spiritus sanctus tam ob priores illos quam posteriores hoc modo vaticinatus est: *Beata sterilis incoinquinata, quae nescivit torum in delicto, et spado qui non operatus est manibus suis iniquitatem;* ut vel ea voce illam quam fabulis suis commendare ac manibus exercere solent foeditatem praecideret. Ioann. 20, 17. Sap. 3, 13.

Quam multa proponi alia possunt! ut cum apostolus ita loquitur: *Mulier innupta, et virgo sollicita est de iis quae sunt domini, quomodo placeat domino.* Hoc autem idcirco dicit, quod non perfunctorie commendandae castitatis potestas esset a spiritu sancto commissa. Tum vero de iis qui honestis nuptiis illigati sunt ita disputat: *Honorabile connubium et torus immaculatus: fornicatores autem et adulteros iudicabit dominus.* Praeterea contra eosdem exclamat ad Romanos scribens, et eorum qui in eiusmodi flagitiis volutantur turpitudinem detegit his verbis: *Nam et feminae eorum immutaverunt naturalem usum in eum usum, qui est contra naturam.* Tum de maribus subiicit: *Masculi in masculos turpitudinem operantes.* Praeterea in epistola ad Timotheum de iisdem ita loquitur: *Quod in novissimis diebus instabunt tempora periculosa: et erunt homines voluptatum magis amatores quam dei.* Et rursum: *Prohibentium nubere, abstinere a cibis, cauteriatam habentium suam conscientiam.* Ex eo videlicet quod caste matrimonio coniungi ac prolem suscipere prohibent, ardente interim illorum conscientia, dum assiduis in scortationibus corruptelisque versantur, ac procreatione sobolis interdicunt. Nam quod ad illud attinet quod isti sacrificium vocant, lutulentum quiddam et impurum, iam tum olim a propheta demonstratum est serpentis esse carnem, non domini. Absit. Sic enim loquitur: *Contrivisti capita draconis, et dedisti eum escam populis Aethiopum.* Sane enim serpentinae cuiusdam escae genus est illorum abominanda superstitio, iidemque Aethiopes illi sunt scelerum suorum nigrore deformati, qui eiusmodi ritus nunc daemonis Iovis, olim praestigiatoris, qui et frustra a nonnullis habetur deus, religioso cultu celebrant. Siquidem haereses universae de Graecorum fabulis ea collegerunt ex quibus novam sibi erroris sectam condiderunt, cum ea deteriorem alium ad sensum transtulissent. Nam et a poetis Metin (quam Prudentiam appellare possis) filiam suam absorbens introductus est Iupiter. Nemo porro infantem absorbeat, quemadmodum sanctus Clemens ait, cum deorum qui a Graecis coluntur turpitudinem deridet. Quod enim devorasse Metin dicitur, non de infante ullo, sed de proprio semine par est intelligi. Cap. XVI. 1. Cor. 7, 34. Hebr. 13, 4. Rom. 1, 26. 2. Tim. 3, 1. 1. Tim. 4, 2. Psalm. 73, 14.

Κεφ. ιζ'. Τί δὲ ἕτερον εἴποιμι; ἢ πῶς ἀποσείσομαι τὸν πηλώδη τοῦτον πόνον; βουλόμενος μὲν εἰπεῖν, καὶ μὴ βουλόμενος, ἀναγκαζόμενος δὲ, ἵνα μὴ δόξω τι τῶν ὄντων παρακρύπτειν, καὶ φοβούμενος, ἵνα μὴ ἀποκαλύπτων τὰ δεινὰ αὐτῶν ἢ χράνω ἢ πλήξω εἰς τὸ περιεργάσασθαι περὶ τούτου τοὺς ἀπαγομένους ἡδοναῖς καὶ ἐπιθυμίαις [1] ἐποτρύνων. Ὅμως ἐγὼ μὲν ἀθῷος εἴην, καὶ πᾶσα ἡ τῆς ἁγίας καθολικῆς ἐκκλησίας ἐλπὶς, καὶ πάντες οἱ τούτῳ τῷ γράμματι ἐντυγχάνοντες, ἀπὸ τῆς τοιαύτης τοῦ διαβόλου ὑποσπορᾶς καὶ κακομηχανίας. Ἐὰν γὰρ θελήσω λέγειν τὰ ἄλλα τὰ παρ' αὐτοῖς λεγόμενα καὶ γινόμενα ὅσα ἐστὶ τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα, καὶ τούτων ἔτι μείζονα καὶ ἐλάττω, θελήσω δὲ καὶ ὡς φάρμακον ἰάσεως ἀλεξητήριον ἀντιδότων δίκην πρὸς ἑκάστην λέξιν ἀντιθεῖναι, εἰς πολὺν ὄγκον ἐλάσω τῆς συντάξεως τὴν πραγματείαν. Ταύτῃ γὰρ τῇ αἱρέσει, ἐπιπόθητοι, καὶ αὐτὸς περιέτυχον. Ἐκ στόματος δὲ τῶν ταύτῃ ἐπιχειρούντων φύσει αὐτὰ αὐτοπροςώπως ἐνηχήθην. Γυναῖκες δὲ οὕτω ἠπατημέναι οὐ μόνον τὴν λαλιὰν ταύτην ἡμῖν προέτειναν, καὶ τὰ τοιαῦτα ἡμῖν ἀπεκάλυψαν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν Αἰγυπτίαν ἐκείνην τὴν τοῦ ἀρχιμαγείρου τὴν ὀλετήριον καὶ μοχθηρὰν καὶ αὗται ἀθυρογλώττῳ τόλμῃ κατασπάσαι ἡμᾶς ἐν τῇ νέᾳ ἡμῶν ἡλικίᾳ ὀρεχθεῖσαι ἐπεχείρουν. Ἀλλὰ ὁ τότε συμπαραστὰς τῷ ἁγίῳ Ἰωσὴφ καὶ ἡμῖν παρέστη, καὶ τὸν ἐκεῖνον ἐκεῖ ῥυσάμενον ἐπικεκλημένοι, οἱ ἀνάξιοι καὶ ἀνίκανοι, ἐλεηθέντες καὶ ἀποδράντες τὰς ὀλετηρίους αὐτῶν χεῖρας, θεῷ τῷ [2] παναγίῳ ὕμνον ᾄσαντες, ἠδυνήθημεν καὶ αὐτοὶ λέγειν, τὸ, Ἄισωμεν τῷ κυρίῳ· ἐνδόξως γὰρ δεδόξασται, ἵππον καὶ ἀναβάτην ἔρριψεν εἰς θάλασσαν. Οὐ γὰρ ὁμοίᾳ δυνάμει τῆς ἐκείνου δικαιοσύνης, ἀλλὰ στεναγμῷ τῷ πρὸς [3] τῷ θεῷ ἐλεηθέντες ἐσώθημεν. Ὀνειδιζόμενος γὰρ ὑπ' αὐτῶν τῶν ὀλετηρίων γυναικῶν κατεγελώμην ἐγὼ, ὡς ὑπέφαινον αἱ τοιαῦται ἀλλήλαις ἐπιpag. 100. σκώπτουσαι δῆθεν ὅτι, Οὐκ ἠδυνήθημεν σῶσαι τὸν νεανίσκον, ἀλλὰ ἀφήκαμεν αὐτὸν ἐν χερσὶ τοῦ Ἄρχοντος ἀπόλλυσθαι. Ἐπειδήπερ ἥτις αὐτῶν εὐμορφοτέρα εἴη, δέλεαρ ὥςπερ ἑαυτὴν προτίθησιν, ὥςτε δι' αὐτῆς τοὺς [4] ἠπατημένους ἀντὶ τοῦ ἀπολλύειν σώζειν ἐπιφημίζειν. Καὶ ὄνειδος λοιπὸν τῶν ἀμόρφων γίνεται παρὰ τῶν εὐμορφοτέρων, ὅτι, Ἐγὼ, φησὶ, σκεῦός εἰμι ἐκλογῆς, δυναμένη σώζειν τοὺς ἀπατωμένους, σὺ δὲ οὐκ ἴσχυσας. Ἦσαν μὲν οὖν αἱ τὸν ἀγώγιμον μῦθον τοῦτον ὑφηγούμεναι τῇ μορφῇ τῆς αὐτῶν πτώσεως εὐπροςωπόταται, τῷ δὲ νῷ τῆς αὐτῶν μοχθηρίας τὴν πᾶσαν τοῦ διαβόλου ἀμορφίαν κεκτημέναι. Ἀλλὰ ὁ ἐλεήμων θεὸς τῆς μοχθηρίας αὐτῶν ἡμᾶς ἐρρύσατο,

CAP. XVII. — 1. *Rescripsi* ἐποτρύνων *pro* ἐποτρύνω, *quod vulgo exlat.*
2. παναγίῳ *codd. Vatic. Rhedig. et ed. Petav.* πανέργῳ *ed. princ.*
3. τὸν θεὸν *suspicatus est Petavius.*
4. ἀπατωμένους *cod. Rhedig. Et sic legit etiam in cod. Vaticano A. Schottus.*

Quid iam aliud deinceps eloquar? aut quomodo coenosam hanc disputationem abiiciam? cum et velim et nolim una dicere, ac quadam dicendi necessitate constringar, ne quid eorum quae insunt revera dissimulasse videar, et illud verear tamen, ne illorum detestandis flagitiis patefactis quemquam aut inficiam aut extimulem, et ad illa curiosius indaganda faces iis subiiciam qui voluptatum ac cupiditatum illecebris abducuntur. Sed nihilominus ab eiusmodi daemonis satu et improbitate tam ego quam sanctae atque catholicae ecclesiae spes omnis, ac quisquis in hoc nostrum opus inciderit, integer inviolatusque servetur. Quod si caetera quae ab illis dicuntur aut fiunt quanta sunt, atque eiusmodi qualia iam commemoravimus, aut iis etiam maiora vel minora complecti voluero, et ad singulas voces salubre quoddam medicamentum velut depellendi mali caussa comparatum remedium adhibuero, in immensam molem susceptum opus excurret. Nam et nos, carissimi, in illam haeresin incurrimus, et ex ipsomet eorum, qui hanc proprie et ex instituto tractant, ore ac magisterio didicimus. Ad id vero comparatae deceptaeque mulieres non solum istiusmodi nobis sermones iniecerunt, sed insuper Aegyptiae illius perditae ac nequissimae mulieris instar, quae coquorum principis uxor erat, petulanti nos conatu detrahere tum, cum florenti adhuc aetate essemus, aggressae sunt. Verum is qui sanctissimo Iosepho tum adstitit, nobis quoque adfuit, et hunc ipsum, qui illum eo periculo liberavit implorantes, licet indigni ac tanto beneficio impares essemus, eiusdem benignitate ac misericordia perniciosas illarum manus effugimus, ac sanctissimo deo gratulatorium carmen occinimus, ut id usurpare merito possemus: *Cantemus domino; gloriose enim magnificatus est: equum et ascensorem deiecit in mare.* Neque enim similiter ut ille patriarcha vi quadam virtutis ac iustitiae nostrae, sed fuso ad deum gemitu eius sumus miseratione servati. Cum etiam mihi pestes illae per ludibrium exprobrarent, ac secum invicem illudentes ita loquerentur: Hunc iuvenem servare non potuimus, sed in manibus Principis perire sivimus. Nam quae forma inter illas liberaliore est, semetipsam velut escam atque illecebram obiicit, ut quos in fraudem ipsa pellexerit, non eos profligare ac perdere, sed eripere dicatur. Unde et deformibus elegantiores identidem exprobrare solent: Ego sum, inquiunt, vas electum, quae errore circumventos extrahere possum, quod tu facere nequivisti. Et erant sane quae tum his verborum blandimentis ac lenociniis utebantur corporis quo ad peccandum abutebantur venusta cumprimis specie, sed animo quem conosceleratum gerebant omni daemonis turpitudine deformatae. Sed misericors deus ab illarum im-

Cap. XVII. Gen. 39. Exod. 15, 1.

ὥςτε μετὰ τὸ ἀναγνῶναι ἡμᾶς αὐτῶν τὰς βίβλους καὶ ἐπιστῆσαι τὸν νοῦν τῇ ἀληθείᾳ, καὶ μὴ συναπαχθῆναι, ἀποδρᾶσαι τε καὶ μὴ δελεασθῆναι, τὸ τηνικαῦτα ἐσπουδάσαμεν καὶ τοῖς ἐπισκόποις τοῖς ἐν τῷ τόπῳ ἐκείνῳ αὐτοὺς ὑποδεῖξαι, καὶ τὰ ὀνόματα ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ κεκρυμμένα φωρᾶσαι, καὶ τοὺς αὐτοὺς [5] ἀπελαθῆναι τῆς πόλεως, ὀνόματα περί που ὀγδοήκοντα, καὶ τὴν πόλιν τῆς αὐτῶν ζιζανιώδους ὕλης καὶ ἀκανθώδους καθαρθῆναι.

tate Ioppe: et vidi media luce circa horam sextam linteum quatuor initiis summitti de coelo, in quo erant omnia quadrupedia et reptilia. Et dixit mihi, Occide et manduca. Dixi autem, Nequaquam, domine; quia nihil unquam commune vel immundum introivit in os meum. Respondit autem mihi vox de coelo, Quae deus mundavit, tu ne communia dixeris. Et confestim ecce duo viri astiterunt in domo. Et dixit

ἄνδρες εἱστήκεισαν εἰς τὴν οἰκίαν, καὶ εἶπέ μοι τὸ πνεῦμα, Πορεύου σὺν αὐτοῖς μηδὲν διακρινόμενος. Καὶ λοιπὸν διηγεῖται ὡς ἐν παραβολῇ ταῦτα ἃ πρὸς αὐτὸν εἴρηται, καὶ ὡς οὐ τότε [2] ἐδίδαξεν, ἕως ὅτε ὁ κύριος ἐναργῶς ἔδειξεν αὐτῷ ἃ διὰ τῶν λόγων καὶ τύπων αὐτὸν ἐδίδασκεν. Εὐθὺς γὰρ αὐτοῦ ἀνοίξαντος τὸ στόμα, ὅτε ἦλθεν εἰς Καισάρειαν, ἐπέπεσε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπὶ Κορνήλιον, καὶ ἰδὼν Πέτρος εἶπε, Μή τις δύναται κωλῦσαι τὸ ὕδωρ ἀπὸ τούτων τῶν καταξιωθέντων τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον λαβεῖν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἐξ ἀρχῆς; Τὸ πᾶν δὲ ἦν τοῦτο μυστήριον καὶ τῆς τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίας ἔργον, ὅπως ὅ τε ἅγιος Πέτρος καὶ πᾶς τις γνώσεται ὅτι οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων ἡ τῶν ἐθνῶν σωτηρία, ἀλλ' ἐκ θεοῦ. Προὔλαβε γὰρ ὁ θεὸς δοῦναι τὴν δωρεὰν τοῦ πνεύματος καὶ τὴν τοῦ ἀγγέλου ὀπτασίαν, καὶ τὴν ἀποδοχὴν τῆς εὐχῆς καὶ νηστειῶν καὶ ἀγαθοποιϊῶν, ἵνα ὃ ἐπιστεύθησαν οἱ ἀπόστολοι, μάλιστα ὁ ἅγιος Πέτρος, καὶ οἱ λοιποὶ ἀπόστολοι, μὴ ἀποστερήσωσι τὸν ἐκ θεοῦ κατὰ ἀλήθειαν κεκλημένον.

Κεφ. δ'. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν τότε ἐπραγματεύθη, κινηθέντα ὑπὸ τοῦ προειρημένου ψευδαποστόλου Κηρίνθου. Ὡς καὶ ἄλλοτε στάσιν αὐτός τε καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ εἰργάσαντο ἐν αὐτῇ [1] τῇ Ἱερουσαλὴμ, ὁπηνίκα Παῦλος ἀνῆλθε μετὰ Τίτου, ὡς καὶ οὗτος ἔφη ὅτι, Ἄνδρας ἀκροβύστους εἰςήνεγκε μεθ' ἑαυτοῦ, ἤδη περὶ τούτου λέγων, Κεκοίνωκε, φησὶ, τὸν ἅγιον τόπον. Διὸ καὶ Παῦλος λέγει, Ἀλλ' οὐδὲ Τῖτος ὁ σὺν ἐμοὶ, Ἕλλην ὢν, ἠναγκάσθη περιτμηθῆναι· διὰ δὲ τοὺς παρειςάκτους ψευδαδέλφους, οἵτινες παρειςῆλθον κατασκοπῆσαι τὴν ἐλευθερίαν ἡμῶν, ἣν ἔχομεν ἐν Χριστῷ, οἷς οὐδὲ πρὸς ὥραν εἴξαμεν τῇ ὑποταγῇ. Καὶ τοῖς ἐν ἀκροβυστίᾳ παραγγέλλων ἔλεγεν, Μὴ περιτέμνεσθε, [2] ὅτι ἐὰν περιτέμνησθε, Χριστὸς ὑμᾶς οὐδὲν ὠφελήσει. Διήρκεσε δὲ ἡ περιτο-
pag. 113. μὴ χρόνῳ ὑπηρετήσασα, ἕως ἡ μείζων περιτομὴ παρεγένετο, τουτέστι τὸ λουτρὸν τῆς παλιγγενεσίας, ὡς παντί τῳ δῆλόν ἐστι, καὶ σαφέστερον δείκνυται ἀπὸ τῶν παρὰ τοῖς ἀποστόλοις εἰρημένων, μάλιστα παρὰ τῷ ἁγίῳ ἀποστόλῳ. Φάσκει γὰρ οὕτως· Οἷς οὐδὲ πρὸς ὥραν εἴξαμεν τῇ ὑποταγῇ. Παντὶ δὲ τῷ βουλομένῳ κατανοεῖν τὰ παρὰ τοῖς ἀποστόλοις τότε πεπραγματευμένα θαυμάσαι ἔπεστι πῶς τὰ παρὰ τῇ αἱρέσει ταύτῃ ἐξ ἐπινοίας πνεύματος πλάνης ἐνεργηθέντα τὸν χαρακτῆρα ὑποδείκνυσι τῶν διὰ τῶν αἱρέσεων τούτων ἐν τοῖς ἀποστόλοις τὴν κίνησιν ἐργασαμένων. Ἀποστάντων γὰρ τούτων καὶ εἰς ψευδαποστόλους τραπέντων, καὶ ἄλλους ψευδαποστόλους ἀποστειλάντων, ὡς καὶ ἤδη προείρηται, εἰς τὴν Ἀντιόχειαν ἐν ἀρχῇ καὶ εἰς ἄλλους τόπους, λέγοντας ὅτι, Ἐὰν μὴ περιτμηθῆτε καὶ φυλάξητε τὸν νόμον Μωϋσέως, οὐ δύνασθε σωθῆναι, οὐχ ἡ τυχοῦσα τότε ταραχὴ ἐγένετο, ὡς προείρηται. Καὶ οὗτοί

2. ἐδίσταξεν cod. Vatic.
Cap. IV. — 1. τῇ ex cod. Vatic. inseruit primum Petavius. Om. et cod. Rhedig. et edit. princ.

mihi spiritus, Vade cum ipsis nihil haesitans. Atque ita deinceps, quae sibi nuntiata sunt velut per parabolam edisserit, nec se prius ad docendum accessisse quam aperte dominus ea monstraret quae verbis antea figurisque significaverat. Etenim simulatque os aperire coepit tum cum Caesaream attigit, spiritus sanctus in Cornelium delapsus est. Quod ubi Petrus conspexit, *Numquid*, ait, *aquam quis prohibere potest ab his qui spiritu sancto, uti et nos initio, dignati sunt?* Hoc vero totum mysterium quoddam ac divinae benignitatis opus erat, ut tam Petrus quam caeteri omnes intelligerent non hominibus, sed deo gentilium salutem esse tribuendam. Etenim munus illud divini spiritus et angeli aspectum largiri antea voluit, nec non et illius approbare preces ac ieiunia, reliquaque ab eo praeclare gesta, ut quod apostolis, praecipueque Petro, commissum fuerat, eo ne privatum hominem illum vellent, quem deus reipsa vocaverat.

Atque haec quidem eo modo tunc administrata sunt, quae falsus ille apostolus Cerinthus seditiose commoverat. Quemadmodum alias Hierosolymis cum suis idem ille tumultus concivit, quando scilicet cum Tito Paulus advenit, atque ita idem ille locutus est: *Viros praeputium habentes secum induxit,* quibus de Tito significabat: *Locum,* inquit, *sanctum profanum fecit.* Quare ita Paulus dixit: *Sed neque Titus qui mecum erat, cum esset gentilis compulsus est circumcidi: sed propter subintroductos falsos fratres, qui subintroierunt explorare libertatem nostram, quam habemus in Christo: quibus neque ad horam cessimus subiectione.* Deinde praeputio praeditos his verbis hortabatur: *Nolite circumcidi; nam si circumcidamini, Christus nihil vobis proderit.* Circumcisio porro tamdiu suum tempus habuit, donec maior circumcisio eius est loco substituta, nempe illa lotionis iterata generatio; id quod nemini obscurum est, evidentiusque per ea quae cum ab aliis apostolis, tum praecipue a Paulo dicta sunt, ostenditur. Ita enim ille: *Quibus neque ad horam cessimus subiectione.* Quod si quis ea quae tum ab apostolis gesta sunt animadvertere voluerit, huic admirari cumprimis occurret, quemadmodum quae tum ab hac haeresi mendacis instinctu spiritus administrata sunt, proprias illorum notas exprimant, qui per istiusmodi haereses motus illos in apostolis concitarunt. Nam cum isti a fidei integritate defecissent, et in falsos apostolos essent conversi, aliosque perinde falsos apostolos misissent, qui dicerent, *Nisi circumcidamini, et custodiatis legem Moysi, non potestis salvari,* ingens inde facta commotio est, ut

Cap. IV. — Act. 21, 28. — Galat. 2, 3. — Galat. 2, 5.

2. *Verba* ὅτι ἐὰν περιτέμνησθε, *quae desiderantur tam in cod. Rhedig. quam in edit. princ., ex cod. Vaticano primum inseruit Petavius.*

εἰσιν οἱ παρὰ τῷ Παύλῳ εἰρημένοι ψευδαπόστολοι, ἐργάται δόλιοι, μετασχηματιζόμενοι εἰς ἀποστόλους Χριστοῦ.

Κεφ. ε΄. Χρῶνται γὰρ τῷ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγελίῳ ἀπὸ μέρους, καὶ οὐχὶ ὅλῳ, ἀλλὰ διὰ τὴν γενεαλογίαν τὴν ἔνσαρκον, καὶ ταύτην μαρτυρίαν φέρουσι ἀπὸ τοῦ εὐαγγελίου, πάλιν λέγοντες ὅτι, Ἀρκετὸν τῷ μαθητῇ, ἵνα γένηται ὡς ὁ διδάσκαλος. Τί οὖν; φασὶ, Περιετμήθη ὁ Ἰησοῦς, [1] περιτμήθητι καὶ αὐτός. Χριστὸς κατὰ νόμον, φασὶν, ἐπολιτεύσατο, καὶ αὐτὸς τὰ ἴσα ποίησον. Ὅθεν καί τινες ἐκ τούτων, ὡς ὑπὸ δηλητηρίων ὑφαρπαχθέντες, πείθονται ταῖς πιθανολογίαις διὰ τὸ τὸν Χριστὸν περιτετμῆσθαι. Τὸν δὲ Παῦλον ἀθετοῦσι, διὰ τὸ μὴ πείθεσθαι τῇ περιτομῇ. Ἀλλὰ καὶ ἐκβάλλουσιν αὐτὸν, διὰ τὸ εἰρηκέναι, Ὅσοι ἐν νόμῳ δικαιοῦσθε, τῆς χάριτος ἐξεπέσατε· καὶ ὅτι, Ἐὰν περιτέμνησθε, Χριστὸς ὑμᾶς οὐδὲν ὠφελήσει.

Κεφ. ϛ΄. Οὗτος δὲ ὁ Κήρινθος ἀνόητος καὶ ἀνοήτων διδάσκαλος φάσκει πάλιν τολμήσας Χριστὸν πεπονθέναι καὶ ἐσταυρῶσθαι, μήπω δὲ ἐγηγέρθαι, μέλλειν δὲ ἀνίστασθαι ὅταν ἡ καθόλου γένηται νεκρῶν ἀνάστασις. Ἀσύστατα τοίνυν ταῦτα παρ' ἐκείνοις τά τε ῥήματα καὶ νοήματα. Ὅθεν καὶ ὁ Παῦλος ἐκπληττόμενος τοῖς μὲν ἀπιστοῦσι τῇ ἀναστάσει τῶν νεκρῶν τῇ μελλούσῃ ἔσεσθαι λέγει, Εἰ νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται, οὐδὲ Χριστὸς ἐγήγερται, καὶ τὸ, Φάγωμεν καὶ πίωμεν, αὔριον γὰρ ἀποpag. 114. θνήσκομεν, καὶ τὸ, Μὴ πλανᾶσθε· φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί. Πάλιν δὲ τοῖς λέγουσι τὸν Χριστὸν μηδέπω ἐγηγερμένον, ὡςαύτως τὸν ἔλεγχον ἐπιφέρει, λέγων, Εἰ Χριστὸς οὐκ ἐγήγερται, μάταιον τὸ κήρυγμα ἡμῶν, ματαία καὶ ἡ πίστις ὑμῶν· εὑρισκόμεθα δὲ καὶ ψευδομάρτυρες τοῦ θεοῦ, ὅτι ἤγειρε τὸν Χριστὸν, ὃν οὐκ ἤγειρεν· ὡς τῶν μὲν ἀποστόλων κηρυττόντων Χριστὸν ἐγηγέρθαι, τινῶν δὲ αἱρέσεων λεγουσῶν Χριστὸν μὲν ἐγηγέρθαι, νεκροὺς δὲ μὴ ἐγείρεσθαι. Ἐν ταύτῃ γὰρ τῇ πατρίδι, φημὶ δὲ Ἀσίᾳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ Γαλατίᾳ πάνυ ἤκμασε τὸ τούτων διδασκαλεῖον, [1] ἐν οἷς καί τι παραδόσεως πρᾶγμα ἦλθεν εἰς ἡμᾶς, ὥς τινων μὲν παρ' αὐτοῖς προφθανόντων τελευτῆσαι ἄνευ βαπτίσματος, ἄλλους δὲ ἀντ' αὐτῶν εἰς ὄνομα ἐκείνων βαπτίζεσθαι, ὑπὲρ τοῦ μὴ ἐν τῇ ἀναστάσει ἀναστάντας αὐτοὺς δίκην δοῦναι τιμωρίας, βάπτισμα μὴ εἰληφότας, γίνεσθαι δὲ ὑποχειρίους τῆς τοῦ κοσμοποιοῦ ἐξουσίας. Καὶ τούτου ἕνεκα ἡ παράδοσις ἡ ἐλθοῦσα εἰς ἡμᾶς φησι τὸν αὐτὸν ἅγιον ἀπόστολον εἰρηκέναι, Εἰ ὅλως νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται, τί καὶ βαπτίζονται ὑπὲρ αὐτῶν; Καλῶς δὲ ἄλλοι τὸ ῥητὸν ἑρμηνεύοντές φα-

Cap. V. — 1. *Ita cod. Vatic. Edit. pr. habet* περιετμήθη.

Cap. VI. — 1. *Cornarius:* de quibus etiam ex traditione res quaedam ad nos devenit.

ante diximus. Atque illi ipsi sunt quos Paulus *falsos apostolos* vocat, *operarios subdolos, transformantes se in apostolos Christi.* 2. Cor. 11, 13.

Matthaei enim evangelio non integro, sed ex parte duntaxat utuntur, nimirum propter genealogiam, quae eius est carnis propria, quod quidem evangelii testimonium afferunt, atque ita praedicant: *Sufficit discipulo, si sit sicut magister eius.* Quid igitur, inquiunt? Circumcisus est Iesus: tu quoque ipse circumcidere. Christus ex legis praescripto vitam instituit: tu igitur eadem facito. Hinc nonnulli sic ab illis tanquam venenatis serpentibus abrepti verisimilibus illorum rationibus assentiuntur, ex eo maxime quod et Christus circumcisionem susceperit. Quod ad Paulum pertinet, hunc penitus explodunt, propterea quod circumcisionem abdicarit, et eundem idcirco reiiciunt, quod istud usurpaverit: *Quicunque in lege iustificamini, a gratia excidistis:* et, *Si circumcidamini, Christus nihil vobis proderit.* Cap. V. Matth. 10, 25. Galat. 5, 2. 4.

Ad haec Cerinthus homo stolidus, ac stolidorum magister, dicere nihil est veritus, passum quidem ac crucifixum esse Christum, nondum tamen a mortuis excitatum, ac tum demum cum mortui resurgent omnes excitandum. Itaque eiusmodi illorum et dicta et dogmata cohaerere nullo modo possunt. Indidemque Paulus sic eos qui resurrecturos mortuos diffiderent redarguit. *Si mortui non resurgunt, neque Christus resurrexit.* Eodemque pertinet illud: *Edamus et bibamus, cras enim moriemur.* Tum istud: *Nolite errare; corrumpunt bonos mores colloquia prava.* Ac rursum eos, qui Christum adhuc resurrexisse negarent, hoc modo convincit: *Si Christus non resurrexit, vana est praedicatio nostra, inanis et fides vestra: invenimur autem et falsi testes dei, quoniam suscitavit Christum, quem non suscitavit.* Quibus indicat, Christum a mortuis excitatum praedicasse quidem apostolos, quasdam vero haereses tametsi surrexisse Christum assererent, mortuorum tamen resurrectionem negasse. Etenim in hac ipsa regione Asiae, nec non et in Galatia illorum eiusmodi schola cumprimis ac disciplina floruit. De quo istud a maioribus traditum accepimus, nonnullos ex eo genere citra baptismum excessisse, ac pro iis alios baptismum eorumdem suscepisse nomine, ne cum extrema demum resurrectione revocati ad vitam essent, praetermissi baptismi poenas dependerent, atque eius qui mundum condidit dominationi subessent. Cuius rei gratia usurpatum illud ab apostolo eadem ad nos auditione perlatum est: *Si omnino mortui non resurgunt, quid est quod baptizantur pro ipsis?* Verum alii commode hoc apostoli dictum interpretantur de iis qui in- Cap. VI. 1. Cor. 15, 13. et 32. et 33. 1. Cor. 15, 29.

σιν ὅτι οἱ μέλλοντες τελευτᾶν, ἐὰν ὦσι κατηχούμενοι, ἐπὶ ταύτῃ τῇ ἐλπίδι πρὸ τῆς τελευτῆς λουτροῦ καταξιοῦνται, δεικνύντες ὅτι ὁ τελευτήσας καὶ ἀναστήσεται, καὶ διὰ τοῦτο ἐπιδέεται τῆς διὰ τοῦ λουτροῦ ἀφέσεως ἁμαρτημάτων. Τούτων δὲ οἱ μὲν τὸν Χριστὸν μηδέπω ἐγηγέρθαι κεκηρύχασιν, ἀνίστασθαι δὲ μετὰ πάντων, οἱ δὲ, ὅτι ὅλως νεκροὶ οὐκ ἀναστήσονται. Διὸ μέσος χωρήσας ὁ ἀπόστολος πρὸς ἀμφοτέρους τούτους καὶ τὰς λοιπὰς αἱρέσεις ἐν τῇ μιᾷ ἐργασίᾳ τὴν ἀνατροπὴν πεποίηται ἐν τῇ περὶ νεκρῶν ἀναστάσει, καὶ ἐν ταῖς μαρτυρίαις αἷς κατὰ λεπτότητα διεξιὼν τὴν βεβαίαν σύστασιν ἐποιήσατο τῆς τῶν νεκρῶν ἀναστάσεως καὶ σωτηρίας καὶ ἐλπίδος, φάσκων, Δεῖ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀθανασίαν· καὶ πάλιν, Ὅτι Χριστὸς ἐγήγερται ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων· ἵνα τὰς [2] ἀμφοτέρας σχίσεις τῶν αἱρέσεων ἐλέγξας τὸ ἀμόλυντον τῆς διδασκαλίας κήρυγμα ἐξ ἀληθείας διδάξῃ τοὺς βουλομένους εἰδέναι τὴν τοῦ θεοῦ ἀλήθειαν καὶ σωτηριώδη διδασκαλίαν.

Κεφ. ζ. pag. 115. Πανταχόθεν τοίνυν φωρατὸς ἂν εἴη Κήρινθος, καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ ἀπατηθέντες, οἱ τάλανες, καὶ ἄλλοις αἴτιοι γεγονότες ἀπωλείας, τῶν θείων γραφῶν σαφῶς ἡμῖν κατὰ λεπτότητα περὶ πάντων διηγουμένων. Οὔτε γὰρ ἐκ σπέρματος Ἰωσὴφ ὁ Χριστὸς, ἐπεὶ πῶς ἔτι σημεῖον εἴη τὸ γένημα; καὶ τὸ παρὰ τῷ Ἡσαΐᾳ εἰρημένον, πῶς ἔτι συσταθήσεται, ὡς εἶπεν αὐτὸς ὁ κύριος, Δώσει ὑμῖν σημεῖον, ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱὸν, καὶ τὰ ἑξῆς. Πῶς δὲ ἔτι πληρωθήσεται τὸ εἰρημένον παρὰ τῆς ἁγίας παρθένου πρὸς τὴν Γαβριὴλ, Πῶς ἔσται τοῦτο, ὅτι ἄνδρα οὐ γινώσκω; καὶ αὐτοῦ λέγοντος, Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι, καὶ τὰ ἑξῆς. Πῶς δὲ πάλιν οὐκ ἐλεγχθήσεται αὐτῶν ἡ ἄνοια τοῦ εὐαγγελίου σαφῶς λέγοντος ὅτι, Εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα, πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτούς· ἔστι δὲ γνῶναι σαφῶς ὅτι οὐδὲ ὅλως συνῆλθον. Μὴ γένοιτο γὰρ τοῦτο εἰπεῖν, ἐπεὶ οὐκ ἂν μετὰ σταυρὸν προενόει παραθέσθαι αὐτὴν Ἰωάννῃ τῷ ἁγίῳ παρθένῳ, ὡς λέγει, Ἴδε ἡ μήτηρ σου, καὶ τῇ αὐτῇ, Ἴδε ὁ υἱός σου. Ἔδει γὰρ αὐτὸν παραδοῦναι αὐτὴν τοῖς αὐτῆς συγγενέσιν, ἢ τοῖς τέκνοις τοῦ Ἰωσὴφ, εἴπερ ἦσαν ἐξ αὐτῆς, Ἰακώβῳ φημὶ καὶ Ἰωσῇ καὶ Ἰούδα καὶ Συμεῶνι, υἱοῖς οὖσι τοῦ Ἰωσὴφ ἀπὸ τῆς ἄλλης γυναικός. Οὐδὲ γὰρ ὅτι κέχρηται τῇ παρθένῳ ὅλως εὑρίσκεται μετὰ τὸ γεγεννηκέναι ἡ παρθένος ἄχραντος. Ἀλλὰ περὶ τούτων ἤδη ἐν ἄλλῳ μοι λόγῳ σαφῶς πεπραγμάτευται, καὶ πραγματευθήσεται. Ὧιδε δὲ ἐν μέρει, ὡς ἐν παρεκδρομῇ, περὶ τῆς τούτων ὑποθέσεως εἴρηται, ἵνα μὴ ἑτέρων δηγμάτων βουλόμενος ποιῆσαι ἴασιν, καὶ ἑτέρων δηλητηρίων ἄκος

2. *Libri habent* ἀμφοτέρους σχέσεις.

stante morte, si quidem catechumeni sint, ea spe freti sacra lavatione purgantur, ac mortuos surrecturos esse demonstrant, ob idque condonatione illa scelerum quae per baptismum obtinetur indigere. Sed illorum alii nondum Christum surrexisse praedicant, ac cum caeteris omnibus esse surrecturum, alii mortuos surrecturos unquam funditus negant. Itaque medium quoddam iter ingressus apostolus cum utrosque illos, tum reliquas omnes haereses eadem opera disturbat, cum de mortuorum excitatione disputat, atque eiusmodi testimoniis utitur quibus singillatim expositis mortuorum resurrectionem ac salutem et spem nostram solidissimis rationibus confirmat, his verbis: *Oportet hoc corruptibile induere incorruptionem, et* Ibid.
hoc mortale induere immortalitatem. Ac rursum, *Christus resurrexit primitiae dormientium,* ut ambarum haereseum respondentibus sibi ex adverso opinionibus convulsis veram ac sinceram Christianae fidei disciplinam iis traderet qui divinam veritatem salutaremque doctrinam vellent percipere.

Quocirca deprehensus undique Cerinthus ac convictus tenetur, Cap. VII.
una cum iis, qui eodem in errore versantur, infelices homines atque eiusdem secum exitii aliis insuper auctores quippe cum haec omnia sacrae literae perspicue accurateque nobis edisserant. Nam neque de Iosephi semine natus est Christus: qui enim prodigium posset illius esse generatio, ac quod ab Isaia dictum est probari omnino posset? *Dominus ipse dabit vobis signum: Ecce virgo conci-* Esai. 7, 14.
piet, et pariet filium etc. Quanam vero ratione perfici poterit illud quod Gabrieli virgo sanctissima dixit: *Quomodo fiet istud, quoniam* Luc. 1, 34.
virum non cognosco? Cui ille respondit: *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus altissimi obumbrabit tibi* etc. Nonne illorum ex eo stultitia facile convincitur, quod diserte in evangelio scriptum est, *Inventa est in utero habens antequam convenirent?* Illud autem cer- Matth. 1, 18.
tissimum est, nunquam illos omnino convenisse. Absit enim ut id unquam dicamus. Alioqui cum in cruce penderet, non sancto Ioanni, qui et ipse virginitatem servavit, matrem commendaret suam, cum ita locutus est: *Ecce mater tua.* Et illam alloquens: *Ecce filius* Ioann. 19, 27.
tuus. Hanc enim vel cognatis suis committere oportuit, vel Iosephi liberis, si quos ex ipsa sustulerat, puta Iacobo, Iose, Iudae, Simeoni, quos Iosephus alia ex uxore genuerat. Neque enim illum cum Maria consuevisse ullo modo reperimus, posteaquam incorrupta illa et castissima virgo peperit. Verum de his alio in libro accurate tractavimus, tractabimusque postea. Interim hoc in loco pauca quaedam de hoc argumento velut obiter attigimus, ne dum aliis mederi morsibus aliisque venenatis serpentibus remedium afferre volumus,

καὶ ἀλεξητήριον, εἰς ἄλλα τοὺς ἐντυγχάνοντας παρεκτρέψω. Πλὴν ἐκ παντὸς τῷ τὴν σύνεσιν κεκτημένῳ μάταιος ἡ τούτων καταχλεύαστος διδασκαλία συσταθήσεται, παρὰ μὲν ἀποστόλοις ἐλεγχομένη, παρὰ δὲ τοῖς συνετοῖς καταγινωσκομένη, ἐκ θεοῦ δὲ καὶ τοῦ αὐτοῦ τῆς ἀληθείας κηρύγματος ἐκβαλλομένη.

Κεφ. η'. Καλοῦνται δὲ πάλιν οὗτοι Μηρινθιανοὶ, ὡς ἡ ἐλθοῦσα εἰς ἡμᾶς φήμη περιέχει. Εἴτε γὰρ ὁ αὐτὸς Κήρινθος Μήρινθος πάλιν ἐκαλεῖτο (οὐ πάνυ τι σαφῶς περὶ τούτου ἴσμεν), εἴτε ἄλλος τις ἦν Μήρινθος ὀνόματι, συνεργὸς τούτῳ, θεῷ ἔγνωσται. Ἤδη γὰρ εἴπομεν
pag. 116. ὅτι οὐ μόνον αὐτὸς ἐν Ἱεροσολύμοις πολλάκις ἀντέστη τοῖς ἀποστόλοις, ἀλλὰ καὶ οἱ σὺν αὐτῷ ἐν τῇ Ἀσίᾳ. Πλὴν ἤτοι αὐτὸς εἴη, ἢ καὶ ἄλλος σὺν αὐτῷ συνεργὸς, τὰ ὅμοια αὐτῷ φρονῶν καὶ συμπράττων καὶ τὰ ἴσα, οὐδὲν διαφέρει. Ἡ γὰρ πᾶσα αὐτῶν κακοτροπία τῆς διδασκαλίας τοῦτον ἔχει τὸν χαρακτῆρα, Κηρινθιανοί τε ὁμοῦ καὶ Μηρινθιανοὶ οὗτοι καλοῦνται.

Καὶ ταῦτα περὶ τῆς δεινῆς καὶ ἑρπετώδους μοχθηρίας αὐτῶν διεξιόντες πάλιν ἐπὶ τὰς ἑξῆς προβαίνομεν, εὐχαριστοῦντες μὲν, ὅτι τὸ πέλαγος τούτων τῶν κακῶν δογμάτων ἀβλαβῶς διενηξάμεθα, εὐχόμενοι δὲ, ἵνα ἐν ταῖς ἑξῆς παρεντυχόντες, ὡς εἰς διαθαλάττια καὶ θηριώδη βράχη παρεμπεσόντες, μὴ ἀδικηθῶμεν, ἀλλὰ σωτηρίας τύχωμεν τῆς ἀπὸ τῆς μελλούσης ἡμῖν καθ' ὑφήγησιν ἀναφαίνεσθαι ἀληθείας, ἐν τῷ ἡμᾶς [1] συνιστᾶν αὐτήν τε καὶ τὴν ἐν αὐτῇ κενοφωνίαν. Τῷ γὰρ βουλομένῳ σκοπεῖν, καὶ τὰς τούτων ἰδέας ἀναγράφειν, καὶ αὕτη παρεικασθήσεται ὡς ἀληθῶς δικεφάλῳ τινὶ ὄφει, διὰ τὸ διώνυμον, καὶ τῇ καλουμένῃ σηπεδόνι ἐχίδνῃ, τῇ κομώσῃ μὲν πᾶν τὸ σῶμα αὐτῆς ἐν θριξὶν ἐρυθραῖς, οὐκ ἐχούσῃ δὲ οὐδὲ αἰγὸς οὐδὲ προβάτου φύσιν ἢ δορὰν, ἀλλὰ ἑρπετοῦ, καὶ τὴν λύμην ἐργαζομένῃ διὰ τοῦ δήγματος τοῖς παρεντυγχάνουσιν, ἀνατρεπούσῃ δὲ τοὺς αὐτῇ πειθομένους πῆ μὲν ἀπὸ παλαιᾶς θρησκείας τὰ τῆς νέας διαθήκης ἀφανιζούσῃ, πῆ δὲ διὰ λόγων ψευδῶν, ὡς ἀπὸ νέας διαθήκης, κατὰ τῶν ἀπὸ περιτομῆς εἰς Χριστὸν πεπιστευκότων ἀποστόλων τὰς ψευδηγορίας περιφερούσῃ, ἧς τήν τε σῆψιν καὶ τὸν ἰὸν καὶ τοὺς ὀδόντας τῷ ξύλῳ τῆς ἀληθείας παίσαντες καὶ συντρίψαντες ἐπὶ τὰς μετέπειτα, ὡς προεῖπον, χωρῆσαι ἐν τῇ θεοῦ δυνάμει σπεύσωμεν.

CAP. VIII. — 1. Hoc est committere, componere.

in alia quaedam mala transversos lectores abripiamus. Enimvero si quis iudicii nonnihil habeat, inanis omnino et ridicula illorum doctrina comprobabitur, quae et ab apostolis falsitatis convicta, et a sapientibus damnata, et a deo ipsaque adeo veritatis praedicatione est eiecta.

Caeterum iidem illi Merinthiani, sic enim accepimus, appellantur. Utrum vero Cerinthus ipse Merinthus alio nomine sit dictus liquido nescire me fateor: an praeter hunc alter eo nomine appellatus extiterit, adiutor illius et socius, id quidem soli deo compertum est. Hoc enim saepe iam diximus, non ipsum solum Hierosolymis frequenter apostolis restitisse, sed et qui eum in Asia sunt secuti. Atque ut unus idemque sit, aut alius eiusdem cum illo opinionis et partium fautor, nihil admodum refert. Forma quidem nequissimae illorum doctrinae ac velut nota quadam eiusmodi est qualem descripsimus, et Cerinthianos simul ac Merinthianos appellari constat. Cap. VIII.

His igitur de horrenda illorum ac serpentum simili improbitate disputatis ad eas quae deinceps consequuntur promovenda est oratio. Sed habendae imprimis gratiae sunt, quod pessimorum dogmatum pelagus istud sine ulla noxa transmisimus, et illud suppliciter postulandum, ut cum in reliquas haereses incurrerimus, quasi in maritima quaedam ac monstris referta brevia delati nihil ab his incommodi patiamur, sed ab ea quae inter disputandum illuxerit veritate salutem consequamur, cum et huius soliditatem adstruemus, et contrariarum haereseon inanitatem erroremque demonstrabimus. Quod si quispiam considerare et aliqua illas adumbrare similitudine voluerit, quam hactenus refutavimus, ob duplicem illam appellationem cum bicipiti quodam serpente reipsa comparandam putabit, eoque viperae genere quam Sepedonem vocant, quae pilis toto corpore est sparsa rubentibus, neque caprae, aut ovis ei natura vel pellis est, sed serpentis, eademque morsu obviis quibusque letum affert, ut et haeresis illa sectatores suos enecat, cum aut vetere testamento ritu-que ad evertendum novum utitur, aut fraudulentis rationibus ex novo testamento depromptis apostolos, qui e circumcisione ad Christi se fidem applicarunt, falso impugnare nititur. Cuius quidem tabificum virus atque dentes quoniam veritatis quasi fuste contudimus et contrivimus, ad eas quae consequuntur refellendas, uti diximus, progreditur ac festinat oratio.

ΚΑΤΑ ΝΑΖΩΡΑΙΩΝ,

ἐνάτη, ἡ καὶ εἰκοστὴ ἐνάτη.

Κεφ. α'. *Ναζωραῖοι καθεξῆς τούτοις ἕπονται, ἅμα τε αὐτοῖς ὄντες, ἢ καὶ
πρὸ αὐτῶν, ἢ σὺν αὐτοῖς, ἢ μετ' αὐτοὺς, ὅμως σύγχρονοι· οὐ γὰρ
pag. 117. ἀκριβέστερον δύναμαι ἐξειπεῖν τίνες τίνας διεδέξαντο. Καθὰ γὰρ ἔφην,
σύγχρονοι ἦσαν ἀλλήλοις, καὶ ὅμοια κέκτηνται τὰ φρονήματα. Οὗτοι
γὰρ ἑαυτοῖς ὄνομα ἐπέθεντο οὐχὶ Χριστοῦ, οὔτε αὐτὸ τὸ ὄνομα τοῦ
Ἰησοῦ, ἀλλὰ Ναζωραίων. Καὶ πάντες δὲ Χριστιανοὶ Ναζωραῖοι τότε
ὡσαύτως ἐκαλοῦντο. Γέγονε δὲ ἐπ' ὀλίγῳ χρόνῳ καλεῖσθαι αὐτοὺς
Ἰεσσαίους, πρὶν ἢ ἐπὶ τῆς Ἀντιοχείας ἀρχὴν λάβωσιν οἱ μαθηταὶ κα-
λεῖσθαι Χριστιανοί. Ἐκαλοῦντο δὲ Ἰεσσαῖοι διὰ τὸν Ἰεσσαὶ, οἶμαι,
ἐπειδήπερ ὁ Δαβὶδ ἐξ Ἰεσσαὶ, ἐκ δὲ τοῦ Δαβὶδ κατὰ διαδοχὴν σπέρ-
ματος ἡ Μαρία, πληρουμένης τῆς θείας γραφῆς κατὰ τὴν παλαιὰν
διαθήκην, τοῦ κυρίου λέγοντος πρὸς τὸν Δαβὶδ, Ἐκ καρποῦ τῆς κοι-
λίας σου θήσομαι ἐπὶ τοῦ θρόνου σου.*

Κεφ. β'. *Δέδια δὲ καθ' ἑκάστην ὑπόθεσιν λέξεως, ὡς ταύτην τὴν ὑπόμνη-
σιν ποιοῦμαι, παρακινούσης με τῆς ἀληθείας τὰς ἐν αὐτῇ τῇ λέξει
θεωρίας ὑποφαίνειν, διὰ τὸ μὴ πολὺ πλάτος περιποιήσασθαι τῇ συν-
τάξει τῆς διηγήσεως. Τοῦ γὰρ κυρίου φήσαντος τῷ Δαβὶδ, Ἐκ καρ-
ποῦ τῆς κοιλίας σου θήσομαι ἐπὶ τοῦ θρόνου σου, καὶ τὸ, Ὤμοσε
κύριος τῷ Δαβὶδ, καὶ οὐ μεταμεληθήσεται, δῆλον ὡς ἡ τοῦ θεοῦ
ἀμετάθετός ἐστιν ἐπαγγελία, καὶ πρῶτον μὲν ὅτι ὅρκος παρὰ θεῷ τί
ἐστιν ἀλλ' ἢ ὅτι, Κατ' ἐμαυτοῦ ὤμοσα, λέγει κύριος; Οὐ γὰρ κατὰ
μείζονος ἔχει ὅρκον θεός. Ἀλλὰ οὐδὲ ὄμνυσι τὸ θεῖον, εἰς παράστα-
σιν δὲ βεβαιώσεως ὁ λόγος ἔχει τὴν δύναμιν, μεθ' ὅρκου γὰρ ὤμοσε
κύριος τῷ Δαβὶδ ἐκ καρποῦ τῆς κοιλίας θήσειν ἐπὶ τὸν θρόνον αὐτοῦ.
Μαρτυροῦσι δὲ οἱ ἀπόστολοι ὅτι ἐκ σπέρματος Δαβὶδ ἔδει τὸν Χριστὸν
γεννηθῆναι, ὥσπερ οὖν καὶ ἐγεννήθη ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός.
Παρήσω δὲ τὸ πλῆθος τῶν μαρτυριῶν, ἵνα μὴ εἰς πολὺν ὄγκον ἀγάγω
τὸν λόγον, ὥς γε προεῖπον. Εἴποι δ' ἄν τις ἴσως, τοῦ Χριστοῦ γεν-
νηθέντος ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ σάρκα, τουτέστιν ἀπὸ τῆς ἁγίας
παρθένου Μαρίας, τίνι τῷ λόγῳ ἐπὶ τοῦ θρόνου Δαβὶδ οὐ καθέζεται.
Ἦλθον γὰρ, φησὶ τὸ εὐαγγέλιον, χρῖσαι αὐτὸν εἰς βασιλέα, καὶ γνοὺς
ἀνεχώρησε, καὶ ἐκρύβη ἐν Ἐφραῒμ πόλει τῆς ἐρήμου. Φθάσαντες δὲ
ἡμεῖς ἐπὶ τὸν τόπον τοῦ ῥητοῦ τούτου, καὶ ἐρωτώμενοι περὶ τῆς μαρ-
τυρίας ταύτης καὶ τῆς ὑποθέσεως, ὅτι τίνι τῷ λόγῳ κατὰ τὸ σαρκικὸν
pag. 118. οὐ πεπλήρωται [1] ἐπὶ τὸν σωτῆρα τὸ καθίσαι ἐπὶ τὸν θρόνον Δαβίδ.*

CAP. II. — 1. *Suspicor* περὶ τὸν σωτῆρα.

ADVERSUS NAZARAEOS,
quae est ordine IX., vel XXIX.

Exinde Nazaraei proximi sunt, qui sive priores illis, sive aequales, sive posteriores extiterint, in idem fere tempus incurrunt. Neque enim affirmare certo possumus utri utris successerint. Eadem enim ut diximus aetate vixerunt, et in iisdem dogmatibus sunt opinionibusque versati. Atque illi quidem non a Christo, neque ab Iesu nomen acceperunt, sed se Nazaraeos appellarunt. Siquidem Christiani tum omnes Nazaraei vocabantur. Quamquam pro exiguo tempore, Iessaeorum penes illos nomen resedit, antequam Christiani Antiochiae nominari coeperint. Ac Iessaei, ut opinor, ab Iesse vocati sunt. David enim Iesse filius erat, a quo generis continuata serie Maria prodiit, in eoque scripturae sacrae vaticinium ad exitum perductum est, cum in vetere testamento Davidi dominus ista respondisset: *De fructu ventris tui ponam super sedem tuam.* Cap. I. Psalm. 131, 11.

Sed illud in singulis scripturae verbis afferendis vereri mihi succurrit, de quo saepius commonere soleo, ne dum eas quae verbis ipsis insunt sententias expendere veritatis studium cogit, longius quam par sit instituti moles operis excrescat. Cum igitur dominus Davidi dixerit: *De fructu ventris tui ponam super sedem tuam,* et illud, *Iuravit dominus David, et non poenitebit eum,* manifestum est dei promissionem revocari non posse. Atque imprimis iusiurandum illud, quod deo tribuitur, quidnam est aliud, nisi istud ipsum quod alibi dicitur, *Per memetipsum iuravi, dicit dominus?* Neque enim per maiorem aliquem iusiurandum deus concipit, sed nec iurat quidem omnino. Sed ea loquendi ratio ad astruendam rei firmitatem pertinet. Nam Davidi iureiurando promisit dominus, *De fructu ventris ipsius super sedem eius se esse positurum.* Ita porro testantur apostoli de Davidis stirpe nasci Christum oportuisse; uti revera Iesus Christus dominus noster indidem oriundus est. Verum ego ne prolixiorem, ut ante dixi, sermonem instituam, testimoniorum amplissimam copiam praetermitto. Atenim, dicat aliquis, cum ex Davidis stirpe, quatenus carne constat, procreatus sit Christus, hoc est, e beata virgine Maria, quid ita tandem in Davidis solio minime consedit? *Venerunt enim,* ait evangelium, *ut ipsum ungerent in regem;* et cum id cognovisset, recessit, atque Ephraimi, quod oppidum in deserto situm est, delituit. Itaque quoniam opportune ad huius evangelici dicti mentionem sumus delapsi, deque eiusmodi testimonio argumentoque nata quaestio est, cur scilicet quod a propheta praedictum fuerat, in Davidis solio consessurum esse Christum, Cap. II. Psalm. 109, 4. Ioann. 6 15.

Ἐνομίσθη γὰρ τοῦτό τισι μὴ πεπληρῶσθαι· ὅμως ὡς ἔστιν ἐροῦμεν Οὐδεμία γὰρ λέξις τῆς ἁγίας τοῦ θεοῦ γραφῆς διαπίπτει.

Κεφ. γ΄. *Θρόνος γὰρ Δαβὶδ καὶ βασιλικὴ ἕδρα ἐστὶν ἡ ἐν τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ ἱερωσύνη, ὅπερ ἀξίωμα βασιλικόν τε καὶ ἀρχιερατικὸν ὁμοῦ ἐπιτοαυτὸ συνάψας ὁ κύριος δεδώρηται τῇ ἁγίᾳ αὐτοῦ ἐκκλησίᾳ, τὸν θρόνον μεταγαγὼν ἐν αὐτῇ τὸν τοῦ Δαβὶδ μὴ διαλείποντα εἰς τὸν αἰῶνα. Ἐκεῖσε γὰρ κατὰ διαδοχὴν διήρκεσε θρόνος Δαβὶδ ἕως αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ, μὴ διαλειπόντων τῶν ἐξ Ἰούδα ἀρχόντων ἕως ἦλθεν ᾧ τὰ ἀποκείμενα ἦν, καὶ αὐτὸς προςδοκία ἐθνῶν, φησίν. Ἔληξαν γὰρ ἐν τῇ τοῦ Χριστοῦ παρουσίᾳ οἱ κατὰ διαδοχὴν ἐξ Ἰούδα ἄρχοντες, ἕως αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ ἡγούμενοι. Διέπεσε γὰρ ἡ τάξις, καὶ ἔστη, ἐξότε αὐτὸς γεννᾶται ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας, ἐπὶ Ἀλεξάνδρου τοῦ ἀπὸ γένους ἱερατικοῦ καὶ βασιλικοῦ. Ἀφ' οὗ Ἀλεξάνδρου διέπεσεν οὗτος ὁ κλῆρος ἀπὸ χρόνων αὐτοῦ τε καὶ Σααλίνας, τῆς καὶ Ἀλεξάνδρας καλουμένης, ἐπὶ τοῖς χρόνοις Ἡρώδου τοῦ βασιλέως καὶ Αὐγούστου τῶν Ῥωμαίων αὐτοκράτορος. Ὃς καὶ διάδημα ἐπέθετο ἑαυτῷ, ὁ Ἀλέξανδρος οὗτος, εἷς τῶν χριστῶν καὶ ἡγουμένων ὑπάρχων. Συναφθεισῶν γὰρ τῶν δύο φυλῶν τοῦ τε βασιλικοῦ καὶ ἱερατικοῦ, Ἰούδα δέ φημι καὶ Ἀαρὼν, καὶ πάσης τῆς τοῦ Λευὶ, οὕτω βασιλεῖς καὶ ἱερεῖς ἐγίνοντο. Οὐ γὰρ διήμαρτέ τι τῶν ἀπὸ τῆς ἁγίας γραφῆς αἰνιγμάτων. Τότε δὲ λοιπὸν ἀλλόφυλος βασιλεὺς Ἡρώδης, καὶ οὐκέτι οἱ ἀπὸ τοῦ Δαβὶδ διάδημα ἐπέθεντο. Μεταπεσούσης δὲ τῆς βασιλικῆς καθέδρας ἐν Χριστῷ ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν ἀπὸ μὲν οἴκου τοῦ σαρκικοῦ Ἰούδα καὶ [1] Ἰσραὴλ τὸ βασιλικὸν μετέστη ἀξίωμα, ἵδρυται δὲ ὁ θρόνος ἐν τῇ ἁγίᾳ τοῦ θεοῦ ἐκκλησίᾳ εἰς τὸν αἰῶνα, ἐκ δύο προφάσεων ἔχων τὸ ἀξίωμα, τοῦ τε βασιλικοῦ καὶ τοῦ ἀρχιερατικοῦ. Καὶ τὸ μὲν βασιλικὸν ἀπὸ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ κατὰ δύο τρόπους, διά τε τὸ εἶναι αὐτὸν ἐκ σπέρματος Δαβὶδ τοῦ βασιλέως κατὰ σάρκα,*
pag. 119. *καὶ τὸ εἶναι αὐτὸν, ὅπερ ἐστὶ, βασιλέα μείζονα ἀπ' αἰῶνος κατὰ τὴν θεότητα· τὸ δὲ ἱερατικὸν, ὅτι αὐτὸς ἀρχιερεὺς καὶ ἀρχιερέων πρύτανις, κατασταθέντος εὐθὺς Ἰακὼβ τοῦ ἀδελφοῦ κυρίου καλουμένου καὶ ἀποστόλου ἐπισκόπου, πρώτου υἱοῦ τοῦ Ἰωσὴφ φύσει ὄντος, ἐν τάξει δὲ ἀδελφοῦ τοῦ κυρίου κληθέντος διὰ τὴν συναναστροφήν.*

CAP. III. — 1. *Editus liber uterque habet* Ἱερουσαλὴμ, *quamquam in Cornarii quidem versione recte legitur* Israel. *Vitii origo quaerenda in siglo* ἰηλ *male intellecto.*

non sit in salvatore, quod ad carnem pertinet, aliquando perfectum. Hoc enim sunt qui negent impletum fuisse; nos tamen plane ita contigisse monstrabimus. Nulla enim vel minima divinae scripturae dictio potest excidere.

Quocirca thronus ille Davidis ac regale solium nihil aliud est Cap. III. quam ecclesiae sanctae sacerdotium, quod regia simul ac pontificia dignitate in unum contracta ei dominus attribuit, ac Davidis aeternum illud neque periturum unquam solium in eandem contulit. Illic enim Davidica sedes perpetua successione ad Christum usque permansit, cum nullo unquam tempore de Iudae tribu principes desiissent, donec ille venit *cui reposita erant. Et ipse,* inquit, *expectatio* Gen. 49, 10. *gentium.* Etenim sub adventum Christi domini desiit de tribu Iudae principum illa successio, qui ad id usque tempus populi duces fuerant. Nam tum illa series intercidit ac suppressa penitus est, a quo Christus Bethleemi, quod est Iudaeae oppidum, in hanc lucem editus est, idque adeo sub Alexandro contigit, qui e sacerdotum pariter ac regum stirpe erat oriundus. Ab huius igitur Alexandri nec non et Saalinae, quae et Alexandra vocata est, tempore sors est illa regni conditioque sublata, cum Herodes Iudaeae, Augustus vero Romanorum imperium obtineret. Et quidem Alexander ille unus e Christorum, hoc est unctorum, ducumque numero diadema sibimet imposuit. Cum enim duae invicem tribus coniunctae fuissent, quarum altera regni, sacerdotii altera ius habebat, eratque Iudae prior, posterior Aaronis ac Leviticae gentis universae, inde factum est iidem ut reges ac sacerdotes essent. Neque enim ullum ex obscuris sacrarum literarum oraculis veritate sua caruit. Tum igitur Herodes rex alienigena summotis Davidis posteris diadema sumpsit. Atque imperii demum solio peregrinum in hominem translato a carnalis Iudae familia ac Hierosolymis per Christum regia est in ecclesiam transfusa dignitas. Cuius sedes ad omnium perpetuitatem temporum in eadem ipsa constituta, ex ambarum dignitatum, regni videlicet ac sacerdotii amplitudine coalescit. Nam quod ad regiam maiestatem attinet, eam a Christo Iesu domino nostro duplici iure communicatam accepit, quod et ille quatenus carne constat, de Davidis stirpe propagatus fuerit, et rex divinitatis quam idem habet ratione longe sit amplior et aeternus. Sacerdotii vero dignitatem ideo sortitus est quod et pontifex sit, et pontificum omnium moderator ac princeps. Quare Iacobus ille, qui domini frater appellatus est, et eiusdem apostolus, primus omnium est episcopus constitutus; qui cum Iosephi naturalis esset filius, domini frater ob id vocatus est, quod in eius convictu ac consuetudine versaretur.

Κεφ. δ'. Ἦν γὰρ ὁ Ἰάκωβος οὗτος υἱὸς τοῦ Ἰωσὴφ ἐκ γυναικὸς τοῦ Ἰωσὴφ, οὐκ ἀπὸ Μαρίας, ὡς καὶ εἰς πολλοὺς τόπους τοῦτο ἡμῖν εἴρηται, καὶ σαφέστερον ἡμῖν πεπραγμάτευται. Ἀλλὰ καὶ εὑρίσκομεν αὐτὸν ἐκ τοῦ Δαβὶδ ὄντα, διὰ τὸ υἱὸν εἶναι τοῦ Ἰωσὴφ Ναζωραῖον γενόμενον. Ἦν γὰρ πρωτότοκος τῷ Ἰωσὴφ, καὶ ἡγιασμένος. Ἔτι δὲ καὶ ἱερατεύσαντα αὐτὸν κατὰ τὴν παλαιὰν ἱερωσύνην εὕρομεν. Διὸ καὶ ἠφίετο αὐτῷ ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων εἰςιέναι, ὡς τοῖς ἀρχιερεῦσιν ἐκέλευσεν ὁ νόμος, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Οὕτω γὰρ ἱστόρησαν πολλοὶ πρὸ ἡμῶν περὶ αὐτοῦ, Εὐσέβιός τε καὶ Κλήμης, καὶ ἄλλοι. Ἀλλὰ καὶ τὸ πέταλον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἐξῆν αὐτῷ φέρειν, καθὼς οἱ προειρημένοι ἀξιόπιστοι ἄνδρες ἐν τοῖς ὑπ' αὐτῶν ὑπομνηματισμοῖς ἐμαρτύρησαν. Ἱερεὺς τοίνυν, ὡς ἔφην, ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ, βασιλεύς τε ὁμοῦ κατὰ τὴν τάξιν τὴν ἄνωθεν, ἵνα μεταγάγῃ τὴν ἱερωσύνην ἅμα τῇ νομοθεσίᾳ. Τοῦ δὲ σπέρματος Δαβὶδ διὰ τὴν Μαρίαν καθεζομένου ἐν θρόνῳ εἰς τὸν αἰῶνα καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος. Ἔδει γὰρ αὐτὸν νῦν μεταγαγεῖν τὴν τάξιν τοῦ [1] γε βασιλείου. Καὶ γὰρ ἡ βασιλεία αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ἀπὸ τῆς γῆς, ὡς ἔλεγεν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ Ποντίῳ Πιλάτῳ, Ἡ βασιλεία μου οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ κόσμου τούτου. Τοῦ γὰρ Χριστοῦ τὰ πάντα πληροῦντος δι' αἰνιγμάτων, ἕως τινὸς μέτρου αἱ ὑποθέσεις ἔφθανον. Οὐ γὰρ ἦλθεν ἵνα προκοπὴν λάβῃ βασιλείας ὁ βασιλεύων ἀεί· ἐχαρίσατο δὲ τοῖς ὑπ' αὐτοῦ καθισταμένοις τὸ βασίλειον, ἵνα μὴ ὀνομασθῇ ἀπὸ τῶν μικρῶν ἐπὶ τὰ μείζονα προκόπτειν. Μένει γὰρ αὐτοῦ ὁ θρόνος, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος, καὶ κάθηται ἐπὶ τὸν θρόνον Δαβὶδ, τὸ βασίλειον τοῦ Δαβὶδ μεταστήσας, καὶ χαρισάμενος τοῖς ἑαυτοῦ δούλοις ἅμα τῇ ἀρχιερωσύνῃ, τουτέστι τοῖς ἀρχιερεῦσι τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας. Καὶ πολλά pag. 120. ἐστι περὶ τούτου λέγειν, ἀλλ' ὅμως ἐπειδὴ εἰς τὸν τόπον ἐλήλυθα, εἰπεῖν δι' ἣν αἰτίαν Ἰεσσαῖοι ἐκαλοῦντο πρὶν τοῦ καλεῖσθαι Χριστιανοὶ οἱ εἰς Χριστὸν πεπιστευκότες, τούτου ἕνεκα ἔφημεν ὅτι ὁ Ἰεσσαὶ πατὴρ γίνεται τοῦ Δαβίδ. Καὶ ἤτοι τοῦ Ἰεσσαὶ, ἤτοι ἐκ τοῦ ὀνόματος Ἰησοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν ἐπεκλήθησαν Ἰεσσαῖοι, διὰ τὸ ἐξ Ἰησοῦ ὁρμᾶσθαι, μαθηταὶ ὄντες αὐτοῦ, ἢ διά [2] τοι τῆς ἐτυμολογίας τοῦ ὀνόματος τοῦ κυρίου. Ἰησοῦς γὰρ κατὰ τὴν Ἑβραϊκὴν διάλεκτον θεραπευτὴς καλεῖται, ἤτοι ἰατρὸς καὶ σωτήρ. Ὅμως τούτῳ τῷ ὀνόματι, πρὶν τοῦ Χριστιανοὺς αὐτοὺς καλεῖσθαι, τὴν ἐπωνυμίαν ἐκέκτηντο. Ἀπὸ Ἀντιοχείας δὲ, καθάπερ ἄνω ἐπεμνήσθημεν, ὡς ἔχει ἡ τῆς ἀληθείας ὑπόθεσις, ἤρξαντο οἱ μαθηταὶ καὶ πᾶσα ἡ ἐκκλησία τοῦ θεοῦ Χριστιανοὶ καλεῖσθαι.

CAP. IV. — 1. *Libri omnes* τοῦ τε βασιλείου. 2. *Reposui* τοι *pro* τὸ, *quod in libris vulgo extat.*

Hic enim Iosephi ex alia fuit quam Maria coniuge filius, id quod Cap. IV. pluribus locis a me commemoratum est manifestiusque disputatum. Quinetiam e Davidis genere propagatum illum reperimus, utpote Iosephi filium, eundemque Nazaraeum. Nam Iosephi liberorum hic primus ac consecratus fuit. Imo et sacerdos ex veteris illius ritu sacerdotii fuisse perhibetur. Quamobrem semel ei quotannis in sancta sanctorum concessum est ingredi, quemadmodum summis sacerdotibus lege esse praescriptum e sacris literis didicimus. Quod quidem de Iacobo plerique ante nos memoriae prodiderunt, ut Eusebius, Clemens et alii. Sed et bracteam eidem in capite gestare licuisse quos proxime nominavi idonei scriptores commentariis suis testatum reliquerunt. Quocirca, *Sacerdos,* uti diximus, *Iesus Christus dominus noster in aeternum fuit, secundum ordinem Melchisedec,* Hebr. 6, 10 idemque rex secundum superiorem ac coelestem ordinem, ut una cum lege sacerdotium transferret. Fuit vero propter B. Mariam e Davidis oriundus stirpe, atque in regali solio *sedet in aeternum, et regni illius non erit finis.* Nimirum transferre illum non minus regni quam sacerdotii ordinem oportuit; quippe cum eius regnum minime ex hoc mundo sit, ut Pontio Pilato in evangelio respondisse fertur: *Regnum meum non est de hoc mundo.* Cum enim Christus sub qui- Ioann. 18, 36. busdam aenigmatum involucris universa compleret, quod hactenus gerebatur par fuit aliquo tenus pervenire. Neque vero ideo venit ut qui regnasset hactenus imperare porro pergeret, sed iis regnum, quos constituerat ipse dilargitus est, ne a minoribus progredi ad maiora dici possit. *Manet quippe sedes illius, et regni eius non erit finis,* atque in Davidis solio considet, propterea quod Davidis regnum transtulit, idque ipsum una cum pontificatu servis suis indulsit, hoc est catholicae ecclesiae pontificibus. Sed multa de ea re disputari possunt. Quoniam vero ad eum locum delapsi sumus ut reddenda caussa nobis esset cur ii qui Christo nomen dederant priusquam Christianorum nomen essent adepti Iessaei vocarentur, idcirco monuimus Iessaeum Davidis patrem fuisse. Aut ab illo igitur Iessae, aut a Iesu Christi domini nostri appellatione Iessaeorum nomen obtinuerunt, quod ab Iesu disciplina profecti, eiusdemque discipuli forent; aut illud denique ex notatione ipsa nominis, quo dominus vocatus est, originem accepit. Iesus enim Hebraice curatorem, hoc est medicum ac servatorem, significat. Quicquid sit, constat eo nomine, priusquam Christiani vocarentur, appellatos fuisse. Atque ab urbe demum Antiochia, uti supra meminimus, adeoque ipsa rei veritas comprobat, cum discipuli ipsi, tum omnis ecclesia dei Christianorum vocabulo comprehensa.

Κεφ. ε'. *Εὕροις δ' ἂν, ὦ [1] φιλολόγε, καὶ τούτου τὴν ὑπόθεσιν ἐντυχὼν τοῖς τοῦ Φίλωνος ὑπομνήμασιν, ἐν τῇ περὶ Ἰεσσαίων αὐτοῦ ἐπιγραφομένῃ βίβλῳ, ὃς τούτων τὴν πολιτείαν καὶ τὰ ἐγκώμια διεξιὼν, καὶ τὰ αὐτῶν μοναστήρια ἐν τῇ κατὰ τὴν Μαρίαν λίμνῃ ἱστορῶν περιοικίδι, οὐ περί τινων ἑτέρων ὁ ἀνὴρ ἱστόρησεν, ἀλλὰ περὶ Χριστιανῶν. Οὗτος γὰρ γενόμενος ἐν τῇ χώρᾳ (Μαρεώτην δὲ τὸν τόπον καλοῦσι), καὶ καταχθεὶς παρ' αὐτοῖς ἐν τοῖς κατὰ τὸν χῶρον τοῦτον μοναστηρίοις ὠφέληται. Ἐν ἡμέραις γὰρ τῶν [2] Πάσχων ἐκεῖ γενόμενος τάς τε αὐτῶν πολιτείας ἐθεάσατο, καὶ ὥς τινες ἑβδομάδα τὴν ἁγίαν τῶν [3] Πάσχων ὑπερτιθέμενοι διετέλουν, ἄλλοι δὲ διὰ δύο ἐσθίοντες, ἄλλοι δὲ καὶ καθ' ἑσπέραν. Ἦν δὲ τῷ ἀνδρὶ πάντα ταῦτα πεπραγματευμένα εἰς τὴν περὶ πίστεώς τε καὶ πολιτείας τῶν Χριστιανῶν ὑπόθεσιν. Ὡς οὖν τότε ἐκαλοῦντο Ἰεσσαῖοι, ἐπ' ὀλίγῳ χρόνῳ μετὰ τὴν ἀνάληψιν τοῦ σωτῆρος, καὶ Μάρκου τῇ τῶν Αἰγυπτίων χώρᾳ κηρύξαντος, κατὰ τοὺς χρόνους τούτους τινὲς ἐξεληλύθασι πάλιν, τῶν ἀποστόλων δῆθεν ἀκόλουθοι (λέγω δὲ οἱ ἐνταῦθά μοι δηλούμενοι Ναζωραῖοι), ὄντες μὲν κατὰ τὸ γένος Ἰουδαῖοι, καὶ τῷ νόμῳ δὲ προςανέχοντες καὶ περιτομὴν κεκτημένοι· ἀλλ' ὥςπερ ἀπὸ σκοποῦ τινες θεασάμενοι πῦρ, καὶ μὴ νοήσαντες δι' ἣν αἰτίαν οἱ τὴν πυρὰν ταύτην ἐξάψαντες, ἢ χρησιμότητα, τοῦτο ποιοῦσιν, ἢ τὰ τῆς ζωῆς ἑαυτῶν ὀψώνια πρὸς ἐδωδὴν διὰ τῆς πυρᾶς κατασκευάζοντες, ἢ ἐπὶ ἀφανισμῷ τινων καυστικῶν ξύλων ἢ φρυγάνων τῶν ὑπὸ πυρὸς εἰωθότων ἀναλίσκεσθαι, οὕτω καὶ αὐτοὶ μιμησάμενοι, πῦρ ἀνάψαντες ἑαυτοὺς ἐνέπρησαν. Ἀκούσαντες γὰρ μόνον ὄνομα Ἰησοῦ, καὶ θεασάμενοι τὰ θεοσήμεια τὰ διὰ χειρῶν τῶν ἀποστόλων γινόμενα, καὶ αὐτοὶ εἰς Ἰησοῦν πιστεύουσι, γνόντες δὲ αὐτὸν ἐκ Ναζαρὲτ ἐν γαστρὶ [4] ἐγκυμονηθέντα, καὶ ἐν οἴκῳ Ἰωσὴφ ἀνατραφέντα, καὶ διὰ τοῦτο ἐν τῷ εὐαγγελίῳ Ἰησοῦν τὸν Ναζωραῖον καλεῖσθαι, ὡς καὶ οἱ ἀπόστολοί φασιν, Ἰησοῦν τὸν Ναζωραῖον ἄνδρα ἀποδεδειγμένον ἔν τε σημείοις καὶ τέρασι, καὶ τὰ ἑξῆς, τοῦτο τὸ ὄνομα ἐπιτιθέασιν αὐτοῖς, [5] τὸ καλεῖσθαι Ναζωραίους, [6] οὐχὶ δὲ Ναζιραίους, τὸ ἑρμηνευόμενον Ἡγιασμένους. Τοῦτο γὰρ τοῖς τὸ παλαιὸν πρωτοτόκοις καὶ θεῷ ἀφιερωθεῖσιν [7] ὑπῆρχεν τὸ ἀξίωμα, ὧν εἷς ὑπῆρχεν ὁ Σαμψὼν, καὶ ἄλλοι μετ' αὐτὸν, καὶ πρὸ αὐτοῦ πολλοί. Ἀλλὰ καὶ Ἰωάννης ὁ Βαπτιστὴς τῶν αὐτῶν [8] ἀφηγιασμένων τῷ θεῷ καὶ αὐτὸς εἷς [9] ὑπῆρχε, καὶ οἶνον καὶ σίκερα οὐκ ἔπινεν. [10] Ὥριστο γὰρ τοῖς τοιούτοις [11] αὕτη ἁρμόδιος τῷ ἀξιώματι [12] ἡ πολιτεία.*

pag. 121.

Cap. V. — 1. *Sic cod. Vatic. Cod. Rhedig. et edit. princ. vitiose* φιλόλογε.

2. πασχῶν *cod. Rhedig. et edit. princ. Quod mutavit Petav. in* πάσχων, *ex auctoritate cod. Vatic.*

3. πάσχων *cod. Vatic. et ed. Petav.* πασχῶν *cod. Rhedig. et edit. princ.*

4. *Vocem* ἐγκυμονηθέντα *non agnoscit cod. Vatic.*

5. τοῦ καλεῖσθαι *cod. Venetus.*

6. *Verba* οὐχὶ δὲ Ναζιραίους *non habet cod. Venet.*

7. ὑπῆρχεν *codd. Venet. et Rhedig. Vulgo* ὑπῆρχε.

Cap. V. Quod quidem argumentum uberius pertractatum, quisquis es studiosus in Philonis commentariis invenies, eoque libro quem de Iessaeis inscripsit; ubi illorum vitae disciplinam ac praeconia celebrans, eorumque monasteria, quae ad Marianam paludem circumquaque posita sunt describens non de aliis ullis, quam de Christianis ista narravit. Nam cum eam regionem lustrasset (Mareotes hic vulgo locus dicitur) atque ad ipsos, eorumque monasteria divertisset, magnam ab iis utilitatem accepit. Etenim cum ipsis paschalibus feriis illuc accessisset, omnem eorum vitae rationem diligenter inspexit, observavitque nonnullos totam illam sacrosanctam hebdomadem sine ullo cibo transigere, alios alternis illum diebus capere, quosdam vero sub vesperam. Quamobrem quaecumque toto illo opere a Philone tractata sunt, ea Christianorum ad fidem vivendique rationem omnino pertinent. Cum igitur Iessaei tunc temporis dicerentur, paulo post ascensum Christi domini, postquam Marcus in Aegypto divinum verbum praedicavit, nonnulli tunc prodierunt apostolorum asseclae, Nazaraei videlicet isti de quibus praesens institutus est sermo. Erant illi genere quidem Iudaei, atque ad legem et circumcisionem adhaeserant, sed quemadmodum qui e specula procul ignem aspiciunt, neque cuius rei gratia, quemve ad usum hoc incendium excitatum fuerit sciunt, utrumnam ad obsonia coquenda, cibosque victui praeparandos, an ut cremia aridaque virgulta, ut assolet, concremarent, sic illi istud ipsum imitati semetipsos incendio consumpserunt. Siquidem solo Iesu nomine audito, conspectisque quae ab apostolis fierent portentis ac miraculis, in illum et ipsi quoque crediderunt. Quem cum Nazareti scirent in virginis utero genitum, atque in Iosephi domo nutritum, et idcirco Iesum Nazarenum in evangelio nominari, quemadmodum apostoli loquuntur, *Iesum Nazarenum virum approbatum* Act. 2, 22. *signis ac prodigiis*, ex eo nomen sibi istud imponunt, ut Nazaraei vocentur, non Naziraei, quae vox sanctificatum significat. Hic enim quondam primogenitis deoque consecratis dignitatis honor est habitus, quorum e numero Sampson, aliique post ipsum vel ante ipsum complures extiterunt. Imo et Ioannes baptista ex illo dedicatorum deo hominum genere fuit, qui vinum aut siceram non bibit. Fuit enim hominibus eiusmodi eorum dignitati consentanea vivendi ratio constituta.

8. ἀφηγιασμένων *emendatio est Ios. Scaligeri, quam firmat cod. Venet. praebens* ἀφηγιασμένον. *Cod. Rhedig. et editi libri habent* ἀφηγησαμένων. *Petavius suspicabatur* αὐτοὺς ἀφιερωσαμένων.

9. ὑπῆρχεν. οἶνον γὰρ καὶ *cod. Venet.*

10. ὡρίζετο *cod. Venet.*

11. αὖτι *cod. Venet.*

12. ἢ *om. cod. Venet.*

Κεφ. ς'. [1] Ἀλλὰ οὐδὲ Νασαραίους ἑαυτοὺς ἐκάλεσαν· ἦν γὰρ ἡ αἵρεσις τῶν Νασαραίων πρὸ Χριστοῦ, καὶ Χριστὸν οὐκ ᾔδει. Ἀλλὰ καὶ πάντες ἄνθρωποι τοὺς Χριστιανοὺς [2] Ναζωραίους ἐκάλουν, ὡς προεῖπον, ὡς λέγουσι κατηγοροῦντες Παύλου τοῦ ἀποστόλου, Τοῦτον τὸν ἄνθρωπον εὕρομεν λοιμὸν, καὶ διαστρέφοντα τὸν λαὸν, πρωτοστάτην τε ὄντα τῆς τῶν Ναζωραίων αἱρέσεως. Ὁ δὲ ἅγιος ἀπόστολος οὐκ ἀρνεῖται μὲν τὸ ὄνομα, οὐχὶ τὴν τούτων αἵρεσιν ὁμολογῶν, ἀλλὰ τὸ ὄνομα τὸ ἀπὸ τῆς τῶν ἀντιλεγόντων κακονοίας διὰ τὸν Χριστὸν ἐπενεχθὲν αὐτῷ ἀσμένως καταδεχόμενος. Φησὶ γὰρ ἐπὶ τοῦ [3] βήματος, Οὔτε ἐν τῷ ἱερῷ [4] εὗρόν με πρός τινα διαλεγόμενον, ἢ ἐπισύστασίν τινα ὄχλου ποιοῦντα, οὐδὲ ὧν μου κατηγοροῦσιν οὐδὲν [5] πεποίηκα. Ὁμολογῶ δέ σοι τοῦτο, ὅτι κατὰ τὴν ὁδὸν, ἣν αἵρεσιν οὗτοι φάσκουσιν, οὕτω λατρεύω, πιστεύων πᾶσι τοῖς ἐν τῷ νόμῳ καὶ ἐν τοῖς προφήταις. Καὶ οὐ θαῦμα ὅτι ὁ ἀπόστολος [6] ὁμολογεῖ ἑαυτὸν Ναζωραῖον, πάντων καλούντων τοὺς Χριστιανοὺς τότε τούτῳ τῷ ὀνόματι, διὰ Ναζαρὲτ τὴν
pag. 122. πόλιν, ἄλλης μὴ οὔσης χρήσεως τῷ ὀνόματι πρὸς τὸν καιρὸν, ὥςτε τοὺς ἀνθρώπους καλεῖν τοὺς τῷ Χριστῷ πεπιστευκότας. Περὶ οὗ [7] καὶ γέγραπται ὅτι Ναζωραῖος κληθήσεται. Καὶ γὰρ καὶ νῦν ὁμωνύμως οἱ ἄνθρωποι πάσας τὰς αἱρέσεις, Μανιχαίους τέ φημι καὶ Μαρκιωνιστὰς, Γνωστικούς τε καὶ ἄλλους, Χριστιανοὺς τοὺς μὴ ὄντας Χριστιανοὺς καλοῦσι, καὶ ὅμως ἑκάστη αἵρεσις, καίπερ ἄλλως λεγομένη, καταδέχεται τοῦτο χαίρουσα, ὅτι διὰ τοῦ ὀνόματος κοσμεῖται. Δοκοῦσι γὰρ ἐπὶ τῷ τοῦ Χριστοῦ σεμνύνεσθαι ὀνόματι, οὐ μὴν τῇ πίστει καὶ τοῖς ἔργοις. Οὕτω καὶ οἱ ἅγιοι τοῦ Χριστοῦ μαθηταὶ τότε μαθητὰς Ἰησοῦ ἑαυτοὺς ἐκάλουν, ὥςπερ οὖν καὶ ἦσαν· ἀκούοντες δὲ παρὰ ἄλλων Ναζωραῖοι οὐκ ἠναίνοντο, τὸν σκοπὸν θεωροῦντες τῶν τοῦτο αὐτοὺς καλούντων, ὅτι διὰ Χριστὸν αὐτοὺς ἐκάλουν. Ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς ὁ κύριος Ἰησοῦς Ναζωραῖος ἐκαλεῖτο, ὥςπερ ἔχει τὰ εὐαγγέλια, καὶ αἱ Πράξεις τῶν ἀποστόλων, διὰ τὸ ἐν τῇ πόλει Ναζαρὲτ αὐτὸν, κώμῃ δὲ τὰ νῦν οὔσῃ, ἀνατετράφθαι ἐν οἴκῳ Ἰωσὴφ, γεννηθέντα κατὰ σάρκα ἐν Βηθλεὲμ ἀπὸ Μαρίας τῆς ἀειπαρθένου, τῆς μεμνηστευμένης Ἰωσὴφ τῷ ἐν τῇ αὐτῇ Ναζαρὲτ μετῳκηκότι, μετὰ τὸ ἀπὸ Βηθλεὲμ αὐτὸν μεταναστάντα ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ κατοικισθῆναι.

Κεφ. ζ'. Οὗτοι δὲ οἱ προειρημένοι αἱρεσιῶται, περὶ ὧν ἐνταῦθα τὴν ἀφήγησιν ποιούμεθα, παρέντες τὸ ὄνομα τοῦ Ἰησοῦ οὔτε Ἰεσσαίους ἑαυτοὺς κεκλήκασιν, οὔτε τῶν Ἰουδαίων ἔμειναν ἔχοντες τὸ ὄνομα, οὔτε Χριστιανοὺς ἑαυτοὺς ἐπωνόμασαν, ἀλλὰ Ναζωραίους, δῆθεν ἀπὸ τῆς τοῦ τόπου τῆς Ναζαρὲτ ἐπωνυμίας. Τὰ πάντα δέ εἰσιν Ἰουδαῖοι, καὶ

Cap. VI. — 1. Ἀλλὰ οὐδὲ codd. Venet. et Vatic. Ἄλλοι δὲ cod. Rhedig. et editi libri. 2. ἐκάλουν Ναζωραίους cod. Venet. 3. ῥήματος cod. Venet.

Sed alii Nazaraeos seipsos appellant. Quippe Nazaraeorum secta Christum antecessit, nec eum cognovit. Verum Christiani, ut initio monui, ab omnibus Nazaraei nuncupati sunt, quemadmodum illi dixerunt, qui Paulum apostolum accusarunt: *Hunc,* inquiunt, *hominem invenimus pestiferum, et corrumpentem populum, et auctorem sectae Nazarenorum.* At sanctus apostolus neque nomen istud eiurat, tametsi ab illorum haeresi abhorreret, et quod sibi adversariorum improbitate propter Christum impositum erat vocabulum, libenter admisit. Ita enim ante tribunal dixit, *Neque in templo invenerunt me cum aliquo disputantem, aut concursum facientem turbae, neque quicquam eorum quibus me accusant admisi. Confiteor autem hoc tibi, quod secundum sectam, quam dicunt haeresin, sic deservio, credens omnibus quae in lege et prophetis scripta sunt.* Neque vero mirum est apostolum semetipsum Nazarenum confiteri, cum universi tunc eo nomine Christianos vocarent, ab oppido Nazaret, nec ullus alterius esset vocis usus illis temporibus, qua eos qui Christo nomen dederant possent exprimere. De quo sane scriptum est, *quoniam Nazarenus vocabitur.* Nam et hodie haereses omnes, Manichaei scilicet, Marcionistae, Gnostici, caeterique qui Christiani non sunt, Christianorum tamen ab omnibus nomine comprehendi solent, et unaquaeque secta, licet alio nomine censeatur, id sibi nominis libenter asciscit, quod hoc esse sibi decori atque ornamento iudicat. Quippe solo Christi vocabulo non fide atque operibus gloriari videntur. Eodem modo sancti Christi discipuli sese tum id quod erant Iesu discipulos vocabant: neque tamen cum ab aliis Nazareni dicerentur nomen istud recusabant, cum ad eorum a quibus sic appellabantur finem scopumque respicerent, qui hoc sese nomine Christi caussa donabant; quandoquidem et Iesus ipse Nazarenus appellatus est, ut in evangeliis et apostolorum Actibus legitur, pro eo quod in oppido Nazareti, qui hodie pagus est, in aedibus Iosephi fuerit educatus, posteaquam Bethleemi de virgine Maria secundum carnem natus est, quae quidem Iosepho desponsa fuerat, qui Nazareti tunc habitabat, cum relicto Bethleemo in Galilaea domicilium collocasset.

Cap. VI. — Act. 24, 5. — Ibid. 12. — Matth. 2, 23.

Quod vero ad haereticos illos attinet, de quibus modo sermonem instituimus, omisso Iesu nomine, neque Iessaeos seipsos vocant, neque Iudaeorum vocabulum retinent, neque se Christianos, sed Nazarenos de illa loci appellatione nuncupant, cum interim meri ipsi Iudaei, neque aliud praeterea sint. Porro non solum novo,

Cap. VII.

4. ηὗρον *cod. Venet.*
5. πεποιηκότα *cod. Venet.*
6. ὁμολόγει *cod. Venet.*
7. καὶ, *quod abest a libris vulgatis, inserui de auctoritate cod. Vatic.*

οὐδὲν ἕτερον. Χρῶνται δὲ οὗτοι οὐ μόνον νέᾳ διαθήκῃ, ἀλλὰ καὶ παλαιᾷ, καθάπερ καὶ οἱ Ἰουδαῖοι. Οὐ γὰρ ἀπηγόρευται παρ᾽ αὐτοῖς νομοθεσία καὶ προφῆται καὶ γραφεῖα τὰ παρὰ Ἰουδαίοις καλούμενα βιβλία, ὥςπερ παρὰ τοῖς προειρημένοις, οὐδέ τι ἕτερον οὗτοι φρονοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ τὸ κήρυγμα τοῦ νόμου, καὶ ὡς οἱ Ἰουδαῖοι πάντα καλῶς ὁμολογοῦσι, χωρὶς τοῦ εἰς Χριστὸν δῆθεν πεπιστευκέναι. Παρ᾽ αὐτοῖς γὰρ καὶ νεκρῶν ἀνάστασις ὁμολογεῖται, καὶ ἐκ θεοῦ τὰ πάντα γεγενῆσθαι. Ἕνα δὲ θεὸν καταγγέλλουσι, καὶ τὸν τούτου παῖδα Ἰησοῦν Χριστόν· Ἑβραικὴν δὲ διάλεκτον ἀκριβῶς εἰσιν ἠσκημένοι. Παρ᾽ αὐτοῖς γὰρ πᾶς ὁ νόμος, καὶ οἱ προφῆται, καὶ τὰ Γραφεῖα λεγόμενα,
pag. 123. φημὶ δὲ τὰ στιχήρη, καὶ αἱ Βασιλεῖαι, καὶ Παραλειπόμενα, καὶ Αἰσθὴρ, καὶ τἄλλα πάντα Ἑβραϊκῶς ἀναγινώσκεται, ὥςπερ ἀμέλει καὶ παρὰ Ἰουδαίοις. Ἐν τούτῳ δὲ μόνον πρὸς Ἰουδαίους διαφέρονται καὶ Χριστιανοὺς, Ἰουδαίοις μὲν μὴ συμφωνοῦντες, διὰ τὸ εἰς Χριστὸν πεπιστευκέναι, Χριστιανοῖς δὲ μὴ [1] ὁμογνωμονοῦντες, διὰ τὸ ἔτι νόμῳ πεπεδῆσθαι, περιτομῇ τε καὶ σαββάτῳ καὶ τοῖς ἄλλοις. Περὶ Χριστοῦ δὲ οὐκ οἶδα εἰπεῖν, εἰ καὶ αὐτοὶ τῇ τῶν προειρημένων περὶ Κήρινθον καὶ Μήρινθον μοχθηρίᾳ ἀχθέντες ψιλὸν ἄνθρωπον νομίζουσιν, ἢ, καθὼς ἡ ἀλήθεια ἔχει, διὰ πνεύματος ἁγίου γεγεννῆσθαι ἐκ Μαρίας διαβεβαιοῦνται. Ἔστι δὲ αὕτη ἡ αἵρεσις ἡ Ναζωραίων ἐν τῇ Βεροιαίων περὶ τὴν Κοίλην Συρίαν, καὶ ἐν τῇ Δεκαπόλει περὶ τὰ τῆς Πέλλης μέρη, καὶ ἐν τῇ Βασανίτιδι τῇ λεγομένῃ Κωκάβῃ, Χωχάβῃ δὲ Ἑβραϊστὶ λεγομένῃ. Ἐκεῖθεν γὰρ ἡ ἀρχὴ γέγονε μετὰ τὴν ἀπὸ τῶν Ἱεροσολύμων μετάστασιν, πάντων τῶν μαθητῶν τῶν ἐν Πέλλῃ ᾠκηκότων, Χριστοῦ φήσαντος καταλεῖψαι τὰ Ἱεροσόλυμα, καὶ ἀναχωρῆσαι, ἐπειδὴ ἤμελλε πάσχειν πολιορκίαν. Καὶ ἐκ τῆς τοιαύτης ὑποθέσεως τὴν Περαίαν οἰκήσαντες ἐκεῖσε, ὡς ἔφην, διέτριβον. Ἐντεῦθεν ἡ κατὰ τοὺς Ναζωραίους αἵρεσις ἔσχε τὴν ἀρχήν.

Κεφ. η΄. Πεπλάνηνται δὲ καὶ οὗτοι, περιτομὴν αὐχοῦντες, καὶ ἔτι οἱ τοιοῦτοι ὑπὸ κατάραν εἰσὶ, μὴ δυνάμενοι τὸν νόμον πληρῶσαι. Πῶς γὰρ δυνήσονται πληροῦν τὰ ἐν τῷ νόμῳ εἰρημένα, ὅτι τρὶς τοῦ ἔτους ὀφθήσῃ ἐνώπιον κυρίου τοῦ θεοῦ σου, κατά τε τὰ Ἄζυμα καὶ Σκηνοπηγίαν καὶ τὴν Πεντηκοστὴν, ἐν τῷ τόπῳ Ἱεροσολύμων; Ἀποκλεισθέντος γὰρ τοῦ νόμου, καὶ τῶν ἐν τῷ νόμῳ μὴ δυναμένων πληροῦσθαι, παντὶ τῷ νοῦν ἔχοντι σαφὲς ἂν εἴη ὅτι Χριστὸς ἦλθε πληρωτὴς τοῦ νόμου, οὐ τὸν νόμον καταλύσων, ἀλλὰ τὸν νόμον πληρώσων, καὶ ἀφελεῖν τὴν κατάραν τὴν κατὰ τῆς παραβάσεως τοῦ νόμου ὁρισθεῖσαν. Μετὰ γὰρ τὸ ἐντείλασθαι τὸν Μωϋσέα πᾶσαν ἐντολὴν, ἦλθεν ἐπὶ τὸ τέρμα τῆς βίβλου, καὶ συνέκλεισε τὸ πᾶν εἰς κατάραν, λέγων, Ἐπι-

Cap. VII. — 1. ὁμογνωμονοῦντες edit. princ. ὁμογνωμοῦντες cod. Rhedig. et edit. Petav.

pag. 135. ἐκεῖσε ἀπὸ ἑκάστης πόλεως τῆς Κιλικίας τὰ ἐπιδέκατα καὶ τὰς ἀπαρχὰς παρὰ τῶν ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ Ἰουδαίων εἰςέπραττεν. Ἐν τούτῳ δὲ τῷ καιρῷ κατάγεται πλησιαίτερον τῆς ἐκκλησίας, οὐκ οἶδ' εἰπεῖν ἐν ποίᾳ πόλει. [1] Φιλοῦται δὲ τῷ ἐκεῖσε ἐπισκόπῳ, [2] ὡς λεληθότως ᾔτησε παρ' αὐτοῦ τὰ εὐαγγέλια, καὶ ἀνέγνω. Ἐπεὶ οὖν, οἷα ἀπόστολος (οὕτως γὰρ παρ' αὐτοῖς, ὡς ἔφην, τὸ ἀξίωμα καλεῖται), ἐμβριθέστατος καὶ καθαρεύων δῆθεν τὰ εἰς κατάστασιν εὐνομίας, οὕτως ἐπιτελεῖν προβαλλόμενος, πολλοὺς τῶν κακῶν κατασταθέντων ἀρχισυναγώγων καὶ ἱερέων καὶ πρεσβυτέρων καὶ ἀζανιτῶν, τῶν παρ' αὐτοῖς διακόνων ἑρμηνευομένων ἢ ὑπηρετῶν, καθαιρῶν τε καὶ μετακινῶν τοῦ ἀξιώματος ὑπὸ πολλῶν ἐνεκοτεῖτο, οἵτινες ὥςπερ ἀμύνασθαι αὐτὸν πειρώμενοι πολυπραγμονεῖν τοῦτον καὶ ἰχνηλατεῖν τὰ παρ' αὐτοῦ γινόμενα οὐ μικρῶς ἐσπούδαζον, διὰ τοιαύτην δὲ αἰτίαν πολυπραγμονήσαντες ἀθρόως εἰςέφρησαν οἴκαδε εἰς τὸ αὐτοῦ ἐφέστιον, καὶ καταλαμβάνουσιν αὐτὸν τὰ εὐαγγέλια διερχόμενον, τήν τε βίβλον κατέχουσι, τὸν δὲ ἄνδρα ἁρπάζουσι, σύροντες χαμαὶ, καὶ βοῶντες, καὶ αἰκίας ἐπιφέροντες οὐ τὰς τυχούσας. Ἀπάγουσι μὲν εἰς τὴν συναγωγὴν, καὶ μαστίζουσι τοῦτον, [3] καὶ κατὰ τὸν νόμον οὗτος αὐτῷ πρῶτος ἀγὼν γίνεται· ἐπέστη δὲ ὁ ἐπίσκοπος τῆς πόλεως, καὶ ἀφείλετο αὐτόν. Ἄλλοτε δὲ καταλαμβάνουσιν αὐτὸν ἐν ὁδοιπορίᾳ τινὶ, ὡς ἡμῖν ὑφηγήσατο, καὶ ῥίπτουσιν αὐτὸν [4] εἰς Κύδνον τὸν ποταμόν. Τῷ δὲ ῥεύματι αὐτὸν [5] ἀφαρπαγέντα ἐτόπασαν, μή πη ἄρα ὄλωλεν ὑποβρύχιος γενόμενος τοῖς ὕδασι, καὶ ἔχαιρον ἐπὶ τούτῳ. Ὁ δὲ μικρῷ ὕστερον λουτροῦ ἁγίου καταξιοῦται, ἰσώθη γάρ. Ἄνεισι δὲ ἐπὶ τὸ κομητάτον, καὶ βασιλεῖ Κωνσταντίνῳ φιλιοῦται, καὶ ἀνέθετο αὐτῷ τὰ καθ' ἑαυτὸν ἅπαντα, ὡς ἦν τῶν κατ' Ἰουδαίους ἐξοχωτάτης ἀξίας, καὶ ὡς αἱ θεοπτίαι αὐτῷ πάντη [6] ἐφαίνοντο, κυρίου αὐτὸν προςκαλουμένου εἰς τὴν ἁγίαν κλῆσιν καὶ σωτηρίαν τῆς κατ' αὐτὸν πίστεώς τε καὶ γνώσεως. Ὁ δὲ ἀγαθὸς βασιλεὺς δοῦλος ὢν Χριστοῦ ἐν ἀληθείᾳ, καὶ τὸν κατὰ θεὸν ζῆλον ἐν βασιλεῦσι μετὰ Δαβὶδ καὶ Ἐζεκίαν καὶ Ἰωσίαν κεκτημένος γέρας αὐτῷ δίδωσιν,

Cap. XI. — 1. φιλοῦται cod. *Rhedig.* et ed. princ. φιλιοῦται ed. *Petav.*

2. *Nescio an rectius scripseris* ὃς. *Cornarius:* in amicitiamque venit eius loci episcopi, qui clandestine ab ipso evangelia petivit, ac legit.

im Iosephus inveterata pertinacia obduruerat. Sed clementissimus dominus, qui sese diligentibus praeclara quaedam offert consequendae salutis praesidia, eadem illis impertit quos aeternae vitae felicitate dignari constituit.

Per idem tempus cum iam patriarcha Iudas (ita enim forte vocabatur) ad robustam aetatem pervenisset, Iosephum praemii loco apostolatus (dignitatis id nomen est) honore ac commodis exornat. Inde cum literis in Ciliciam proficiscitur. Quo cum accessisset, unoquoque ex oppido decumas ac primitias a provincialibus Iudaeis exigebat. Ac tum casu contigit ut nescio qua in urbe in vicina ecclesiae domo diversaretur. Exinde contracta cum episcopo familiaritate clam ab eo evangeliorum librum postulat, ac legit. Et quoniam pro ea quam gerebat apostoli functione (ita enim ut diximus ea dignitas vocatur), summam prae se gravitatem atque in constituenda disciplina severitatem ferebat, cui rei praestandae fuerat electus, ac plerosque synagogis praefectos et sacerdotes ac presbyteros et azanitas, quo nomine diaconos aut ministros appellant, homines improbos in ordinem redegerat ac dignitate privarat, multorum in se convertit odia; qui ut eum ulciscerentur, curiosius explorare, et quae ab illo gererentur inquirere summopere cupiebant. Ob eas igitur caussas acutissime tandem odorati ex improviso impetum in aedes faciunt, atque in ipsa evangeliorum lectione Iosephum opprimunt. Hic libro de manibus erepto hominem corripiunt, et ad terram allisum vociferantes, maximisque contumeliis vexantes in synagogam abducunt, virgisque caedunt. Primum hoc ab illo legitimum certamen pro fide susceptum. Ad haec accurrit urbis episcopus, eumque ex illorum manibus eripit. Alias deinde cum iter agentem offendissent, sic enim ipse narrabat, in Cydnum abiiciunt, atque illum impetu fluminis abreptum ac sub aquas demersum periisse rati magnopere gavisi sunt. Sed is servatus postea coelesti lavatione dignatus est. Hinc ad comitatum profectus ad Constantini imperatoris amicitiam pervenit, eique quicquid sibi acciderat exposuit, principem se Iudaeos inter dignitatis locum habuisse, sed visa sibi frequentia divinitus oblata, invitante domino, ut ad fidei cognitionisque suae sanctissimam sortem ac salutem sese transferret. At optimus imperator, Christique revera servus, et divino quodam inter principes ardore post Davidem, Ezechiam et Iosiam aestuans, hoc illi dignitatis praemium, quod paulo ante retu- Cap. XI.

3. *Cornarius:* et per legem hoc certamen primum ipsi contigit.

4. εἰς *cod. Vatic. et inde ed. Petav.* χαμαὶ εἰς *cod. Rhedig. et edit. princ.*

5. ἀφαρπαγέντα *cod Vatic.* ἁρπαγέντα *editi libri et cod. Rhedig.*

6. ἐπεφαίνοντο *cod. Vatic.*

ὡς ἤδη προεῖπον, ἀξιώματος ἐν τῇ αὐτοῦ βασιλείᾳ. Κόμητα γὰρ αὐτὸν pag. 136. κατέστησε, φήσας αὐτῷ αἰτεῖν πάλιν ὃ βούλεται· ὁ δὲ οὐδὲν ᾐτήσατο, πλὴν τοῦτο μέγιστον χάρισμα τυχεῖν παρὰ τοῦ βασιλέως, τὸ ἐπιτραπῆναι καὶ διὰ προστάγματος βασιλικοῦ οἰκοδομῆσαι Χριστῷ ἐκκλησίας ἐν ταῖς πόλεσι καὶ κώμαις τῶν Ἰουδαίων. Ἔνθα τις οὐδέ ποτε ἴσχυσεν οἰκοδομῆσαι ἐκκλησίας, διὰ τὸ μήτε Ἕλληνα, μήτε Σαμαρείτην, μήτε Χριστιανὸν μέσον αὐτῶν εἶναι. Τοῦτο δὲ μάλιστα ἐν Τιβεριάδι καὶ ἐν Διοκαισαρείᾳ, τῇ καὶ Σεπφουρὶν, καὶ ἐν Ναζαρὲτ καὶ ἐν Καφαρναοὺμ φυλάσσεται παρ' αὐτοῖς [7] τοῦ μὴ εἶναί [8] τινα ἄλλου ἔθνους.

Κεφ. ιβ'. Λαβὼν δὲ ὁ Ἰώσηπος τὰ γράμματα καὶ τὴν ἐξουσίαν μετὰ τοῦ ἀξιώματος ἐπὶ τὴν Τιβεριάδα ἧκεν, ἔχων καὶ ἐπιστολὰς ἀπὸ τῶν βασιλικῶν ἀναλίσκειν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὀψωνίοις παρὰ τοῦ βασιλέως τετιμημένος. Ἄρχεται γοῦν ἐν Τιβεριάδι κτίζειν. Ναὸς δὲ μέγιστος ἐν τῇ πόλει προϋπῆρχε, τάχα οἶμαι [1] Ἀδριάνειον τοῦτο ἐκάλουν· ἀτελὲς δὲ τοῦτο τὸ Ἀδριάνειον διαμένον τάχα οἱ πολῖται εἰς δημόσιον λουτρὸν ἐπειρῶντο ἐπισκευάσαι. Ὅπερ εὑρὼν ὁ Ἰώσηπος ἐκ τούτου τὴν πρόφασιν ἔσχε, καὶ ὡς [2] ἤδη εὗρε διὰ τετραπήχων λίθων τετραπέδων ἕως ὕψους τινὸς ἀνεγηγερμένον, ἐντεῦθεν ἄρχεται ποιεῖσθαι τῆς ἐκκλησίας τὴν ἐπιμέλειαν. Ἀσβέστου δὲ ἦν χρεία, καὶ τῆς ἄλλης ὕλης. Καμίνους τοίνυν ἔξωθεν τῆς πόλεως πολλὰς προσέταξε γενέσθαι, τάχα τὸν ἀριθμὸν ἑπτά· φούρνακας δὲ ἐπιχωρίως ταύτας καλοῦσιν. Οἱ δὲ δεινοὶ καὶ πρὸς πᾶν ἐπιχείρημα εὔτολμοι Ἰουδαῖοι τῆς παρ' αὐτοῖς ἀεὶ γινομένης μαγγανείας οὐκ [3] ἀπείχοντο. Ματείαις γάρ τισι καὶ περιεργίαις τὸ πῦρ καταδῆσαι οἱ γεννᾶδαι Ἰουδαῖοι ἐπετρίβησαν, ἀλλ' οὐκ εἰς τέλος ἴσχυσαν. Ἤργει γοῦν τὸ πῦρ, καὶ οὐκ ἔπραττεν, ἀλλὰ τῆς ἰδίας, ὡς εἰπεῖν, φύσεως ἐκτὸς ἐγένετο. Ὡς δὲ οἱ τὴν καυστικὴν ὕλην παραβάλλειν τῷ πυρὶ ἐπιτεταγμένοι, φημὶ δὲ ῥώπακας, εἴτ' οὖν φρύγανα, παραθέντες οὐκ ἐνήργουν, τῷ Ἰωσήπῳ τὸ πραχθὲν ἐσήμαναν. Δηχθεὶς οὖν τὴν φρένα ὁ ἀνὴρ, καὶ ζήλῳ ἀρθεὶς τῷ πρὸς τὸν κύριον, ἔδραμεν ἔξω τῆς πόλεως, καὶ ὕδωρ κελεύσας ἐνεχθῆναι ἐν ἄγγει, ἐν καμψάκῃ φημὶ (κακούβιον δὲ τοῦτο οἱ ἐπιχώριοι καλοῦσι), λαβὼν τὸ αὐτὸ ἄγγος τοῦ ὕδατος ἐνώπιον πάντων (συνηθροίσθη δὲ πλῆθος Ἰουδαίων ἐπὶ τὴν θέαν, [4] τὸ ἀποβησόμενον ἰδεῖν σπουδάζοντες, καὶ ὅτι ἐπιχειρήσειεν pag. 137. Ἰώσηπος πράττειν), μεγάλῃ τῇ φωνῇ ὁ ἀνὴρ σταυροῦ σφραγῖδα ἐπιθεὶς τῷ ἄγγει διὰ τοῦ ἰδίου δακτύλου, καὶ ἐπικαλεσάμενος τὸ ὄνομα Ἰησοῦ, εἶπεν οὕτως, Ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ τοῦ Ναζωραίου, οὗ ἐσταύρωσαν οἱ πατέρες μου καὶ τούτων πάντων τῶν περιεστώτων, γένηται δύναμις ἐν τούτῳ τῷ ὕδατι, εἰς ἀθέτησιν πάσης φαρμακείας καὶ μαγείας ἧς οὗτοι ἔπραξαν, καὶ εἰς ἐνέργειαν δυνάμεως τῷ πυρὶ εἰς τὸ ἐπιτε-

7. *Forlasse* τὸ *pro* τοῦ *restituendum est.*
8. τινα *non habet cod. Vatic.*

Cap. XII. — 1. *Cf. Casaub. in Spartian. p. 26. et p. 170. ed. Paris. 1620. f.*

limus, contulit, comitemque fecit, iubens insuper ut quicquid vellet optaret. Ille nihil aliud nisi hoc unum maximi beneficii loco postulavit, sibi ut in Iudaeorum pagis omnibus et oppidis extruendarum in Christi honorem ecclesiarum potestas imperatoris edicto fieret. Quibus in locis nemo unquam ecclesias aedificare potuerat, quod nullus inter eos neque gentilis, neque Samaritanus, neque Christianus habitaret. Praesertimque Tiberiade, Diocaesareae, quae et Sephurim dicitur, Nazareti, Capharnaumi, ubi diligenter hoc observant, nemo ut gentis alterius domicilium illic habeat.

At Iosephus acceptis cum ea potestate ac dignitate literis Tiberiadem perrexit, unaque et diplomata secum attulit, quibus impensas e fisco caperet, cum privatim ipse stipendia ex eodem acciperet. Igitur Tiberiade ecclesiam aedificare coepit. Erat in eadem urbe templum ingens olim extructum, quod Adrianium, nisi fallor, appellabant. Quod cum imperfectum hactenus mansisset, oppidani publicas in balneas commutare studebant. Hoc Iosephus nactus ad id quod animo conceperat accommodare instituit. Et ut quadrato lapide quaternum cubitorum certam ad altitudinem erectum invenerat, veteri structurae novam ecclesiae molem imponere statuit. Ad id calce viva opus erat, reliquaque omni materia. Igitur caminos extra urbem fieri non paucos imperat, septenos circiter, quos vulgo fornaces nominant. Sub haec Iudaei ad audenda quaelibet proiecti ad usitata ei genti maleficia confugiunt. Etenim magicis carminibus ac praestigiis vim ignis impedire egregii homines aggressi sunt; sed non perpetuo potuerunt. At initio tamen cessabat ignis, nihilque coquebat, naturae suae velut officio destitutus. Tum qui suppeditando igni pabulo, virgultis scilicet ac fructibus, erant appositi, cum nihil se proficere animadverterent, rem ad Iosephum deferunt. Pupugit ea res hominem, statimque coelesti in dominum ardore succensus extra urbem advolat, aquam postulat: affertur in aeneo vase, quod campsacen vulgo, illic cacubium vocant. Eo coram omnibus accepto (nam ad hoc spectaculum Iudaeorum turba convenerat, ut rei eventum, ac quid tandem Iosephus ageret viderent) crucis signum super illud digito ducit, ac Iesu nomen invocans magna voce sic loquitur: *In nomine Iesu Nazareni, quem mei pariter atque horum omnium, qui hic adstant, maiores in crucem egerunt, haec aqua vim habeto ad magicas artes maleficiaque omnia restinguenda, quae isti compararunt, ab* Cap. XII.

2. *Sic cod. Rhedig. et editus liber uterque. Cod. Vatic. habet* ἤδη τετραπήτους (*sic*) λίθους διὰ τετραπέδων λίθων εὗρε, ἕως ὕψους τινος ἀνεγηγερμένους.

3. ἀπείχοντο *ed. Petav., de auctoritate cod. ms. nescio cuius quam in marg. sui exemplaris testatus est Schottus.* ἀπέχοντο *ed. princ.* ἀπέσχοντο *cod. Rhedig.*

4. καὶ τὸ *cod. Vatic.*

λεσθῆναι τὸν οἶκον κυρίου. Καὶ οὕτως λαμβάνει τὸ ὕδωρ ἐν τῇ χειρὶ, καὶ ῥαίνει ἑκάστῳ [5] φόρνακι ἐκ τοῦ ὕδατος. Καὶ ἀνελύετο μὲν τὰ φάρμακα, τὸ πῦρ δὲ ἐνώπιον πάντων ἀνεβλύστανεν. Οἱ δὲ παρόντες ὄχλοι κραυγάσαντες, Εἷς θεὸς ὁ βοηθῶν τοῖς Χριστιανοῖς, ἀνεχώρησαν. Πολλάκις δὲ κακούντων τὸν ἄνδρα ἐκείνων, εἰς ὕστερον μέρος τι τοῦ ναοῦ ἐν Τιβεριάδι οἰκοδομήσας, καὶ μικρὰν ἐκκλησίαν ἀποτελέσας, οὕτως ἐκεῖθεν ἀνεχώρησεν, ἐν Σκυθοπόλει δὲ ἐλθὼν κατέμεινεν. Ἐν Διοκαισαρείᾳ δὲ, καὶ ἄλλαις τισὶ τελείως ᾠκοδόμησε. Ταῦτα δὲ πραχθέντα, καὶ ἐνταῦθά μοι ἐπιμνησθέντα ἕνεκεν τῆς τῶν βίβλων ἑρμηνείας, πῶς ἀπὸ Ἑλληνίδος τὸ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγέλιον εἰς Ἑβραΐδα μετέπεσε, καὶ αἱ Πράξεις τῶν Ἀποστόλων, ἕως ὧδε τὰ τῆς ἱστορίας καὶ ὑφηγήσεως ἐχέτω.

Κεφ. ιγ. Ἐπάνειμι δὲ τὴν κατὰ Ἐβίωνος ποιούμενος ἀκολουθίαν. Διὰ γὰρ τὸ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγέλιον προϊὼν ὁ λόγος τὴν ἀκολουθίαν [1] τῆς εἰς ἡμᾶς ἐλθούσης γνώσεως παραθέσθαι ἠνάγκασεν. Ἐν τῷ γοῦν παρ' αὐτοῖς εὐαγγελίῳ κατὰ Ματθαῖον ὀνομαζομένῳ, οὐχ [2] ὅλῳ δὲ πληρεστάτῳ, ἀλλὰ νενοθευμένῳ καὶ ἠκρωτηριασμένῳ (Ἑβραϊκὸν δὲ τοῦτο καλοῦσιν), ἐμφέρεται, ὅτι, Ἐγένετό τις ἀνὴρ ὀνόματι Ἰησοῦς, καὶ αὐτὸς ὡς ἐτῶν τριάκοντα, ὃς ἐξελέξατο ἡμᾶς. Καὶ ἐλθὼν εἰς Καφαρναοὺμ εἰςῆλθεν εἰς τὴν οἰκίαν Σίμωνος τοῦ ἐπικληθέντος Πέτρου, καὶ ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ εἶπε, Παρερχόμενος παρὰ τὴν λίμνην Τιβεριάδος ἐξελεξάμην Ἰωάννην καὶ Ἰάκωβον υἱοὺς Ζεβεδαίου, καὶ Σίμωνα, καὶ Ἀνδρέαν, καὶ Θαδδαῖον, καὶ Σίμωνα τὸν Ζηλωτὴν, καὶ Ἰούδαν τὸν Ἰσκαριώτην, καὶ σὲ, τὸν Ματθαῖον, καθεζόμενον ἐπὶ τοῦ τελωνίου ἐκάλεσα, καὶ ἠκολούθησάς μοι. Ὑμᾶς οὖν βούλομαι εἶναι δεκαδύο ἀποστόλους, εἰς μαρτύριον τοῦ Ἰσραήλ. Καὶ ἐγένετο Ἰωάννης βαπτίζων, καὶ ἐξῆλθον πρὸς αὐτὸν Φαρισαῖοι, καὶ ἐβαπτίσθησαν,
pag. 138. καὶ πᾶσα Ἱεροσόλυμα. Καὶ εἶχεν ὁ Ἰωάννης ἔνδυμα ἀπὸ τριχῶν καμήλου, καὶ ζώνην δερματίνην περὶ τὴν ὀσφῦν αὐτοῦ, καὶ τὸ βρῶμα αὐτοῦ, φησὶ, μέλι ἄγριον, οὗ ἡ γεῦσις ἦν τοῦ μάννα, ὡς [3] ἐγκρὶς ἐν ἐλαίῳ· ἵνα δῆθεν μεταστρέψωσι τὸν τῆς ἀληθείας λόγον εἰς ψεῦδος, καὶ ἀντὶ Ἀκρίδων ποιήσωσιν Ἐγκρίδας ἐν μέλιτι. Ἡ δὲ ἀρχὴ τοῦ παρ' αὐτοῖς εὐαγγελίου ἔχει ὅτι, Ἐγένετο ἐν ταῖς ἡμέραις Ἡρώδου τοῦ βασιλέως τῆς Ἰουδαίας, ἦλθεν Ἰωάννης βαπτίζων βάπτισμα μετανοίας ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ποταμῷ, ὃς ἐλέγετο εἶναι ἐκ γένους Ἀαρὼν τοῦ ἱερέως, παῖς Ζαχαρίου καὶ Ἐλισάβετ, καὶ ἐξήρχοντο πρὸς αὐτὸν πάντες. Καὶ μετὰ τὸ εἰπεῖν πολλὰ ἐπιφέρει ὅτι, Τοῦ λαοῦ βαπτισθέντος ἦλθε καὶ Ἰησοῦς, καὶ ἐβαπτίσθη ὑπὸ τοῦ Ἰωάννου. Καὶ ὡς ἀνῆλθεν ἀπὸ τοῦ ὕδατος, ἠνοίγησαν οἱ οὐρανοὶ, καὶ εἶδε τὸ πνεῦμα [4] τοῦ θεοῦ ἐν εἴδει

5. φούρναχι cod. *Rhedig.*

Cap. XIII. — 1. τῆς, *quod desideratur in ed. Petav., revocavi ex cod. Rhedig. et edit. princ.*

eademque vis igni sua restituatur, quo domini domus absolvi possit. His dictis fornacibus singulis aquam aspergit. Ita dissolutis praestigiis coram omnibus ignis efferbuit. Quo miraculo commota turba magnis vocibus exclamavit, *Unus est deus, qui Christianos adiuvat;* itaque discessit. Ac saepe alias vexantibus Iudaeis tandem veteris templi partem extruxit, in eaque parvam ecclesiam condidit. Post inde discedens Scythopoli consedit. Diocaesareae porro aliisque in oppidis postremo ecclesias aedificavit. Ad haec obiter narranda digressi fuimus, eorum occasione librorum qui apud Iudaeos translati reperiuntur, cuiusmodi est Ioannis Evangelium, et Apostolorum Actus Hebraice conversi. Sed de hac historica relatione hactenus.

Nunc ad inchoatam de Ebionitis narrationem regredior. Siquidem ob Matthaei Evangelium eo delapsa est oratio, ut ad eam quae ad aures nostras pervenerat historiam enarrandam necessario sese converteret. Igitur in eo quod penes illos est Matthaei Evangelio, quamquam ne integrum quidem illud habent, sed adulteratum ac mutilum, idque ipsum Hebraicum vocant, ita scriptum est: *Fuisse certum hominem nomine Iesum, annorum circiter triginta, qui nos elegerit, qui Capharnaum veniens in Simonis cognomine Petri aedes ingressus est, apertoque ore suo dixit, cum secundum Tiberiadis locum transirem, Ioannem et Iacobum Zebedaei filios elegi, et Simonem, et Andream, et Thaddaeum, et Simonem Zeloten, et Iudam Iscarioten, et te Matthaeum ad telonium sedentem vocavi, ac me ipse secutus es. Volo itaque duodecim vos apostolos esse ad testimonium Israëlis. Et erat Ioannes baptizans, et exierant ad eum Pharisaei, et baptizati sunt, et omnis Hierosolyma. Ipse autem Ioannes habebat vestimentum de pilis camelorum et zonam pelliceam circa lumbos suos, et cibus eius erat mel silvestre, cuius sapor erat mannae similis, velut lagani frixi cum oleo.* Quod eo faciunt, ut veritatis sermonem in mendacium commutent, et pro eo quod est ἀκρίδας, hoc est locustas, ἐγκρίδας, hoc est epichyta mellita substituant. Porro evangelium illorum sic incipit: *Factum est in diebus Herodis regis Iudaeae, ut veniret Ioannes baptizans baptismo poenitentiae in Iordane fluvio, quem ferebant ex genere esse Aaronis sacerdotis, filius Zachariae et Elizabethae, et egrediebantur ad illum omnes.* Tum longe postea subiungit: *Baptizato populo venit et Iesus, et a Ioanne baptizatus est. Cumque ascendisset ex aqua, aperti sunt coeli, et vidit spiritum dei sanctum colum-* Cap. XIII.

2. *Sic libri mei omnes. Suspicor* οὐχ ὅλως δέ.
3. *Cf. quos laudat Bernhardyus V. Cl. ad Suidam s. v.* Ἐγκρίς.
4. τοῦ θεοῦ *cod. Rhedig. et edit. princ.* τὸ ἅγιον *cod. Vatic.* τοῦ θεοῦ τὸ ἅγιον *ed. Petav.*

περιστερᾶς κατελθούσης καὶ εἰςελθούσης εἰς αὐτόν. Καὶ φωνὴ ἐγένετο ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, λέγουσα, Σύ μου εἶ ὁ υἱὸς ὁ ἀγαπητὸς, ἐν σοὶ ηὐδόκησα· καὶ πάλιν, Ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. Καὶ εὐθὺς περιέλαμψε τὸν τόπον φῶς μέγα. Ὃν ἰδὼν, φησὶν, ὁ Ἰωάννης λέγει αὐτῷ, Σὺ τίς εἶ, κύριε; καὶ πάλιν φωνὴ ἐξ οὐρανοῦ πρὸς αὐτὸν, Οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐφ' ὃν ηὐδόκησα. Καὶ τότε, φησὶν, ὁ Ἰωάννης προςπεσὼν αὐτῷ ἔλεγε, [5] Δέομαί σου, κύριε, σύ με βάπτισον. Ὁ δὲ ἐκώλυεν αὐτῷ, λέγων, Ἄφες, ὅτι οὕτως ἐστὶ πρέπον πληρωθῆναι πάντα.

Κεφ. ιδ'. Ὅρα δὲ τὴν παρ' αὐτοῖς παραπεποιημένην πανταχόθεν διδασκαλίαν, πῶς πάντα χωλὰ, λοξὰ, καὶ οὐδεμίαν ὀρθότητα ἔχοντα. Ὁ μὲν γὰρ Κήρινθος καὶ Καρποκρᾶς τῷ αὐτῷ χρώμενοι δῆθεν παρ' αὐτοῖς εὐαγγελίῳ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τοῦ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγελίου διὰ τῆς γενεαλογίας βούλονται παριστᾶν ἐκ σπέρματος Ἰωσὴφ καὶ Μαρίας εἶναι τὸν Χριστόν. Οὗτοι δὲ ἄλλα τινὰ διανοοῦνται. Παρακόψαντες γὰρ τὰς παρὰ τῷ Ματθαίῳ γενεαλογίας ἄρχονται τὴν ἀρχὴν ποιεῖσθαι ὡς προεῖπον, λέγοντες ὅτι, Ἐγένετο, φησὶν, ἐν ταῖς ἡμέραις Ἡρώδου βασιλέως τῆς Ἰουδαίας ἐπὶ ἀρχιερέως Καϊάφα, ἦλθέ τις, Ἰωάννης ὀνόματι, βαπτίζων βάπτισμα μετανοίας ἐν τῷ ποταμῷ Ἰορδάνῃ, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἐπειδὴ γὰρ βούλονται τὸν μὲν Ἰησοῦν ὄντως ἄνθρωπον εἶ-
pag. 139. ναι, ὡς προεῖπον, Χριστὸν δὲ ἐν αὐτῷ γεγενῆσθαι τὸν ἐν περιστερᾶς καταβεβηκότα, καθάπερ ἤδη καὶ παρ' ἄλλαις αἱρέσεσιν εὑρίσκομεν, συναφθέντα αὐτῷ, καὶ εἶναι αὐτὸν τὸν Χριστὸν ἐκ σπέρματος ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς γεγενημένον. Πάλιν δὲ ἀρνοῦνται εἶναι αὐτὸν ἄνθρωπον δῆθεν ἀπὸ τοῦ λόγου οὗ εἴρηκεν ὁ σωτὴρ ἐν τῷ ἀναγγελῆναι αὐτὸν ὅτι, Ἰδοὺ, ἡ μήτηρ σου καὶ οἱ ἀδελφοί σου ἔξω ἑστήκασιν, ὅτι, Τίς μού ἐστι μήτηρ μου καὶ ἀδελφοί; καὶ ἐκτείνας ἐπὶ τοὺς μαθητὰς τὴν χεῖρα ἔφη, Οὗτοί εἰσιν οἱ ἀδελφοί μου καὶ ἡ μήτηρ, οἱ ποιοῦντες τὰ θελήματα τοῦ πατρός μου. Ἐντεῦθεν, ὡς ἔφην, τῆς πάσης κυβείας μεμεστωμένος ὁ Ἐβίων διὰ πολλῶν μορφῶν ὑποφαίνει ἑαυτὸν, ὡς εἶναι τεράστιον κατὰ τὰ ἄνω μοι προδεδηλωμένα.

Κεφ. ιε'. Χρῶνται δὲ καὶ ἄλλαις τισὶ βίβλοις, δῆθεν ταῖς Περιόδοις καλουμέναις Πέτρου, ταῖς διὰ Κλήμεντος γραφείσαις, νοθεύσαντες μὲν τὰ ἐν αὐταῖς, ὀλίγα δὲ ἀληθινὰ ἐάσαντες, ὡς αὐτὸς Κλήμης αὐτοὺς κατὰ πάντα ἐλέγχει ἀφ' ὧν ἔγραψεν ἐπιστολῶν ἐγκυκλίων τῶν ἐν ταῖς ἁγίαις ἐκκλησίαις ἀναγινωσκομένων, ὅτι ἄλλον ἔχει χαρακτῆρα ἡ ἑαυτοῦ πίστις καὶ ὁ λόγος παρὰ τὰ ὑπὸ τούτων εἰς ὄνομα αὐτοῦ ἐν ταῖς Περιόδοις νενοθευμένα. [1] Αὐτὸς γὰρ παρθενίαν διδάσκει, καὶ αὐτοὶ οὐ δέχονται. Αὐτὸς γὰρ ἐγκωμιάζει Ἠλίαν καὶ Δαβὶδ καὶ Σαμψὼν

5. *Grabe Spicileg. I. pag.* 28. *convertit*, Indigeo tui. *Cf. Matth.* 3, 14.

bae specie descendentis et intrantis in sese. Et vox reddita de coelo dicens, Tu es filius meus dilectus, in te mihi complacui. Et iterum, Ego hodie genui te. Statimque eo in loco lux ingens affulsit. Qua conspecta Ioannes sic eum alloquitur: Tu quis es, domine? Rursumque lapsa vox de coelo, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Ad haec Ioannes ad eius pedes accidens, Quaeso, inquit, domine, tu me ipse baptiza. At ille prohibebat eum dicens, Sine; ita enim decet nos implere omnia.

Vide quam sit eorum undequaque depravata doctrina, quam claudicantia, distortaque sint omnia, nec recti quicquam contineant. Cerinthus enim et Carpocrates eodem Matthaei, ut quidem volunt, evangelio freti, ex eius initio Christique genealogia probare nituntur Christum e Iosephi et Mariae semine esse procreatum. Illi contra aliud omnino statuunt. Nam omni illa genealogia amputata inde unde diximus initium deducunt: *Factum est in diebus Herodis regis Iudaeae, sub principe sacerdotum Caipha, ut veniret quidam Ioannes nomine baptizans baptismo poenitentiae in Iordane fluvio,* etc. Quandoquidem Iesum ut diximus merum hominem extitisse putant, in eoque resedisse Christum, qui columbae specie sit illapsus, cum eoque coniunctus; id quod aliis insuper haeresibus placuisse reperio. Ita Iesum ipsum esse Christum ex utriusque parentis semine prognatum. Rursum vero non hominem esse Christum ex hoc eius responso colligunt, quod, cum renuntiatum esset: *Ecce mater tua et fratres tui foris stant,* hunc in modum reddidit: *Quae est mater mea, et fratres mei? et extendens manum in discipulos dixit, Hi sunt fratres mei et mater mea, qui faciunt voluntatem patris mei.* Hinc ille praestigiis instructus Ebion varias se in larvas atque effigies deformat, ut ex iis quae initio dicta sunt tetrum et horribile quoddam esse monstrum appareat. Cap. XIV. Matth. 12, 47.

Sunt et alii libri quibus utuntur, velut Petri Circuitus a Clemente conscripti, quo in libro paucis veris relictis cetera supposuerunt; quemadmodum Clemens ipse omnibus illos modis redarguit iis epistolis circularibus quae ab eo scriptae in sacrosanctis ecclesiis leguntur. Ex quibus constat longe ab iis quae in Circuitibus illis sub eius nomine adulterina extant illius fidem ac sermonem abhorruisse. Etenim virginitatem Clemens edocuit; isti repudiant. Ille Eliam Davidem et Sampsonem omnesque prophetas commendat, Ebio- Cap. XV.

Cap. XV. — 1. *Cf. Grabe Spicileg. I. pag.* 263.

καὶ πάντας τοὺς προφήτας, οὓς οὗτοι βδελύττονται. Ἐν ταῖς οὖν Περιόδοις τὸ πᾶν εἰς ἑαυτοὺς μετήνεγκαν καταψευσάμενοι Πέτρου κατὰ πολλοὺς τρόπους, ὡς αὐτοῦ καθ' ἡμέραν βαπτιζομένου ἁγνισμοῦ ἕνεκεν, καθάπερ καὶ οὗτοι, ἐμψύχων τε τὸν αὐτὸν ἀπέχεσθαι καὶ κρεῶν, ὡς καὶ οὗτοι, καὶ πάσης ἄλλης ἐδωδῆς τῆς ἀπὸ σαρκῶν πεποιημένης λέγουσιν, ἐπειδήπερ καὶ αὐτὸς Ἐβίων καὶ Ἐβιωνῖται παντελῶς ἀπέχονται τούτων. Ὅταν δὲ ἐρωτήσῃς ἕνα τῶν αὐτῶν, τίνος ἕνεκεν ἐμψύχων οὐ μεταλαμβάνουσι, μὴ ἔχοντές τι διηγήσασθαι ἀποκρίνονται ἀσυνέτως, καὶ λέγουσι, Διὰ τὸ ἐκ συνουσίας καὶ μίξεως σωμάτων εἶναι αὐτὰ οὐ μεταλαμβάνομεν, ὡς εἶναι αὐτοὺς ὅλους τοὺς ἀπὸ ἐπιμιξίας ἀνδρός τε καὶ γυναικὸς βδελυκτοὺς, καὶ τὰ ὑπὸ τοῦ στόματος αὐτῶν ληρωδῶς ἐξεμεθέντα.

Κεφ. ις'. Βάπτισμα δὲ καὶ αὐτοὶ λαμβάνουσι χωρὶς ὧν καθ' ἡμέραν βαπτίζονται. Μυστήρια δὲ δῆθεν τελοῦσι κατὰ μίμησιν τῶν ἁγίων ἐν τῇ
pag. 140. ἐκκλησίᾳ ἀπὸ ἐνιαυτοῦ εἰς ἐνιαυτὸν διὰ ἀζύμων, καὶ τὸ ἄλλο μέρος τοῦ μυστηρίου δι' ὕδατος μόνου. Δύο δέ τινας, ὡς ἔφην, συνιστῶσιν ἐκ θεοῦ τεταγμένους, ἕνα μὲν τὸν Χριστὸν, ἕνα δὲ τὸν διάβολον. Καὶ τὸν μὲν Χριστὸν λέγουσι τοῦ μέλλοντος αἰῶνος εἰληφέναι τὸν κλῆρον, τὸν δὲ διάβολον τοῦτον πεπιστεῦθαι τὸν αἰῶνα, ἐκ προσταγῆς δῆθεν τοῦ παντοκράτορος κατὰ αἴτησιν ἑκατέρων αὐτῶν. Καὶ τούτου ἕνεκα Ἰησοῦν γεγεννημένον ἐκ σπέρματος ἀνδρὸς λέγουσι, καὶ ἐπιλεχθέντα, καὶ οὕτω κατὰ ἐκλογὴν υἱὸν θεοῦ κληθέντα, ἀπὸ τοῦ ἄνωθεν εἰς αὐτὸν ἥκοντος Χριστοῦ ἐν εἴδει περιστερᾶς. Οὐ φάσκουσι δὲ ἐκ θεοῦ πατρὸς αὐτὸν γεγεννῆσθαι, ἀλλὰ ἐκτίσθαι, ὡς ἕνα τῶν ἀρχαγγέλων, μείζονα δὲ αὐτῶν [1] ὄντα, αὐτὸν δὲ κυριεύειν καὶ ἀγγέλων καὶ πάντων ὑπὸ τοῦ παντοκράτορος πεποιημένων, καὶ ἐλθόντα, καὶ ὑφηγησάμενον ὡς τὸ παρ' αὐτοῖς εὐαγγέλιον καλούμενον περιέχει, ὅτι, Ἦλθον καταλῦσαι τὰς θυσίας, καὶ ἐὰν μὴ παύσησθε τοῦ θύειν, οὐ παύσεται ἀφ' [2] ὑμῶν ἡ ὀργή. Καὶ ταῦτα καὶ τοιαῦτά τινά ἐστι τὰ παρ' αὐτοῖς [3] ἐπιτηδεύματα. Πράξεις δὲ ἄλλας καλοῦσιν Ἀποστόλων εἶναι, ἐν αἷς [4] πολλὰ τῆς ἀσεβείας αὐτῶν ἔμπλεα, [5] ἔνθεν οὐ παρέργως κατὰ τῆς ἀληθείας ἑαυτοὺς ὥπλισαν. Ἀναβαθμοὺς γάρ τινας καὶ ὑφηγήσεις δῆθεν ἐν τοῖς Ἀναβαθμοῖς Ἰακώβου ὑποτίθενται, ὡς ἐξηγουμένου κατά τε τοῦ ναοῦ καὶ τῶν θυσιῶν, κατά τε τοῦ πυρὸς τοῦ ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ, καὶ ἄλλα πολλὰ κενοφωνίας ἔμπλεα, ὡς καὶ τοῦ Παύλου ἐνταῦθα κατηγοροῦντες οὐκ αἰσχύνονται ἐπιπλάστοις τισὶ τῆς τῶν ψευδαποστόλων αὐτῶν κακουργίας καὶ πλάνης λόγοις πεποιημένοις. Ταρσέα μὲν αὐτὸν, ὡς αὐτὸς ὁμολογεῖ καὶ οὐκ ἀρνεῖται, λέγον-

Cap XVI. — 1. ὄντα καὶ ἔτη (sic) 2. ἡμῶν invenio in ed. Petau. exara-
περισσοτέρως, αὐτὸν cett. habet cod. Vatic. tum.

nitae detestantur. Quare in Circuitibus istis suum ad institutum accommodarunt omnia, ac de Petro plurima mendacia confinxerunt. Cuiusmodi est inter cetera, quotidie illum castimoniae caussa lavisse, quod isti facere consueverunt. Tum ab animatis omnibus et carnibus, reliquoque omni quod carne constet abstinuisse, quoniam ab iis tam Ebion olim quam hodie Ebionitae omnes abhorrent. Cumque aliquem ex illis interrogaveris cur tandem ab animatis sese contineat, aliud nihil praeter hoc imperitum et insulsum excipiet, quod illa e corporum coitu concubituque gignantur, se idcirco non vesci. Ex quo illud consequens est, hos ipsos qui ex eodem viri feminaeque complexu nati sunt, abominandos esse, si vera sunt quae ex ore suo stulte ac ridicule vomuerunt.

Ceterum baptismo quoque praeter quotidianum illum initiantur, et ex Christianorum ecclesiaeque imitatione mysteria quaedam quotannis celebrant, in quibus panes azymos, et ad alteram mysterii partem meram aquam adhibent. Duos, ut iam dixi, a deo constitutos asserunt, Christum et diabolum. Quorum illi futuri, huic praesentis seculi potestas est commissa, idque adeo omnipotentis illius mandato ad cuiusque postulationem esse factum. Ob id Iesum ex virili semine productum affirmat, et electum, itaque dei filium appellatum ab eo Christum, qui in ipsum columbae figura de coelo delapsus est. Negant vero a deo illum esse patre genitum, sed tanquam unum ex archangelis creatum, et iis tamen maiorem qui et angelis, et universis quae sunt ab omnipotente condita dominetur, et in hunc orbem venit, atque hoc quod est in illorum evangelio docuerit. *Ego*, inquit, *ad abroganda sacrificia veni, et nisi sacrificare desieritis, dei in vos ira non cessabit.* Eiusmodi ergo illorum instituta sunt. Praeterea Apostolorum alios Actus circumferunt, in quibus plurima sunt impietatis illorum vestigia, eiusque potissimum auctoritate libri ad oppugnandam veritatem armantur. Quippe certos illic gradus, in iisque Iacobi narrationes quasdam explicant, quibus adversus templum et sacrificia, ignemque qui est in altari declamans inducitur. Accedunt et alia quamplurima longe stolidissima; ut vel Paulum ipsum illic accusare non erubuerint mendacissimis quibusdam sermonibus, quos falsorum ex illo grege apostolorum error atque improbitas excogitavit. Siquidem Tarsensem illum nominant; id quod ipse non negat, imo palam profitetur. Ad- Cap. XVI.

3. δόλια ἐπιτηδεύματα *cod. Vatic.*
4. πολλῆς *cod. Vatic.*
5. *Cod. Rhedig. et editi habent* ἔνθεν τὰ οὐ *cett., sed auctoritate cod. Vatic. sustuli incommodum illud* τὰ.

τες ἐξ Ἑλλήνων δὲ αὐτὸν ὑποτίθενται, λαβόντες τὴν πρόφασιν ἐκ τοῦ τόπου διὰ τὸ φιλάληθες ὑπ' αὐτοῦ ῥηθὲν, ὅτι, Ταρσεύς εἰμι, οὐκ ἀσήμου πόλεως πολίτης. Εἶτα φάσκουσιν αὐτὸν εἶναι Ἕλληνα, [6] καὶ Ἑλληνίδος μητρὸς καὶ Ἕλληνος πατρὸς [7] παῖδα, ἀναβεβηκέναι δὲ εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ χρόνον ἐκεῖ μεμενηκέναι, ἐπιτεθυμηκέναι δὲ θυγατέρα τοῦ ἱερέως πρὸς γάμον ἀγαγέσθαι, καὶ τούτου ἕνεκα προσήλυτον γενέσθαι καὶ περιτμηθῆναι, εἶτα μὴ λαβόντα τὴν κόρην ὠργίσθαι, καὶ κατὰ ἐπιτομῆς γεγραφέναι, καὶ κατὰ σαββάτου καὶ νομοθεσίας.

Κεφ. ιζ. Ἀλλὰ κατὰ πάντα τρόπον συκοφαντεῖ ὁ δεινὸς ὄφις οὗτος καὶ pag. 141. πτωχὸς τῇ διανοίᾳ. Ἐβίων γὰρ ἔχει ἀπὸ Ἑβραϊκῆς εἰς Ἑλλάδα φωνὴν τὴν ἑρμηνείαν πτωχός. Πτωχὸς γὰρ ὡς ἀληθῶς καὶ τῇ διανοίᾳ καὶ τῇ ἐλπίδι καὶ τῷ ἔργῳ, Χριστὸν ἄνθρωπον ψιλὸν νομίσας, καὶ οὕτως ἐν πτωχείᾳ πίστεως τὴν ἐλπίδα περὶ αὐτοῦ κεκτημένος. Αὐτοὶ δὲ δῆθεν σεμνύνονται, ἑαυτοὺς φάσκοντες πτωχοὺς διὰ τὸ, φασὶν, ἐν χρόνοις τῶν ἀποστόλων πωλεῖν τὰ αὐτῶν ὑπάρχοντα, καὶ τιθέναι παρὰ τοὺς πόδας τῶν ἀποστόλων, καὶ εἰς πτωχείαν καὶ ἀποταξίαν μετεληλυθέναι. Καὶ διὰ τοῦτο καλεῖσθαι ὑπὸ πάντων φασὶ πτωχοί. Οὐδὲ τοῦτο δὲ ἀληθὲς παρ' αὐτοῖς, ἀλλὰ φύσει τῷ ὄντι Ἐβίων ἐκαλεῖτο, κατὰ προφητείαν, οἶμαι, ὁ πτωχὸς καὶ τάλας, τὸ ὄνομα ἐκ πατρὸς αὐτοῦ καὶ μητρὸς αὐτοῦ κεκληρωμένος. Πόσα δὲ ἄλλα δεινὰ καὶ παραπεποιημένα καὶ μοχθηρίας γέμοντα παρ' αὐτοῖς ἐπιτηδεύεται; Ὅταν γάρ τι ἐξ αὐτῶν ἢ νόσῳ περιπέσοι, ἢ ὑπὸ ἑρπετοῦ δηχθείη, κάτεισιν εἰς τὰ ὕδατα, καὶ ἐπικαλεῖται τὰς ἐπωνυμίας τὰς ἐν τῷ Ἠλξαῒ τοῦ τε οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, τοῦ τε ἁλὸς καὶ τοῦ ὕδατος, τῶν τε ἀνέμων καὶ ἀγγέλων τῆς δικαιοσύνης, φασὶ, καὶ τοῦ ἄρτου καὶ ἐλαίου, καὶ ἄρχεται λέγειν, Βοηθῆτέ μοι, καὶ ἀπαλλάξατε ἀπ' ἐμοῦ τὸ ἄλγημα. Ἤδη δέ μοι καὶ ἀνωτέρω προδεδήλωται, ὡς ταῦτα μὲν Ἐβίων οὐκ ᾔδει. Μετὰ καιρὸν δὲ οἱ σὺν αὐτῷ συναφθέντες τῷ Ἠλξαῒ, ἐσχήκασι μὲν τοῦ Ἐβίωνος τὴν περιτομὴν καὶ τὸ σάββατον καὶ τὰ ἔθη, τοῦ δὲ Ἠλξαῒ τὴν φαντασίαν ὥστε νομίζειν μὲν τὸν Χριστὸν εἶναί τι ἀνδροείκελον ἐκτύπωμα ἀόρατον ἀνθρώποις, μιλίων ἐνενηκονταὲξ τὸ μῆκος, δῆθεν σχοίνων εἰκοσιτεσσάρων, τὸ δὲ πλάτος σχοίνων ἕξ, μιλίων εἰκοσιτεσσάρων, τὸ πάχος δὲ κατὰ μέτρησιν ἄλλην τινά· ἀντικρὺ δὲ αὐτοῦ ἑστάναι καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐν εἴδει θηλείας ἀοράτως, καὶ τὸ αὐτὸ τοῦ αὐτοῦ μέτρου. Καὶ πόθεν, φησὶν, [1] ἔγνων τὰ μέτρα. Ἐπειδὴ, φησὶν, εἶδον ἀπὸ τῶν ὀρέων ὅτι αἱ κεφαλαὶ ἔφθανον αὐτῶν, καὶ τὸ μέτρον τοῦ ὄρους καταμαθὼν ἔγνων Χριστοῦ τε καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος τὰ μέτρα. Ἤδη δέ μοι περὶ τούτων εἴρηται ἐν τῇ

6. *Verba* καὶ Ἑλληνίδος μητρὸς, *quae desiderantur in edit. princ., uti etiam in cod. Rhedig., Petavius recepit ex cod. Vatic.*

7. παῖδα *desideratur in ed. princ. et in cod. Rhedig. Recepit Petavius ex cod. Vatic.*

dunt et a gentilibus oriundum esse, cuiusdam occasione loci, in quo ipse quod res erat ingenue proponit. *Tarsensis*, inquit, *ego sum, nec urbis obscurae civis*. Ex quo gentilem fuisse colligunt, et utro- Act. 21, 39.
que parente gentili procreatum, cumque Hierosolymam accessisset, et ibidem aliquamdiu mansisset, pontificis filiam ducere statuisse. Quare proselytum se fecisse, ac circumcisionem usurpasse. Postea quod ab eo coniugio excidisset, iratum adversus circumcisionem et sabbatum, legemque scripsisse.

Sed apertam calumniam struit callidus ille serpens animoque Cap. XVII.
mendicus. Ebion quippe Hebraica vox Graeca lingua mendicum sonat. Est autem haereticus iste revera mente, spe factisque mendicus, utpote qui Christum merum esse hominem existimet, in eoque spem cum quadam fidei mendicitate collocet. Atenim isti de ea re gloriantur, seque mendicos praedicant, quod apostolorum, in- Act. 4, 34.
quiunt, tempore mos esset bona sua distrahere, et ad illorum pedes abiicere. Itaque se illorum exemplo ad mendicitatem redigi, ac bonis omnibus abdicare, proindeque passim mendicos appellari. Sed hoc ab illis ex ingenio confictum est. Nam Ebioni proprium hoc erat nomen, non sine vaticinio tamen aliquo, quo mendicus infelixque fore significaretur, cum a parentibus id nominis accepisset. Quam vero alia multa et perperam affectata et scelerata ac nefaria eorum instituto geruntur! Quoties enim aliquis illorum in morbum incidit, aut a serpente morsus est, ad aquas descendit. Ibi appellationes omnes, quae Elxai complexus est, invocat, coeli videlicet ac terrae, salis et aquae, ventorum et angelorum, ut vocant, iustitiae, panis item et olei. Deinde solenne hoc carmen concipit: *Adeste mihi, et hunc a me dolorem depellite*. Iam hoc antea declaravimus, omnia haec Ebionem nesciisse, eiusque discipulos aliquanto post cum Elxai coalescentes ab Ebione circumcisionem ac sabbatum, aliosque ritus accepisse, ab Elxai vero somnium illud, ut Christum formam esse quandam humanae similem, neque hominibus aspectabilem esse fingerent, longitudine milium XCVI, qui sunt schoeni quatuor et viginti, latitudine schoenorum VI, hoc est milium XXIV, crassitudini denique aliam mensuram attribuunt. Prope ipsum vero stare spiritum sanctum muliebri figura, ita tamen ut videri nequeat, eiusdemque esse mensurae. Roges unde eas mensuras acceperint. E montibus, inquiunt, observatas habemus, quorum ad verticem illorum capita pertingebant, quare montium altitudinem dimensi Christi ac sancti spiritus magnitudinem comperimus. Verum de his in

Cap. XVII. — 1. ἔγνων *codd. Vatic. Rhedig. In ed. princ. est* ἄγνων. *Ceterum verterim:* Et unde acceperint eas mensuras dicit.

κατὰ Ὀσσαίων αἱρέσει. Ἐν παρεξόδῳ δὲ ταῦτα πεποίημαι νῦν, ἵνα μὴ τὰ παρ' ἑκάστῳ ἔθνει τε καὶ αἱρέσει ὄντα, εὑρισκόμενα δὲ καὶ παρ' ἑτέροις, νομισθείη κατὰ λήθην ὑφ' ἡμῶν εἰρῆσθαι.

Κεφ. ιη'. pag. 142. *Οὗτος μὲν οὖν ὁ Ἐβίων καὶ αὐτὸς ἐν τῇ Ἀσίᾳ [1] εἶχε τὸ κήρυγμα καὶ Ῥώμῃ, τὰς δὲ ῥίζας τῶν ἀκανθωδῶν παραφυάδων ἔχουσιν ἀπό τε τῆς [2] Ναβατέας καὶ Πανεάδος τὸ πλεῖστον, Μωαβίτιδός τε καὶ Κωχάβων τῆς ἐν τῇ Βασανίτιδι γῇ, ἐπέκεινα Ἀδραῶν, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ Κύπρῳ. Ἀναγκάζουσι δὲ καὶ παρ' ἡλικίαν ἐκγαμίζουσι τοὺς νέους, ἐξ ἐπιτροπῆς δῆθεν τῶν παρ' αὐτοῖς [3] διδασκάλων. Πρεσβυτέρους γὰρ οὗτοι ἔχουσι καὶ ἀρχισυναγώγους. Συναγωγὴν δὲ οὗτοι καλοῦσι τὴν ἑαυτῶν ἐκκλησίαν, καὶ οὐχὶ ἐκκλησίαν· τῷ Χριστῷ δὲ ὀνόματι μόνον σεμνύνονται. Καὶ οὐ μόνον ἑνί τινι γάμῳ τὰς συναφείας [4] ποιεῖσθαι, ἀλλ' εἰ καὶ θελήσειέ τις τοῦ πρώτου γάμου διαζεύγνυσθαι, ἑτέρῳ δὲ συνάπτεσθαι, ἐπιτρέπουσιν ἄχρι καὶ δευτέρου καὶ τρίτου [5] καὶ ἑβδόμου γάμου. Πάντα γὰρ παρ' αὐτοῖς ἀδεῶς πράττεται. Ἀβραὰμ δὲ ὁμολογοῦσι καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ, Μωϋσῆν τε καὶ Ἀαρὼν, Ἰησοῦν τε τὸν τοῦ Ναυῆ, ἁπλῶς διαδεξάμενον Μωϋσέα, οὐδὲν δὲ ὄντα. Μετὰ τούτους δὲ οὐκέτι ὁμολογοῦσί τινα τῶν προφητῶν, ἀλλὰ καὶ ἀναθεματίζουσι καὶ χλευάζουσι Δαβίδ τε καὶ τὸν Σολομῶνα, ὁμοίως δὲ τοὺς περὶ Ἡσαΐαν καὶ Ἱερεμίαν καὶ Δανιὴλ καὶ Ἰεζεκιήλ· Ἠλίαν τε καὶ Ἐλισσαῖον ἀθετοῦσιν. Οὐ γὰρ συντίθενται, βλασφημοῦντες τὰς αὐτῶν προφητείας. Ἀλλὰ μόνον τὸ εὐαγγέλιον δέχονται, τὸν δὲ Χριστὸν προφήτην λέγουσι τῆς ἀληθείας, καὶ Χριστὸν υἱὸν θεοῦ κατὰ προκοπὴν καὶ κατὰ συνάφειαν ἀναγωγῆς τῆς ἄνωθεν πρὸς αὐτὸν γεγενημένης. Τοὺς δὲ προφήτας λέγουσι συνέσεως εἶναι προφήτας, καὶ οὐκ ἀληθείας. Αὐτὸν δὲ μόνον θέλουσιν εἶναι προφήτην καὶ ἄνθρωπον, καὶ υἱὸν θεοῦ, καὶ Χριστὸν, καὶ ψιλὸν ἄνθρωπον, ὡς προείπομεν, διὰ δὲ ἀρετὴν βίου ἥκοντα εἰς τὸ καλεῖσθαι υἱὸν θεοῦ. Οὔτε γὰρ δέχονται τὴν Πεντάτευχον Μωϋσέως ὅλην, ἀλλά τινα ῥήματα ἀποβάλλουσιν. Ὅταν δὲ αὐτοῖς εἴπῃς περὶ ἐμψύχων βρώσεως, πῶς οὖν Ἀβραὰμ παρέθετο τοῖς ἀγγέλοις τὸν μόσχον καὶ τὸ γάλα, ἢ πῶς ἔφαγε Νῶε, καὶ ἤκουσεν ἀπὸ θεοῦ λέγοντος, Θῦσον καὶ φάγε, πῶς δὲ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ ἔθυσαν τῷ θεῷ, ὁμοίως δὲ καὶ Μωϋσῆς ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἐκείνοις μὲν ἀπιστεῖ, καί φησι, Τίς χρεία με ἀναγινώσκειν τὰ*
pag. 143. *ἐν τῷ νόμῳ, ἐλθόντος τοῦ εὐαγγελίου; Πόθεν σοι τοίνυν τὰ περὶ Μωϋσέως καὶ Ἀβραὰμ εἰδέναι; Οἶδα γὰρ ὡς ὁμολογεῖτε αὐτοὺς εἶναι*

Cap. XVIII. — 1. *In exemplari Petaviano vitium occurrit* τὸ εἶχε.

2. *Sic libri editi et cod. Rhedig. At reponendum est* Βατανέας. *Cf. annot. Petavii ad h. l.*

3. *Ita omnes libri praeter edit. Petavii, in qua vitiose extat* διδασκαλίων.

4. πεποιεῖσθαι *habet edit. princ., id est* πεποιῆσθαι, *quod non displicet.*

5. *Verba* καὶ ἑβδόμου *debentur aucto-*

Ossaeorum haeresi iam ante disputavimus. Et nunc obiter ea perstrinximus, ne quod penes unamquamque nationem ac sectam reperitur, id si in aliis quoque cerneretur, alieno loco per oblivionem commemoratum putares.

Ergo Ebion tametsi in Asia ac Romae errorem suum disseminaverit, nihilominus spinosorum suorum germinum stolonumque radices ex Nabathaea atque Paneade potissimum trahit, nec non et Moabitide Cochabisque, quod Basanitidis oppidum est trans Adraos, et in insula Cypro. Est hoc illis insuper in more positum, ut adolescentulos citra maturam aetatem ad nuptias compellant, idque adeo a magistris potestate facta. Habent enim presbyteros suos ac synagogae principes. Nam synagogam conventus suos non ecclesiam nominant, ac Christi solum nomen prae se ferunt. Neque vero unis duntaxat nuptiis affinitates inter se coniungunt, sed si cui divortium facere libuerit, ac novum inire matrimonium, ad tertias et septimas usque nuptias permittunt. Quidvis enim apud illos agere conceditur. Porro Abraamum et Isaacum ac Iacobum, et Moysen, atque Aaronem admittunt, una cum Iesu, qui Moysis duntaxat successor, neque quicquam amplius fuerit. Secundum hos nullum alium ex prophetis adsciscunt, sed cum execratione proscribunt ac derident, puta Davidem et Salomonem atque Isaiam, Hieremiam, Danielem, Ezechielem, quibuscum Eliam atque Elisaeum repudiant. Neque enim illorum vaticiniis assentiuntur, sed iis maledicentissime detrahunt; sed neque aliud praeter evangelium recipiunt. Quod ad Christum spectat, veritatis hunc esse prophetam sentiunt, et Christum dei filium progressione quadam virtutis et coniunctione cum deo factum, quatenus ad sublimia coelestiaque provectus est. Prophetas vero non veritatis, sed intelligentiae esse prophetas arbitrantur. Proinde Iesum solum prophetam et hominem, deique filium esse, licet merus homo sit, ut iam diximus. Qui ob egregiam virtutem dei filius appellari meruerit. Neque vero Moysis Pentateuchum integram admittunt, sed quaedam verba circumscribunt. Quod si de esu animatorum illud obiicias, cur Abraamus vitulum cum lacte angelis adposuerit, aut cur Noëmus illa comederit, et divinitus responsum acceperit: *Macta et manduca:* quidve insuper Isaacus et Iacobus ac Moyses similiter in solitudine sacrificaverint, negat Ebionita se illis credere, et, quid mea refert, inquiunt, ubi semel evangelium allatum est, quae in lege continentur evolvere? Undenam igitur tenes quae ad Moysen Abraamumque pertinent? Novi enim a Cap. XVIII.

ritati cod. Vatic., unde ea recepit Petavius. In edit. princ. et cod. Rhedig. absunt.

δικαίους, καὶ πατέρας ἑαυτῶν ἐπιγράφεσθε. Εἶτα ἀποκρίνεται καὶ λέγει ὅτι, Χριστός μοι ἀπεκάλυψε, καὶ βλασφημεῖ τὰ πλείω τῆς νομοθεσίας, καὶ τοὺς περὶ Σαμψὼν καὶ Δαβὶδ καὶ Ἠλίαν καὶ Σαμουὴλ καὶ Ἐλισσαῖον καὶ τοὺς ἄλλους.

Κεφ. ιθ'. *Ἐλέγχεται δὲ πανταχόθεν ὁ ἀγύρτης ὑπὸ τοῦ σωτῆρος διαῤῥήδην, καὶ ὡς ἐν συντόμῳ ἀπὸ μιᾶς λέξεως τὸ πᾶν αὐτοῦ ἐλέγχοντος τῆς ἀπατηλῆς διδασκαλίας, καὶ λέγοντος, Ἦλθεν Ἰωάννης ἐν ὁδῷ δικαιοσύνης μήτε ἐσθίων μήτε πίνων, καὶ λέγουσι, Δαιμόνιον ἔχει· ἦλθεν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐσθίων καὶ πίνων. Καὶ οὐ πάντως ὅτι κἂν τὸ τυχὸν οὐκ ἤσθιεν ὁ Ἰωάννης, ἢ πᾶν ὁτιοῦν ἤσθιεν ὁ σωτὴρ, ἵνα τις ὑπολάβοι καὶ τὰ ἀπηγορευμένα. Ἡ γραφὴ δὲ τὴν ἔμφασιν δηλοῖ τῆς ἀληθείας, ὡς τὸ φάγον αὐτὸν εἶναι καὶ οἰνοπότην οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἢ τὸ [1] κρέα ἐσθίειν καὶ οἶνον πίνειν, καὶ τὸ μὴ ἐσθίων μήτε πίνων, ὅτι κρεῶν οὐ μετείληφε καὶ οἴνου, ἀλλ' ἢ ἀκρίδων μόνων ὁ Ἰωάννης καὶ μέλιτος μετελάμβανε, δῆλον δὲ ὡς καὶ ὕδατος. Τίς δὲ οὐκ οἶδε τὸν σωτῆρα ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν καὶ φαγόντα; καθάπερ ἔχει τὰ ἅγια εὐαγγέλια τῆς ἀληθείας, ὅτι, Ἐπεδόθη αὐτῷ ἄρτος καὶ μέρος ὀπτοῦ ἰχθύος, καὶ λαβὼν ἔφαγε, καὶ ἔδωκε τοῖς μαθηταῖς. Ὡς καὶ ἐπὶ τῆς θαλάσσης τῆς Τιβεριάδος πεποίηκε, καὶ φαγὼν καὶ διαδούς. Καὶ πολλά ἐστι περὶ τούτου λέγειν· δεῖ δέ με κατὰ λεπτότητα εἰς τὸν τούτων τῶν ῥημάτων τῶν ἑώλων τε καὶ σαθρῶν παρ' αὐτοῖς κηρυττομένων ἥκειν ἔλεγχον, καὶ τὴν αὐτῶν ποιεῖσθαι ἀνατροπήν.*

Κεφ. κ'. *Καὶ πρῶτον μὲν περὶ τοῦ Χριστοῦ, ὅτι οὐ ψιλὸς ἄνθρωπος, ῥητέον. Οὐ δύναται γὰρ ὁ γεννηθεὶς κατὰ πάντα ἄνθρωπος σημείου ἕνεκα τῷ κόσμῳ δοθήσεσθαι· ὡς περὶ αὐτοῦ προεθέσπιζε τὸ ἅγιον πνεῦμα, ὅτε τῷ Ἄχαζ ἔλεγεν, Αἴτησαι σεαυτῷ σημεῖον. Κἀκείνου μὴ αἰτήσαντος, τότε φησὶν ὁ προφήτης, Αὐτὸς κύριος δώσει ὑμῖν σημεῖον. Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει. Παρθένος δὲ οὐ καλεῖται ἡ συναφθεῖσα ἀνδρὶ καὶ γαμηθεῖσα γυνή· παρθένος δὲ ἐκείνη κυρίως λέγοιτ' ἂν, ἡ ἄνευ ἀνδρὸς τὴν σύλληψιν τοῦ θεοῦ λόγου κατὰ ἀλή-*
pag. 144. *θειαν ἐσχηκυῖα. Ὡς καὶ αὐτὸς Ἡσαΐας ἐν ἄλλῳ τόπῳ φησὶ, Φωνὴ κραυγῆς ἐκ πόλεως, φωνὴ ἐκ ναοῦ, φωνὴ κυρίου ἀνταποδόσεως, ἀνταποδιδόντος τοῖς ἀντικειμένοις, πρὶν ἢ τὴν ὠδίνουσαν τεκεῖν, πρὶν ἢ ἐλθεῖν τὸν πόνον τῶν ὠδίνων, ἐξέφυγε καὶ ἔτεκεν ἄρσεν· τίς ἤκουσε τοιοῦτον; ἢ τίς ἑώρακε τοιαῦτα; εἰ ὤδινε γῆ ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ, καὶ ἔτεκεν ἔθνος εἰς ἅπαξ; ὅτι ὤδινε καὶ ἔτεκε Σιὼν τὰ παιδία αὐτῆς· ἐγὼ δὲ ἔδωκα τὴν προςδοκίαν ταύτην, καὶ οὐκ ἐμνήσθησαν, λέγει κύριος. Ποία δὲ προςδοκία, καὶ ποῖα παιδία; ἀλλ' ἢ τὸ παρθένον γεννῆσαι ἄνευ ὠδίνων, ὅπερ οὐδαμοῦ [1] γεγένηται, καὶ τὸ τὸν δι' αὐτὸν ἀπὸ*

Cap. XIX. — 1. κρέας *cod. Vatic.* κρέα *tenet praeter editos libros etiam cod. Rhedig.*

Cap. XX. — 1. γεγέννηται *habent cod. Rhedig. et ed. princ. — Cornarius convertit:* — id quod nusquam factum est, et propter ipsum ab Eelizabeth iuxta promissionem genitum esse filium

vobis iustos illos praedicari, iisque vos parentibus gloriari. Ad haec ita respondent, sibi id a Christo patefactum. Ergo bonam legis partem contumeliose traducunt, et Sampsonem ac Davidem, Eliam, Elizaeum ceterosque respuunt.

Sed a Christo domino penitus impostor ille manifesteque refellitur, qui depravatam omnem eius doctrinam paucis verbis redarguit, cum ita loquitur: *Venit Ioannes in via iustitiae non manducans, neque bibens, et dicunt, Daemonium habet; venit filius hominis manducans et bibens.* Quod perinde non est accipiendum ac si Ioannes nulla omnino re, Christus omnibus promiscue, adeoque prohibitis vesceretur. Sed scriptura vim veritatis expressit, ut non manducans et bibens idem sit ac Ioannem carnibus vinoque non usum nihil praeter locustas ac mel edisse, ut aquam interim adhibuisse credatur. Ecquis nescit Christum dominum excitatum a mortuis comedisse? quemadmodum veritatis evangelia continent, *Oblatum ei panem ac piscis assi particulam, de quibus cum manducasset apostolis suis reliquias impertiit.* Id quod ad Tiberiadis mare fecit, edit, inquam, ac distribuit. Qua de re plurima dicenda nobis occurrunt. Sed ad putidos illos absurdosque sermones, qui ab ipsis instituuntur, singillatim refellendos atque evertendos transferenda nobis est oratio.

Cap. XIX.

Matth. 11, 18.

Luc. 24, 42.

Ioann. 21.

Ac primum de Christo, non merum hominem esse demonstrabimus. Neque enim qui nihil omnino sit praeter hominem, signi instar exhiberi mundo potest; quod spiritus sanctus de Christo praedixit, cum ita Achazo locutus est: *Pete tibi signum:* illo vero petere detrectante, propheta subiecit, *Ipse dominus dabit vobis signum: ecce virgo concipiet.* Virginis porro nomine non ea mulier significatur quae nupserit, et cum viro coniuncta sit, sed ea demum proprie virgo dicitur quae divinum verbum in se absque ullo viri complexu genuerit. Quemadmodum Esaias alio in loco testatur: *Vox clamoris ex urbe, vox e templo, vox domini retributionis, retribuentis inimicis. Antequam parturiens pareret, antequam veniret dolor partus, effugit, et peperit masculum. Quis audivit unquam tale? et quis vidit huic simile? Numquid parturiit terra die una, et peperit gentem simul? quia parturivit et peperit Sion filios suos. Ego vero dedi hanc expectationem, et non recordati sunt, dicit dominus.* Quaenam igitur ea est expectatio? quinam hi filii, nisi quod citra parturiendi laborem virgo pepererit, quod nusquam antea contigerat? quodque

Cap. XX.

Esai. 66,

Ioannem? etiam si Ioannes per dolores partus genitus est. *Restituendum igitur putavit* γεγένηται, *quod etiam in ed. Petavii expressum video. Ego* γεγέννηται, καὶ τὸν δι' αὐτὸν *cett. repono et interpretor sic:* quam quod virgo citra partus dolorem pepererit quod nusquam partum est (*h. e. deum*), et Ioannem *cett.*

Ἐλισάβετ κατὰ ἐπαγγελίαν γεννηθέντα Ἰωάννην παῖδα, εἰ καὶ [2] ὁ Ἰωάννης δι' ὠδίνων γεγέννηται; Πῶς οὖν οὗτοι ἐκ σπέρματος ψιλὸν ἄνθρωπον ὁρίζονται τὸν σωτῆρα; πῶς δὲ οὐ γνωσθήσεται, ὡς καὶ Ἱερεμίας περὶ αὐτοῦ φησιν ὅτι, Ἄνθρωπός ἐστι, καὶ τίς γνώσεται αὐτόν; Διηγούμενος γὰρ ὁ προφήτης περὶ αὐτοῦ ἔλεγε, Τίς γνώσεται αὐτόν; Εἰ δὲ περὶ ψιλοῦ ἔλεγεν ἀνθρώπου, πάντως ἂν καὶ ὁ πατὴρ αὐτὸν ἐγίνωσκε, καὶ ἡ μήτηρ, συγγενεῖς τε καὶ γείτονες, σύσκηνοί τε καὶ συμπολῖται. Ἀλλ' ἐπειδὴ ἐκ Μαρίας μέν ἐστι τὸ γέννημα, ἄνωθεν δὲ ἦλθεν ὁ θεὸς λόγος, οὐκ ἀπὸ σπέρματος ἀνδρὸς, ἀλλ' ἐκ πατρὸς μὲν, ἄνωθεν γεννηθεὶς ἐν ἀληθείᾳ ἀχρόνως καὶ ἀνάρχως, ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν εὐδοκήσας ἐν μήτρᾳ γενέσθαι παρθένου, καὶ ἐξ αὐτῆς ἀναπλάσαι εἰς ἑαυτὸν τὴν σάρκα, διὰ τοῦτό φησι, Καὶ ἄνθρωπος μέν ἐστι, τίς δὲ γνώσεται αὐτόν; ὅτι θεὸς ἄνωθεν ἦλθεν, ὁ μονογενὴς θεὸς λόγος. Πολλὴ δὲ ταλαιπωρία τῶν πεπλανημένων, τῶν καταλειψάντων μὲν προφητῶν μαρτυρίας καὶ ἀγγέλων, καὶ ἀνασχομένων Ἐβίωνος τοῦ πεπλανημένου, τοῦ τὴν ἑαυτοῦ ἡδονὴν βουλομένου πληροῦν, καὶ τὰ Ἰουδαϊκὰ μεταχειριζομένου, καὶ ἀπὸ Ἰουδαίων ἠλλοτριωμένου. Ὡς ὁ μὲν Γαβριὴλ, ὅτε τῇ παρθένῳ εὐηγγελίζετο, αὐτῆς λεγούσης, Πῶς ἔσται ταῦτα, ὅτι ἄνδρα οὐ γινώσκω; [3] τὸ ἀσφαλὲς ὑποτιθέμενος ἔφη, Πνεῦμα κυρίου ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι. Διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἐκ σοῦ ἅγιον κληθήσεται Υἱὸς θεοῦ. Ἐν τῷ γὰρ εἰπεῖν, Τὸ γεννώμενον, ἔδειξε μὲν τὴν σάρκα ἀπ' αὐτῆς, καὶ τὴν ἄλλην ἐνανθρώπησιν, ἄνωθεν δὲ ἀπ' οὐρανῶν τὴν δύναμιν τοῦ ὑψίστου, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐπισκιάσαι τῇ ἁγίᾳ παρθένῳ, καὶ ἄνωθεν καταβεβηκέναι τὸν μονογενῆ [4] θεοῦ θεὸν λόγον, καὶ ὡς ἐνηνθρώπησε, καὶ ὡς ἀπ' αὐτῆς ἐν ἀληθείᾳ ἐγεννήθη. Πόσα δὲ ἄλλα ἐστὶ τοιαῦτα; Εἴωθα δὲ, ὡς ὑπεσχόμην, μὴ διὰ πλάτους φέρεσθαι, ἵνα μὴ εἰς ὄγκον πολὺν ἀγάγω τὴν πραγματείαν.

pag. 145.

Κεφ. κα'. *Περὶ δὲ τῶν ἄλλων ἑξῆς διηγήσομαι ὧν τε κατὰ Πέτρου καὶ τῶν ἄλλων ἀποστόλων καταψεύδονται. Ὅτι, φησὶν, ὁ Πέτρος καθ' ἑκάστην ἡμέραν βαπτισμοῖς ἐκέχρητο, πρὶν ἢ καὶ ἄρτου αὐτὸν μεταλαμβάνειν. Καὶ ὅρα τὸ αὐτῶν συκοφάντημα, καὶ τὸ [1] ὕπουλον τῆς ἀγυρτώδους αὐτῶν διδασκαλίας. Ἀπὸ τοῦ γὰρ αὐτοὺς μεμιάνθαι καὶ λαγνεστέρως πολλάκις πολλὰ πράττειν ἐπὶ τῆς γῆς εἰς πεισμονὴν τῆς ἑαυτῶν πληροφορίας τῷ ὕδατι δαψιλῶς χρῶνται, ἵνα δῆθεν ἑαυτοὺς ἀπατήσωσι, διὰ βαπτισμῶν ἔχειν τὴν κάθαρσιν νομίζοντες. Καὶ ταῦτα εἰς τοὺς ἀποστόλους ἐμπαροινεῖν οὐκ αἰσχύνονται, καί τοι τοῦ κυρίου*

2. *Articulum reposui ex cod. Vatic.*
3. τὸ *ante* ἀσφαλὲς *Petavius adiecit de cod. Vatic. Abest a cod. Rhedig. et edit. princ.*

is qui illius est caussa productus Ioannes ex divina promissione Elizabetha prognatus sit, licet illum antequam pareret mater parturierit? Quanam ergo fronte nudum hominem fuisse salvatorem audent asserere? Quod si verum esset, nonne cognitione comprehendi posset, contra quam de eo Hieremias testetur? *Homo*, inquit, *est*, *et* Hier. 17, 9.
quis cognoscet ipsum? Etenim de eo loquens propheta istud usurpat: *Quis cognoscet ipsum?* Atqui simplicem si hominem intelligat, omnino vel eum pater ipse, vel mater cognatique omnes, ac vicini, tum contubernales ac cives cognoscerent. Iam vero quoniam ita Mariae ille fetus extitit, idem ut dei verbum e coelo prodierit, neque virili de semine, sed coelesti patre genitus, sine tempore initioque ullo, postremis temporibus in uterum insinuare se virginis, formatamque ex ea carnem induere voluit, propterea, *Homo quidem est*, ait, *sed quis cognoscet ipsum;* quandoquidem deus e coelo descendit, unigena filius, ac deus verbum. Sed incredibilis quaedam est aberrantium a veritate istorum infelicitas qui prophetarum, angelorumque testimoniis relictis ad haereticum Ebionem adhaerescere maluerunt, qui ex animi sui libidine Iudaica instituta complexus sese tamen a Iudaeis abalienavit. Quippe Gabriel cum nuntium suum ad virginem perferret, occurrente illa, *Quomodo fiet istud*, *quoniam virum non cognosco*, quo securitati consuleret adiecit, *Spiritus domini superve-* Luc. 1, 35.
niet in te, *et virtus altissimi obumbrabit te*, *ideoque et quod nascetur ex te sanctum*, *vocabitur filius dei*. Ubi per haec verba, *Quod nascetur*, ab ipsa carnem, et quicquid ad humanam naturam attinet duxisse significat, tum virtutem altissimi, ac spiritum sanctum e coelo sanctam virginem obumbrasse, unigenamque dei filium ac deum verbum in terras delapsum hominem esse factum, ac de beata virgine revera procreatum. Quam multa sunt istiusmodi testimonia! Ego vero quemadmodum pollicitus sum, ne longior hoc in opere esse cogar, latius evagari non soleo.

Venio nunc ad ea quae de Petro ac ceteris apostolis men- Cap. XXI.
tiuntur. *Petrus*, inquiunt, *lavabat quotidie*, *priusquam cibum sumeret*. In quo circulatorum eiusmodi incredibilem calumniam, ac vaferrimum in ea tradenda disciplina consilium intuere. Etenim quod inquinantur saepius ac per lasciviam pleraque in vita peccant, quo sibi certam spem ac fiduciam concilient, aqua largius utuntur, ut seipsos decipiant, dum repetitis hisce lavationibus puros se esse posse confidunt. Atque haec per summam contumeliam in apostolos

4. *Vocem* θεοῦ *non habet cod. Vatic. et ed. Petav.*
Cap. XXI. — 1. ὕπουλον *cod. Vatic.* ὑποῦλον *cod. Rhedig. et ed. princ.*

ἐλέγχοντος αὐτῶν τὴν κακοτροπίαν, ἐν τῷ τὸν Πέτρον εἰρηκέναι, ὅτε ἦλθε τοὺς πόδας αὐτοῦ νίψαι ὅτι, Οὐ μὴ νίψῃς τοὺς πόδας μου εἰς τὸν αἰῶνα· καὶ τὴν ἀνθυποφορὰν ὑπὸ τοῦ σωτῆρος ἐξιέναι ὅτι, Ἐὰν μὴ νίψω σου τοὺς πόδας, οὐκ ἔχεις μέρος μετ' ἐμοῦ· κἀκείνου πάλιν ἀνταποκρινομένου ὅτι, Οὐ μόνον τοὺς πόδας, ἀλλὰ καὶ τὴν κεφαλὴν, φησὶν ὁ κύριος, ὅτι ὁ λουσάμενος ἅπαξ οὐ χρείαν ἔχει τὴν κεφαλὴν, εἰ μὴ τοὺς πόδας μόνον· ἔστι γὰρ καθαρὸς ὅλος. Ἔδειξεν οὖν ὅτι οὐ χρὴ βαπτισμοῖς χρῆσθαι, καὶ ἔθεσιν ἀνωφελέσι, καὶ ἐντάλμασιν ἀνθρώπων, καὶ διδασκαλίαις, ὡς καὶ ἐν ἑτέρῳ εὐαγγελίῳ συνῳδὰ τῷ προφήτῃ [2] λέγει, Ὁ λαὸς οὗτος τοῖς χείλεσί με τιμᾷ, ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόρρω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ· μάτην δὲ σέβονταί με, διδάσκοντες διδασκαλίας, ἐντάλματα ἀνθρώπων. Ἐπεὶ κατὰ ποίαν αἰτίαν ἐμέμφετο τοὺς Φαρισαίους καὶ Γραμματεῖς τοὺς βαπτισμοῖς χρωμένους ξεστῶν καὶ ποτηρίων καὶ τῶν ἄλλων, καὶ πυγμῇ τὰς χεῖρας νιπτομένους, καὶ τελείως ἀποφαίνεται ὅτι τὸ ἀνίπτοις χερσὶν ἐσθίειν οὐ κοινοῖ τὸν ἄν-
pag. 146. θρωπον; ὥστε οὐ μόνον τὸ βαπτίζεσθαι τούτων ἀνέτρεψεν, ἀλλὰ καὶ τὸ νίψαι χεῖρας περιττὸν εἶναι ἔδειξε, καὶ τῷ βουλομένῳ τὰς χεῖρας νίπτεσθαι μὴ εἶναι βλάβην.

Κεφ. κβ'. Πῶς δὲ περὶ κρεωφαγίας οὐκ εὐθὺς ἡ αὐτῶν ἄνοια ἐλεγχθήσεται; πρῶτον μὲν τοῦ κυρίου ἐσθίοντος τὸ πάσχα τῶν Ἰουδαίων. Πάσχα δὲ τῶν Ἰουδαίων πρόβατον ἦν καὶ ἄζυμα, κρέα προβάτου ὀπτὰ πυρὶ ἐσθιόμενα, ὡς καὶ οἱ μαθηταὶ [1] αὐτῷ λέγουσι, Ποῦ θέλεις ἑτοιμάσομέν σοι φαγεῖν τὸ πάσχα; καὶ αὐτὸς ὁ κύριος λέγει, Ἀπέλθετε εἰς τὴν πόλιν, καὶ εὑρήσετε ἄνθρωπον βαστάζοντα κεράμιον ὕδατος, καὶ ἀκολουθήσατε αὐτῷ ὅπου ὑπάγει, καὶ εἴπατε τῷ οἰκοδεσπότῃ, Ποῦ ἐστι τὸ κατάλυμα, ὅπου ποιήσω τὸ πάσχα μετὰ τῶν μαθητῶν μου; καὶ δείξει ὑμῖν ὑπερῷον ἐστρωμένον, ἐκεῖ ἑτοιμάσατε. Πάλιν δὲ αὐτὸς ὁ κύριος λέγει, Ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα τοῦτο τὸ πάσχα φαγεῖν μεθ' ὑμῶν. Καὶ οὐκ εἶπεν ἁπλῶς Πάσχα, ἀλλὰ Τοῦτο τὸ πάσχα, ἵνα μή τις μεθοδεύσῃ εἰς τὴν ἑαυτοῦ ὑπόνοιαν. Πάσχα δὲ ἦν, ὡς εἶπον, κρέα ὀπτὰ πυρὶ, καὶ τὰ ἄλλα. Αὐτοὶ δὲ ἀφανίσαντες ἀφ' ἑαυτῶν τὴν τῆς ἀληθείας ἀκολουθίαν ἤλλαξαν τὸ ῥητὸν, ὅπερ ἐστὶ πᾶσι φανερὸν ἐκ τῶν συνεζευγμένων λέξεων, καὶ ἐποίησαν τοὺς μαθητὰς μὲν λέγοντας, Ποῦ θέλεις ἑτοιμάσομέν σοι τὸ πάσχα φαγεῖν; καὶ αὐτὸν δῆθεν λέγοντα, Μὴ [2] ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα [3] κρέας τοῦτο τὸ πάσχα φαγεῖν μεθ' ὑμῶν; Πόθεν δὲ οὐ φωραθήσεται ἡ αὐτῶν ῥᾳδιουργία, τῆς ἀκολουθίας κραζούσης, ὅτι τὸ μῦ καὶ τὸ ἦτά ἐστι προσθετά. Ἀντὶ τοῦ γὰρ εἰπεῖν, Ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα, αὐτοὶ προσέθηκαν τὸ Μὴ ἐπίρρημα. Αὐτὸς δὲ ἀληθῶς ἔλεγεν, Ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα τοῦτο τὸ πά-

2. λέγει codd. Vatic. Rhedig. et. ed. Petav. ὃς λέγει edit. princ.

Cap. XXII. — 1. αὐτῷ reposui ex cod. Vatic. αὐτῶν habet ed. princ. αὐ-

transferre non erubescunt. Quamquam dominus illorum nequitiam manifeste redarguit, cum ad Petri lavandos pedes accedens eo dicente, *Non lavabis mihi pedes in aeternum*, subiecit illico, *Nisi lavero pedes tuos, non habebis partem mecum*. Ad quae Petro respondente, *Non solum pedes, sed et caput*, dominus adiecit, *Qui lotus est semel, non opus est, ut caput lavet, sed pedes duntaxat; est enim mundus totus*. Quibus verbis declaravit lavationibus eiusmodi ac supervacaneis ritibus, hominumque mandatis ac doctrinis uti nihil attinere. Cui quidem consentanea sunt quae a quodam propheta dicuntur: *Populus iste labiis me honorat, cor autem ipsorum longe est a me; frustra vero colunt me, docentes doctrinas, mandata hominum*. Quid est enim quod Pharisaeos ac scribas arguebat quod baptismos adhiberent urceorum et calicum, ac ceterorum id genus, et crebro manus abluerent? cum ita demum pronuntiat, *Illotis manibus manducare non inquinare hominem*. Quare non eorum modo lotiones damnavit, sed et manus abluere supervacaneum esse docuit, neque fraudi cuiquam esse, quod manus nolit eluere.

Ioann. 13, 6. Esai. 29, 13. Matth. 15, 8.

Cap. XXII.

Iam quod ad usum carnium spectat, nonne eorum statim amentia convincitur? Primum quod dominus Iudaeorum pascha comederit. Constabat autem pascha Iudaeorum agno, ac sine fermento subactis panibus. Agni porro carnibus vesci mos erat assatis igni, quod et apostoli ipsi testantur. *Ubi vis*, inquiunt, *paremus tibi comedere pascha?* Quibus dominus respondit, *Ite in civitatem, et invenietis hominem amphoram aquae portantem: sequimini eum quocumque ierit, et dicite patrifamilias, Ubi est diversorium, ubi pascha cum discipulis meis faciam? Et ostendet vobis coenaculum stratum, et ibi parate*. Iterumque dominus, *Desiderio*, ait, *desideravi hoc pascha manducare vobiscum*. Neque pascha simpliciter dixit, sed *hoc pascha*; ne quis dictum illud subdole ad opinionem suam accommodaret. Ac pascha illud carnes erant, uti diximus, igni tostae, cum aliis quibusdam. At illi veritatis serie ex ingenio sublata verba illa mutarunt, quod est ex coniunctis dictionibus unicuique perspicuum. Quare discipulos ita loquentes faciunt: *Ubi vis paremus tibi comedere pascha?* Christum vero ad ea respondentem: *Numquid desiderio desideravi comedere carnem hoc pascha vobiscum?* Atqui facile est sceleratam hanc illorum fraudem detegere, cum ea quae sequuntur aperte clamitent, ambo esse elementa perperam addita, videlicet $\bar{\mu}$ et $\bar{\eta}$. Nam pro eo quod est, *Desiderio desideravi;* isti, μὴ, id est, *num*, adverbium adiunxerunt. Christus porro verissime dixit,

Matth. 26, 17.

τοῦ *ed. Petav.* αὐτ˜ ʼ *cod. Rhedig.* 2. ἐπιθυμίαν *cod. Rhedig.* 3. χρέας *cod. Vatic. et ed. Petav.* χρέα *cod. Rhedig. et ed. princ.*

σχα φαγεῖν μεθ' ὑμῶν· αὐτοὶ δὲ ἐπιγράψαντες τὸ Κρέας ἑαυτοὺς ἐπλάνησαν, ῥᾳδιουργήσαντες καὶ εἰπόντες, Μὴ ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα τοῦτο τὸ πάσχα κρέας φαγεῖν μεθ' ὑμῶν; Σαφῶς δὲ δείκνυται ὅτι καὶ πάσχα ἐπετέλεσε, καὶ κρέα βέβρωκεν, ὡς προεῖπον. Ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ δράματος [4] *ἐλεγχθήσονται τοῦ ἀποκαλυφθέντος τῷ ἁγίῳ Πέτρῳ διὰ τῆς ὀθόνης τῆς ἐχούσης πάντα ἐν αὐτῇ θηρία τε καὶ κτήνη, ἑρπετὰ καὶ πετεινὰ, καὶ φωνῆς κυρίου λεγούσης, Ἀναστὰς θῦσον καὶ φάγε.*
pag. 147. *Καὶ τοῦ Πέτρου λέγοντος, Μηδαμῶς κύριε· οὐδὲν κοινὸν ἢ ἀκάθαρτον εἰςῆλθεν εἰς τὸ στόμα μου, φησὶν ὁ κύριος, Ἃ ὁ θεὸς ἐκαθάρισε, σὺ μὴ κοίνου. Εὑρεθήσεται γὰρ ἐκ δύο τρόπων τῆς ἀληθείας ἡ σύστασις. Εἰ μὲν γὰρ ἐροῦσι κατὰ πάντων βρωμάτων διεξεληλυθέναι λόγον τὸν ἅγιον Πέτρον, καὶ λέγειν ὅτι οὐδέποτε κοινὸν ἢ ἀκάθαρτον, ὡς καὶ βόας, καὶ αἶγας, καὶ πρόβατα, καὶ ὄρνεις, κοινὰ λέγεσθαι παρ' αὐτῷ, εὐθὺς ἐλεγχθήσονται ἐκ τῆς προτέρας αὐτοῦ ἀναστροφῆς. Μετὰ γὰρ τὸ γῆμαι καὶ τέκνα κεκτῆσθαι, καὶ πενθερὰν ἔχειν, συνέτυχε τῷ σωτῆρι ἐξ Ἰουδαίων ὁρμώμενος. Ἰουδαῖοι δὲ καὶ σάρκας ἐσθίουσι, καὶ κρεωφαγία παρ' αὐτοῖς οὐκ ἐβδέλυκται, οὐδὲ ἀπηγόρευται. Ἆρα γ' οὖν αὐτοῦ βεβρωκότος ἀπ' ἀρχῆς, εἰ καὶ ἕως τοῦ συναντῆσαι τῷ σωτῆρι εἴποιμ' ἂν, δειχθήσεται ὅτι οὐδὲν κοινὸν ἡγήσατο τῶν οὐ κοινῶν λεγομένων. Καὶ γὰρ οὐ κατὰ πάντων διεξήγαγε τὸ κοινὸν καὶ ἀκάθαρτον, ἀλλὰ περὶ ὧν ἔλεγεν ὁ νόμος κοινῶν καὶ ἀκαθάρτων. Πάλιν δὲ τούτου δειχθέντος ὅτι οὐ περὶ πάντων τῶν κρέων αὐτῷ ἔλεγεν, ὡς κοινῶν πάντων ὄντων, ἀλλὰ περὶ τῶν ἐν τῷ νόμῳ κοινῶν τε καὶ ἀκαθάρτων, ὁ θεὸς τῆς ἁγίας Χριστοῦ ἐκκλησίας τὸν χαρακτῆρα παραδιδοὺς ἔλεγεν αὐτῷ μηδὲν κοινὸν ἡγεῖσθαι. Πάντα γὰρ ἐστι καθαρὰ, μετὰ εὐχαριστίας καὶ εὐλογίας θεοῦ λαμβανόμενα. Ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς κλήσεως τῶν ἐθνῶν τὸ αἴνιγμα εἶχεν, ἵνα μὴ ἡγήσηται τοὺς ἐν ἀκροβυστίᾳ κοινοὺς ἢ ἀκαθάρτους. Ὅμως ἡ ἔμφασις τοῦ Πέτρου οὐ περὶ ἀνθρώπου εἶχε τὴν ὑπόνοιαν, ἀλλὰ περὶ τῶν ἐν τῷ νόμῳ ἀπηγορευμένων, ὡς καὶ παντί τῳ σαφὲς ἂν εἴη. Καὶ ἐξέπεσεν αὐτῶν πανταχόθεν ὁ ληρώδης λόγος.*

Κεφ. κγ'. *Τῶν δὲ ἀποστόλων τὰ ὀνόματα εἰς τὴν τῶν ἠπατημένων ὑπ' αὐτῶν πειθὼ προςποιητῶς δέχονται, βίβλους τε ἐξ ὀνόματος αὐτῶν πλασάμενοι ἀνεγράψαντο, δῆθεν ἀπὸ προςώπου Ἰακώβου, καὶ Ματθαίου, καὶ ἄλλων μαθητῶν. Ἐν οἷς ὀνόμασι καὶ τὸ ὄνομα Ἰωάννου τοῦ ἀποστόλου ἐγκαταλέγουσιν, ἵνα πανταχόθεν φωρατὴ γένηται ἡ αὐτῶν ἄνοια.*

4. ἐλεγχθήσονται *cod. Vatic. et inde ed. Petav.* ἐλεγχθήσεται *cod. Rhedig. et ed. princ.*

Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum. Quibus insuper vocabulum hoc, *Carnem*, addiderunt, seque ipsos miserrime deceperunt, cum per summum scelus adulterata scriptura hunc in modum extulerunt: *Num desiderio desideravi hoc pascha, carnem manducare vobiscum?* Atqui palam illud ostenditur, Christum dominum et pascha celebrasse et carnes edisse, quemadmodum dixi. Praeterea ex eo viso possunt redargui quod beato Petro monstratum est, cum linteum illud aspexit in quo ferarum ac pecudum et reptilium ac volucrum genera omnia continebantur. Secundum quae dei illa vox est audita, *Surge, occide, et manduca.* Respondente Petro, *Absit* Act. 10, 13. *domine, nihil enim commune vel immundum intravit in os meum,* dominus subiecit, *Quod deus purificavit, tu commune ne dixeris.* Siquidem utroque modo confirmari veritas potest. Sive enim dixerint ad omnia esculentorum genera Petri dictum illud pertinere, cum dicit, *Nihil unquam commune vel immundum*, ut et boves, capras, oves ac volucres communes esse voluerit, statim illos prior eius vivendi ratio refellit. Ducta quippe iam uxore cum et liberos haberet et socerum a Iudaeorum ceremoniis sese ad Christum aggregavit. At Iudaei carnibus vescuntur, nec earum usus apud illos execrabilis est aut prohibitus. Cum igitur initio carnibus uteretur, saltem ad id usque tempus quo in Christum dominum incidit, manifestum est nihil illum quod commune non esset pro communi habuisse. Non enim omnes cibos communis immundique voce complexus est, sed quos eiusmodi esse lex ipsa definierat. Cum igitur constet non de omni carnium genere locutum esse Petrum, ut omnes esse communes diceret, sed de iis quas esse communes immundasque lex edixerat, deus sanctae Christi ecclesiae notam formamque praescribens, commune quicquam appellare prohibuit. Omnia quippe pura sunt, si cum actione gratiarum deique benedictione sumantur. Quin etiam vocationem gentium visum illud adumbrabat, ne praeputio praeditos communes impurosque censeret. Quamquam obiecta illa Petro species non ad significandos homines, sed ad ea quae lege erant interdicta spectabat; id quod constare cuilibet potest. Ita undique nugatoria ac levis illorum opinio concidat necesse est.

Iidem apostolorum nomina, quo facilius sectatores suos pelliciant, per simulationem admittunt, quibus etiam confictos quosdam Cap. XXIII. a se libros inscribunt, velut a Iacobo, Matthaeo, ac reliquis discipulis editos. Inter quae Ioannis etiam apostoli nomen admiscent, quo eorum vecordia possit ex omni parte deprehendi. Nam non eo

Οὐ μόνον γὰρ ἐλέγχει αὐτοὺς κατὰ πάντα τρόπον λέγων ὅτι, Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεόν, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος, ἀλλὰ
pag. 148. καὶ ὅτι τὰς τῶν ἁγίων προφητῶν μαρτυρίας, ἐν ᾧ ἐκ πνεύματος ἁγίου ὁρμώμενος καὶ τὰ ὑπὸ τοῦ σωτῆρος εἰρημένα καλῶς ἀκριβολογήσας περὶ ἑκάστης ὑποθέσεως τῆς εἰς Χριστὸν πληρωθείσης, ὡς εἶπον, τὰς μαρτυρίας ἐξέθετο, ἀφ᾽ ὧν προφητῶν οὗτοι ἑαυτοὺς ἀπηλλοτρίωσαν. Καὶ εὐθὺς ἔδειξεν ὡς τοῖς πρὸς Ἰωάννην τὸν Βαπτιστὴν ὑπὸ τῶν Φαρισαίων πεμφθεῖσιν αὐτὸς Ἰωάννης ἀποκρίνεται, λέγων, Ἐγὼ φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, εὐθύνατε τὴν ὁδὸν κυρίου, καθὼς εἶπεν Ἡσαΐας ὁ προφήτης. Καὶ πάλιν αὐτὸς ὁ Ἰωάννης λέγει, ἀπὸ τῶν προφητῶν λαβὼν τὴν μαρτυρίαν, φημὶ δὲ ἀπὸ τοῦ Δαβὶδ, ὅτε ὁ κύριος τὰς τραπέζας τῶν κολλυβιστῶν κατέστρεψε, καὶ εἶπε, Μὴ ποιῆτε τὸν οἶκον τοῦ πατρός μου οἶκον ἐμπορίου, Ἐμνήσθησαν ὅτι ἦν γεγραμμένον, Ὁ ζῆλος τοῦ οἴκου σου κατέφαγέ με. Καὶ πάλιν αὐτὸς Ἰωάννης εἶπεν, Ὅτι Ἡσαΐας εἶδεν ὧν ἐν πνεύματι ἁγίῳ.

Κεφ. κδ'. Πάλιν δὲ ὁ αὐτὸς ἅγιος Ἰωάννης κηρύττων ἐν τῇ Ἀσίᾳ ἱστορεῖται παράδοξον ἔργον τι πεποιηκὼς εἰς ὑπογραμμὸν τῆς ἀληθείας. Πολιτείαν γὰρ ἔχων θαυμασιωτάτην, καὶ συμπρέπουσαν αὐτοῦ τῷ ἀξιώματι τῆς [1] ἀποστολῆς, καὶ μηδ᾽ ὅλως λουόμενος, ἠναγκάσθη ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος προελθεῖν ἕως τοῦ βαλανείου, εἰπὼν ὅτι, Λάβετέ μοι τα πρὸς βαλανεῖον. Καὶ τῶν συνεπομένων θαυμαζόντων ἦλθεν εἰς αὐτὸ τὸ λουτρόν. Καὶ γενόμενος πρὸς τὸν εἰωθότα ὑποδέχεσθαι τῶν λουομένων τὰ ἱμάτια ἤρετο τίς ἔνδον ἐστὶν ἐν τῷ βαλανείῳ, ὁ δὲ ὀλεάριος ἐπὶ τῷ φυλάττειν ἱμάτια προσκαρτερῶν (ἐν τοῖς γὰρ γυμνασίοις ἔργον τοῦτό τισιν ὑπάρχει πορισμοῦ ἕνεκα τῆς ἐφημέρου τροφῆς) ἔφη τῷ ἁγίῳ Ἰωάννῃ ὅτι Ἐβίων ἔνδον ἐστίν. Ἰωάννης δὲ εὐθὺς συνεὶς τὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος ὁδηγίαν, δι᾽ ἣν αἰτίαν προυτρέψατο αὐτὸν ἕως τοῦ βαλανείου ἥκειν, ὡς ἔφην, μνήμης ἕνεκα τοῦ καταλιπεῖν ἡμῖν τὴν τῆς ἀληθείας ὑπόθεσιν, ὅτι τίνες εἰσὶν οἱ δοῦλοι Χριστοῦ καὶ ἀπόστολοι καὶ υἱοὶ τῆς αὐτῆς ἀληθείας, τίνα δέ ἐστι τὰ σκεύη τοῦ πονηροῦ, καὶ πύλαι ᾅδου μὴ κατισχύουσαι τῆς πέτρας καὶ τῆς ἐπ᾽ αὐτῆς οἰκοδομηθείσης ἁγίας θεοῦ ἐκκλησίας, — εὐθὺς ταράξας ἑαυτὸν καὶ οἰμώξας ἠρέμα εἰς τὸ πάντας ἀκοῦσαι, εἰς μαρτύριον παραστάσεως ἀχράντου
pag. 149. διδασκαλίας, Σπεύσατε ἀδελφοὶ, ἔφη, ἐξέλθωμεν ἐντεῦθεν, μὴ πέσῃ τὸ βαλανεῖον, καὶ ἀπολώμεθα μετὰ Ἐβίωνος τοῦ ἔνδον ἐν τῷ βαλανείῳ, διὰ τὴν αὐτοῦ ἀσέβειαν. Καὶ μηδεὶς θαυμαζέτω ἐπὶ τῷ ἀκοῦσαι Ἐβίωνα Ἰωάννῃ συντετυχηκέναι. Πολυχρόνιος γὰρ καταμείνας τῷ βίῳ ὁ μακάριος Ἰωάννης διήρκεσεν ἄχρι τῆς τοῦ Τραϊανοῦ βασιλείας. Πάντες δὲ οἱ ἀπόστολοι ὅτι ἀπαλλοτριοῦσι τὴν τοῦ Ἐβίωνος πίστιν, καὶ ἀλλο-

Cap. XXIV. — 1. ἀποστολῆς codd. Vatic. Rhedig. et edit. Petav. ἀληθείας ed. princ.

solum illos arguit, quod dixit, *In principio erat verbum, et verbum* Ioann. 1, 1.
erat apud deum, et deus erat verbum, verum etiam quod quibus in locis sancti spiritus instinctu quae a Christo domino de quolibet argumento prolata sunt, accurate prosequitur, divinorum prophetarum testimoniis utitur; quos illi a seipsis adiudicarunt. Hoc enim statim initio demonstrat, Ioannem baptistam iis quos ad se Pharisaei miserant respondisse, *Ego vox clamantis in deserto; dirigite viam domini;* Ioann. 1, 23.
sicut dicit Isaias propheta. Deinde iisdem ex prophetis aliud testimonium Ioannes adducit, nimirum ex Davide, cum dominus numulariorum mensas evertit, ac dixit, *Nolite facere domum patris mei* Ioann. 2, 16.
domum negotiationis. Meminisse enim ait apostolos quod erat scriptum, *Zelus domus tuae comedit me*. Ac rursum idem Ioannes sic loquitur: *Vidit Isaias in spiritu sancto*. Ioann. 12, 41.

Praeterea cum in Asia praedicando dei verbo idem Ioannes insisteret, ut quanti veritas fieri deberet exemplo suo posteris praescriberet, mirum quiddam et inusitatum egisse proditur. Cum enim vitae institutum teneret plane admirabile, eique quam gerebat apostolicae dignitati consentaneum, adeo ut nunquam omnino lavaret, aliquando tamen sancti spiritus impulsu ad balneas prodiens, *Capite*, inquit ad suos, *quae ad balneum necessaria sunt*. Mirantibus illis ad lavationem perrexit. Tum ad eum qui lavantium vestimenta servabat accedens quis intra balneum esset interrogavit. At olearius idemque vestium custos (hanc enim operam plerique victus quotidiani gratia in gymnasiis praestant) Ioanni respondit Ebionem intus esse. Quo audito statim intellexit quorsum illuc ipsum spiritus sanctus adduxisset, et ut balneas adiret esset hortatus, nimirum ad commendandam, ut dixi, eius rei memoriam, ac verissimum illud dogma relinquendum, ut quinam essent Christi servi et apostoli ac veritatis filii discernere possemus, quinam e contrario mali daemonis instrumenta, *inferorumque portae, quae neque petram, neque in ea fundatam* Matth. 16, 18.
ac stabilitam ecclesiam superare possent. Igitur Ioannes repente conturbatus, atque ingemiscens leniter, ut ab omnibus tamen exaudiri posset, idque integrae ac sincerae doctrinae testimonium extaret, *Properate, fratres*, inquit, *abeamus hinc, ne balneae concidant, et cum Ebione, qui intus est, ob eius impietatem obruamur*. Neque vero mirari quisquam debet, dum Ebion occurrisse Ioanni dicitur. Hic enim diu admodum vixit, et ad Traiani pervenit imperium. Porro non Ioannes modo, sed et omnes prorsus apostoli Ebionis fidem re-

Cap. XXIV.

τρίαν ἡγήσαντο τοῦ αὐτῶν κηρύγματος, καὶ τοῦ [2] ἀποστολικοῦ χαρακτῆρος, παντί τῳ δῆλόν [3] ἐστι.

Κεφ. κε'. Περὶ δὲ τοῦ ἁγίου Παύλου ὡς βλασφημοῦντες αὐτὸν λέγουσι, πόσα ἔχω λέγειν; Πρῶτον μὲν γὰρ λέγουσιν αὐτὸν Ἕλληνά τε καὶ ἐξ ἐθνῶν ὑπάρχειν, προσήλυτον δὲ γεγονέναι ὕστερον. Πῶς οὖν αὐτὸς λέγει περὶ ἑαυτοῦ, Ἑβραῖος ἐξ Ἑβραίων, ἐκ σπέρματος Ἀβραὰμ, φυλῆς Βενιαμὶν, κατὰ νόμον Φαρισαῖος, περισσοτέρως ζηλωτὴς ὑπάρχων τῶν πατρικῶν μου παραδόσεων; Καὶ ἐν ἄλλῳ τόπῳ λέγει, Ἰσραηλῖταί εἰσι, κἀγώ· σπέρμα Ἀβραάμ εἰσι, κἀγώ. Καί φησι, Περιτομὴ ὀκταήμερος, καὶ ἀνατεθραμμένος παρὰ τοὺς πόδας Γαμαλιὴλ, καὶ Ἑβραῖος ἐξ Ἑβραίων. Καὶ [1] ὢ τῶν δεινῶν ἑρπετῶν τὰ δεινὰ κωκύματα, καὶ τὰ δρακοντοειδῆ συρίγματα, καὶ τῆς κενοφωνίας τὰ δηλητήρια. Τίνος δὲ λήψομαι τὴν μαρτυρίαν; Ἐβίωνος καὶ τῶν κατ' αὐτὸν, ἢ τοῦ ἁγίου Πέτρου τοῦ λέγοντος, Ὡς ἔγραψεν ὑμῖν ὁ ἀδελφός μου Παῦλος, ἅτινά ἐστι βαθέα καὶ δυσερμήνευτα, ἃ οἱ ἀμαθεῖς καὶ ἀστήρικτοι διαστρέφουσι τῇ ἑαυτῶν ἀγνωσίᾳ; Πάλιν δὲ καὶ ὁ ἅγιος Παῦλος μαρτυρεῖ καὶ αὐτὸς τοῖς περὶ Πέτρον λέγων, Καὶ Ἰάκωβος, καὶ Ἰωάννης, καὶ Κηφᾶς, οἱ δοκοῦντες στύλοι εἶναι, δεξιὰς ἔδωκαν ἐμοὶ καὶ Βαρνάβᾳ κοινωνίας. Κἄν τε γὰρ Ταρσέα ἑαυτὸν εἴποι, οὐκ ἀπὸ τούτου πάντως δέδοται πρόφασις τοῖς [2] λεξιθηροῦσι τὰ εἰς ἑαυτῶν καταστροφὴν, καὶ τῶν πειθομένων οὕτως ἔχειν. Καὶ γὰρ καὶ Βαρνάβαν λέγει Ἰωσήφ ποτε καλούμενον, Βαρνάβαν δὲ μετακληθέντα, υἱὸν παρακλήσεως ἑρμηνευόμενον, Λευίτην, Κύπριον τῷ γένει. Καὶ οὐ πάντως ἐπειδὴ Κύπριος ἦν, οὐκ ἦν ἀπὸ τοῦ Λευί· ὡς καὶ ὁ ἅγιος Παῦλος, εἰ καὶ ἀπὸ Ταρσοῦ ὡρμᾶτο, οὐκ ἦν ἀλλότριος τοῦ Ἰσραήλ. Διασπαρέντων pag. 150. γὰρ πολλῶν ἐν τοῖς χρόνοις Ἀντιόχου τοῦ Ἐπιφανοῦς, καὶ ἐν χρόνοις ἄλλοις, εἴποτε συνέβαινε πόλεμος, αἰχμαλωτισθέντων καὶ δοθέντων εἰς πολιορκίαν, οἱ μὲν αἰχμάλωτοι ἀρθέντες ἐπέμειναν ἔν τισι τόποις, οἱ δὲ ἀπὸ τοιαύτης αἰτίας ἀναχωρήσαντες κατῴκουν ἕκαστος [3] ἔνθα κατείληφεν. Ὡς καὶ ἅγιος Ἱερεμίας ἔλεγε περὶ τοῦ Ἰσραὴλ, καθάπερ πολλάκις τοῦτο αὐτὸ συμβέβηκε, τὸ ἀποδιδράσκειν ἀπὸ προσώπου τῶν πολεμίων, ὅτι Καὶ εἰς Κιτιεῖς ἐὰν ἀπέλθῃς, οὔτε ἐκεῖ σοι ἀνάπαυσις ἔσται. Παντὶ δέ τῳ δῆλόν ἐστιν ὅτι Κίτιον ἡ Κυπρίων νῆσος καλεῖται· Κίτιοι γὰρ Κύπριοι καὶ Ῥόδιοι. Ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ Μακεδονίᾳ τὸ γένος κατῴκησε Κυπρίων τε καὶ Ῥοδίων. Ὅθεν δὴ καὶ Ἀλέξανδρος ὡρμᾶτο ὁ Μακεδών. Καὶ τούτου ἕνεκα ἐμφέρεται ἐν τοῖς Μακκαβαίοις ὅτι ἐξῆλθε σπέρμα ἐκ γῆς Κιτιέων. Καὶ γὰρ ἐκ σπέρματος τῶν Ἑλλήνων Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδών. Ἀλλὰ γενόμενος πάλιν ἐν τῷ τόπῳ

2. ἀποστολικοῦ *non habet cod. Vatic.*
3. ἐστι *non extat in cod. Vatic.*
CAP. XXV. — 1. ὦ *cod. Vatic.*
2. λεξεσιθηροῦσι *cod. Rhedig. et edit. princ.* — *Item pro* Ταρσέα *in edit. princ. legitur* Θαρσέα, *et infra* διασπαράντων

pudiant, et a suis dogmatibus atque apostolico illo charactere alienam iudicant, id quod unicuique perspicuum est.

Quod vero ad beatum Paulum attinet, in quem illi maledicta coniiciunt, multa a me commemorari possunt. Imprimis Graecum illum fuisse, atque ex gentilibus oriundum praedicant, postea vero proselytum esse factum. Verum quinam ista conveniunt, cum de se ita scripserit, *Hebraeus ex Hebraeis, e semine Abrahae, de tribu Beniamin, secundum legem Pharisaeus, abundantius aemulator existens paternarum mearum traditionum.* Tum alio loco: *Israelitae sunt, et ego, semen Abrahae sunt, et ego.* Addit postea: *Circumcisio octavo die, et educatus ad pedes Gamalielis, et Hebraeus ex Hebraeis.* Proh letiferorum serpentium mortiferos gemitus, ac sibilos! o sermonis inanissimi virus acerbum! Cuius ego testimonio stare potissimum debeo? Ebionis, eiusque factionis hominum, an Petri hunc in modum loquentis: *Quemadmodum scripsit vobis frater noster Paulus, quae eius verba profunda sunt, explicatuque difficilia, quae indocti et instabiles per suam ignorantiam depravant?* Sed et Paulus vicissim de Petro testatur his verbis: *Et Iacobus, et Ioannes, et Cephas, qui videbantur esse columnae, dextras dederunt mihi et Barnabae societatis.* Quod vero Tarsensem se fuisse narrat, nulla idcirco vocum captatoribus ad suam fautorumque suorum perniciem ea re abutendi datur occasio. Nam et Barnabam, qui Ioseph antea dictus, Barnabas postea nominatus est, quod nomen consolationis filium significat, Levitam fuisse refert (Lucas) genere Cyprium. Neque tamen quod Cyprius esset, eo minus e tribu Levitica fuit. Velut apostolus Paulus, licet Tarso oriundus esset, ab Israelitica gente minime erat alienus. Cum enim sub Antiocho Epiphane, aliisque temporibus, quibus bellum exarserat, plerique per captivitatem obsidionemque dispersi forent, captivi quidem certis locis constiterunt. At qui vitandae obsidionis caussa fugerant, quo quisque delatus fuerat, ibi commorati sunt, uti de Israelitico populo dicebat Hieremias, cui ut ante hostem fugeret persaepe contigit. *Si*, inquit, *ad Cittiaeos abieris, nec illic quidem quietem habebis.* Nemo autem ignorat Citium Cypriorum insulam appellari. Nam Citiorum nomine Cyprii continentur et Rhodii. Imo et in Macedonia Cypriorum et Rhodiorum genus habitavit, unde et Alexander Macedo prodiisse dicitur. Quae caussa est cur in Maccabaeorum libris scriptum sit e Cittiensium terra genus quoddam esse propagatum. Nam e Graecorum genere Alexander ortum acceperat. Verum quoniam iterum narrandae huius

Cap. XXV. — Phil. 3, 5. — 2. Cor. 11, 22. — 2. Petr. 3, 15. — Galat. 2, 9. — Act. 4, 36. — 1. Macc. 1.

pro διασπαρέντων, *quod vitium de auctoritate cod. Vatic. sustulit Petavius.* 3. ἔνθα *cod. Rhedig. et editus uterque.* ὅπου *cod. Vatic.*

διὰ τὸν ἐμπεσόντα λόγον διεξῆλθον τὴν περὶ τούτων ἱστορίαν, πλὴν ὅτι ἀπὸ τῆς μετοικήσεως πολλοὶ ἄλλας χώρας οἰκήσαντες τοῦ Ἰσραὴλ ἦσαν σπέρματος κατὰ διαδοχήν. Ἐλέγοντο γὰρ καὶ ἑκάστης χώρας πατριῶται, ὡς καὶ αἱ θυγατέρες τοῦ Ἰοθὸρ τὴν ἀντίληψιν τοῦ Μωϋσέως τῷ πατρὶ ἀπήγγειλαν, ὡς ἀποστήσας τοὺς ποιμένας ἐπότισεν αὐτῶν τὰ πρόβατα, καὶ πορευθεῖσαι περὶ τούτου ὑφηγοῦντο τῷ ἰδίῳ πατρί. Τοῦ δὲ λέγοντος, [4] Τί ἐταχύνατε σήμερον τοῦ ἐλθεῖν; ἐπ' αὐτὸν ἔφασαν ὅτι, Ἀνὴρ Αἰγύπτιος ἐρύσατο ἡμᾶς ἀπὸ τῶν ποιμένων, καὶ ἤντλησε, καὶ ἐπότισεν ἡμῶν τὰ θρέμματα. Καὶ εὐθὺς ὁ αὐτὸς ἔφη πρὸς αὐτάς, Διὰ τί οὐκ ἠγάγετε αὐτὸν ὧδε, ἵνα φάγῃ ἄρτον; Τίς δὲ οὐκ οἶδεν ὅτι Μωϋσῆς υἱὸς μὲν γίνεται τοῦ [5] Ἀμρὰμ καὶ τῆς Ἰωχαβέτ, [6] Ἀμρὰμ δὲ τοῦ Καὰθ, Καὰθ δὲ τοῦ Λευὶ, Λευὶ δὲ τοῦ Ἰακὼβ, Ἰακὼβ [7] δὲ τοῦ Ἰσαὰκ, Ἰσαὰκ δὲ τοῦ Ἀβραάμ; καὶ οὐκ ἀπὸ τοῦ καλεῖσθαι τὸν Μωϋσέα Αἰγύπτιον πάντως ἡ τῆς εὐγενείας καὶ τοῦ σπέρματος διέπεσεν ἀκολουθία. Οὐκοῦν οὗτοι καταλείψαντες τὴν ὁδὸν οἱ ἀπὸ τοῦ Ἐβίωνος πεπλανημένοι ἐπὶ πολλὰς διεστραμμένας ὁδοὺς καὶ ἀνάντη τρίβον τὸν νοῦν ἐκδεδώκασιν.

Κεφ. κϛ'. Αὐχοῦσι δὲ πάλιν περιτομὴν ἔχοντες, καὶ σεμνύνονται δῆθεν εἶναι ταύτην σφραγῖδα ἡγούμενοι καὶ χαρακτῆρα τῶν τε πατριαρχῶν καὶ δι-
pag. 151. καίων τῶν κατὰ τὸν νόμον πεπολιτευμένων, δι' οὓς ἐξισοῦσθαι ἐκείνοις νομίζουσι, καὶ δῆτα ἀπ' αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ τὴν σύστασιν ταύτης βούλονται φέρειν, ὡς καὶ οἱ περὶ Κήρινθον. Φασὶ γὰρ καὶ οὗτοι κατὰ τὸν ἐκείνων ληρώδη λόγον ἀρκετὸν τῷ μαθητῇ εἶναι ὡς ὁ διδάσκαλος. Περιετμήθη γὰρ, φησὶν, ὁ Χριστὸς, καὶ σὺ περιτμήθητι. Καὶ ἵνα κατὰ πάντα τρόπον καταισχύνηται τῆς πλάνης τὰ σπέρματα, καθάπερ χαλινὸς τῇ θαλάσσῃ ἐκ θεοῦ ὁρισθεὶς κλεῖθρα καὶ πύλαι [1] ψάμμος ὅριον καὶ πρόσταγμα τὸ, Ἕως τούτου ἐλεύσῃ, καὶ οὐχ ὑπερβήσῃ, ἀλλὰ ἐν σεαυτῇ συντριβήσονταί σου τὰ κύματα, φησὶν, οὕτω καὶ οὗτοι ἐν ἑαυτοῖς καταδαπανηθήσονται. Ἀλλὰ ἐκεῖ μὲν ἐκ θείου προστάγματος εἰς εὐταξίαν θαλάσσης ἐκ θεοῦ εἴρηται ὁ τοῦ ὅρου λόγος, ἐνταῦθα δὲ ἀφ' ἑαυτῆς ἡ κακία καὶ ἡ πλάνη τυφλώττουσα τὸν νοῦν, καὶ τὸν εὐσεβῆ λογισμὸν ἀποστρεφομένη, προὔλαβε καθ' ἑαυτῆς ὥςπερ κύματα ἐγείρουσα τὰ σχέτλια τῶν προαπαγγελλομένων αὐτοῖς ὑπολήψεων, ἑτέροις κύμασιν ἑαυτῇ συγκρούουσα, καὶ ἐν ἑαυτῇ ἀεὶ συντριβομένη ἑαυτὴν διαλύειν, ἢ καθάπερ ἑρπετὸν δεινὸν ἑαυτῷ λυμαινόμενον καὶ ἀντιστρεφόμενον ἀπὸ τῆς κέρκου καὶ ἑαυτὸ κατεσθίον αὐτὸ ἑαυτοῦ ἀναλωτικὸν

4. *Sic cod. Rhedig. et editi libri. At in cod. Vatic. extat plenius* τί ὅτι ἐταχύνατε. *Uterque vetus editor in verbis sequentibus oscitanter distinxit* τοῦ ἐλθεῖν ἐπ' αὐτόν; ἔφασαν *cett.*

5. ἀβραὰμ *cod. Rhedig.* ἀμβρὰμ *cod. Vatic. et edit. princ.*

6. ἀβραὰμ *cod. Rhedig.* ἀμβρὰμ *cod. Vatic.*

7. δὲ *habent cod. Rhedig. et cod. Vatic., ex quo reposuit primum Petavius. Nam in ed. princ. desideratur, spatio duarum fere literarum vacuo relicto.*

Cap. XXVI. — 1. ψάμμος *cod. Vatic.*

historiae oblata nobis occasio est, in eam sum fortuito delatus. Eo vero pertinebat istud, ut complures ostenderemus in ea migratione varias occupasse sedes, qui ex Israelitica gente originis erant successione derivati. Qui quidem ab ea ubi habitabant regione cognominari solebant. Quemadmodum cum filiae Iethro allatam sibi a Moyse opem parenti renuntiarent, narrarentque depulsis a se pastoribus suos illum greges adaquasse, hoc, inquam, cum domum reversae parenti dixissent, sciscitante nimirum eo, *Cur hodie venistis velocius solito?* responderunt, *Vir Aegyptius liberavit nos de manu pastorum, insuper et hausit aquam, potumque dedit ovibus nostris.* Exod. 2, 19. Statimque dixit illis, *Cur non huc illum adduxistis, ut comederet panem?* Quis autem nescit Amrami et Iochabetae filium extitisse Moysen, Amramum Caathi, Caathum Levi, hunc Iacobi, cuius pater Isaacus, Isaaci Abrahamus fuerit? Neque tamen, pro eo quod Aegyptius apellatur Moyses, ideo nobilitatis illius ac stirpis est series extincta. Hoc igitur modo Ebionis discipuli, velut aberrantes ac devii, varias se in ambages ac flexus abruptaque itinera commiserunt.

Atenim circumcisionem prae se ferunt, eaque re plurimum gloriantur, utpote quam patriarcharum, aliorumque qui legis tempore vixere iustorum, notam ac signum extitisse putent; quo etiam nomine adaequari se cum illis arbitrantur, adeoque Christi ipsius exemplum ad illam comprobandam accommodant, ut et Cerinthiani faciunt. Cap. XXVI. Quorum ineptissime accommodatam illam sententiam usurpant: *Sufficit discipulo, si sit sicut magister eius.* Matth. 10, 24. Christus enim, aiunt, circumcisus est: tu igitur circumciditor. Atque ut erroris semina magno cum illorum pudore profligentur, non secus ac fraenando mari velut repagula quaedam ac portae, arenarum a deo moles obiecta est, eiusdemque mandatum istiusmodi: *Hucusque venies, et non procedes amplius; sed in te confringentur fluctus tui,* ait scriptura, Iob. 38, 11. sic etiam illi in semetipsos relapsi penitus consumentur. Quamquam hoc interest, quod illic ad coërcenda maria divino imperio terminus ille constitutus est, hic autem ipsa per sese nequitia, atque excaecatae mentis error a sensu pietatis adhorrens infelicissima illa, quae ante protulimus, dogmata velut quosdam in se fluctus excitavit prius, ac contrariis fluctibus illisit, et semetipsum in se conversus confractusque dissipavit. Aut ut exitialis serpens sese conficiens ipsum, et a cauda replicans ac revolvens suum corpus adedit et absumit. Id

ψάμμον *reliqui mei libri. Reponendum suspicor* καθάπερ·χαλινὸς τ. θ. ἐκ θ. ὁρισθεὶς ἢ κλεῖθρα κ. π. ψάμμος ὅριον καὶ πρ. *Cornarius sic interpretatus est:* quemadmodum fraenum mari ex deo definitum est, claustraque ac portae arenae terminus, et praeceptum hoc *cett.*, *ut* καὶ κλεῖθρα καὶ πύλαι ψάμμου ὅριον *voluisse videatur.*

γίνεται. Τοῦτο γάρ φασι γεγενῆσθαι καιρῷ ὑπὸ ἀσπίδων συγκλεισθεισῶν ἐν πίθοις, καὶ ἑκάστης τὴν ἑτέραν καταναλωσάσης, τὴν δὲ ἰταμωτέραν καὶ χαλεπωτέραν εἰς ὕστερον μεμενηκέναι μόνην καταλειφθεῖσαν, καὶ εἰς πεῖναν ἐλθοῦσαν ἀπὸ τῆς ἰδίας κέρκου ἀρξαμένην ἑαυτὴν καταβεβρωκέναι, ἱστοροῦσί τινες φυσιολόγοι κατὰ τὴν Αἰγυπτίων χώραν. Ὅθεν καὶ ἁρμοδίως τὸ ὄνομα αὐτῇ ἐπέθεντο, διὰ τὴν κεφαλὴν τῆς Γοργόνος καὶ ταύτην Ἀσπιδογοργόνα καλοῦντες. Οὕτω καὶ ὁ ματαιόφρων Ἐβίων καὶ οἱ ἀμφ' αὐτὸν προὔλαβον ἑαυτοὺς κατατέμνοντες καὶ ἀναιροῦντες ἀπ' ἀρχῆς ἐκεῖνα ἐφ' οἷς καὶ σεμνύνονται. Χριστὸς γὰρ ἑαυτὸν οὐ περιέτεμε, παιδίον γὰρ ἦν. Δόξα δὲ τῷ ἐλεήμονι θεῷ, ὅτι ἑαυτὸν προὔβαλεν ὁ Ἐβίων, ἵνα τὰ ἀληθινὰ μὴ ὁμολογήσῃ, εἰς τὸ καὶ ἔλεγχον αὐτῷ [2] τοῦτο γενέσθαι. Εἰ μὲν γὰρ ἔλεγεν αὐτὸν θεὸν ἄνωθεν ἥκοντα περιτετμῆσθαι τὴν ὀκταήμερον ὑπὸ τῆς Μαρίας, τὸ τηνικαῦτα θεὸς ὢν, καὶ συγχωρῶν κατὰ ἰδίαν εὐδοκίαν, παρεῖχεν ἂν τῷ ἀγύρτῃ
pag. 152. *τῆς περιτομῆς πιθανολογίαν· ὁπότε δὲ ψιλὸν ἄνθρωπον αὐτὸν γεγενῆσθαι [3] ὑπ' ἀνθρώπων παρεισφέρει περιτετμῆσθαι, οὐκέτι αἴτιός ἐστιν ὁ παῖς, εἰ καὶ τὴν ὀκταήμερον περιτομὴν περιετμήθη. Οὐ γὰρ ἑαυτὸν περιέτεμεν, ἀλλ' ὑπὸ ἀνθρώπων περιετμήθη. Καὶ γὰρ οἱ παῖδες οὐχ ἑαυτοὺς περιτέμνουσι, καὶ οὐδὲ αἴτιοί εἰσι τῆς ἑαυτῶν περιτομῆς, ἀλλ' οἱ αὐτῶν γονεῖς. Ἐκεῖνοι γὰρ βραχεῖς ὄντες νηπιάζουσιν ἀγνοοῦντες, καὶ οὐδὲ οἴδασι τί αὐτοῖς ὑπὸ τῶν γονέων γίνεται.*

Κεφ. κζ. *Ἡμεῖς δὲ καὶ θεὸν αὐτὸν λέγομεν ἀπ' οὐρανοῦ ἐλθόντα, καὶ ἐν μήτρᾳ παρθένου Μαρίας τὸν χρόνον τῶν ἐγκυμονουμένων παίδων παραμεμενηκότα, ἕως τελείως ἀπὸ τῆς παρθενικῆς μήτρας τὴν ἔνσαρκον ἐνανθρώπησιν ἑαυτῷ καὶ οἰκονομίαν οἰκονομήσῃ, ἐν ᾗ καὶ περιετμήθη ἀληθινῶς, καὶ οὐ δοκήσει, ἡμέρᾳ τῇ ὀγδόῃ. Ἦλθε γὰρ πληρῶσαι τὸν νόμον καὶ τοὺς προφήτας, καὶ οὐ καταλῦσαι, καὶ οὐ τὸν νόμον ἀλλότριον ἀποφῆναι, ἀλλὰ ἐξ αὐτοῦ μὲν δεδωρημένον, ἕως δὲ αὐτοῦ ἐν τύποις μεμενηκότα, ὅπως ἐν αὐτῷ καὶ δι' αὐτοῦ πάλιν ὅπερ ἐνέλιπεν ἐν τῷ νόμῳ πληρωθῇ, ἵνα οἱ τύποι εἰς πνευματικὴν τελείωσιν ἐλθόντες ἐν ἀληθείᾳ ὑπ' αὐτοῦ τε καὶ τῶν αὐτοῦ ἀποστόλων κηρυχθῶσιν, οὐκέτι ὄντες τύποι, ἀλλ' ἀλήθεια. Ἐπὶ τούτῳ γὰρ ἐπληροῦτο τὸ ἐν τῷ νόμῳ εἰρημένον, ἕως αὐτοῦ τοῦ χρόνου διαρκέσαν, καὶ ἐν αὐτῷ ἀφιστάμενον, εἰς πλήρωμα δὲ μεθιστάμενον, ὅπερ ἔφη ἡ Σεπφώρα ὅτι, Ἔστη τὸ αἷμα τῆς περιτομῆς τοῦ παιδίου μου. Καὶ οὐκ εἶπεν ὅτι, Περιέτεμόν μου τὸ παιδίον. Οὐ γὰρ ᾠκονόμει ὁ ἀποσταλεὶς ἄγγελος, ἵνα περιτομὴ γένηται, ἀλλὰ οὐδὲ τὸ αἷμα τῆς περιτομῆς φοβηθεὶς ἀπέστη, ἀλλὰ*

2. τοῦτο *quod omissum est in ed. Petav., reposui de cod. Rhedig. et ex edit. princ.*

3. καὶ ὑπ' ἀνθρώπων *volebat Petavius. Sed cum cod. Vatic. illud* περιτετμῆσθαι *haud agnoscat, sic potius restituendum videtur:* ὁπότε δὲ ψ. ἄνθρ. αὐτὸν γεγεννῆσθαι ὑπ' ἀνθρ. παρεισφέρει, οὐκέτι *etc.*

enim olim aspides fecisse narrant, quarum cum inclusae doliis essent, alteram altera devoravit. Tum quae ferocior ac crudelior erat sola remanens, enectaque fame, seipsam a cauda incipiens paulatim consumpsit; idque ipsum in Aegypto contigisse a nonnullis, qui de rerum natura scripserunt, proditum est. Unde et ob Gorgoneum veluti caput Aspidogorgonis merito ei est nomen impositum. Similiter ineptus ac stolidus Ebion Ebionisque fautores concidere seipsos anteverterunt, eaque quibus potissimum gloriantur initio sustulerunt. Non enim Christus, utpote cum infans adhuc esset, semet ipse circumcidit. Sed laudandus propterea misericors dominus est, quod ita se Ebion imprudens obiecerit, ut minime vera confessus convincendi sui ansam nobis obtruderet. Si enim deum illum esse coelitusque delapsum assereret, octavoque die a Maria circumcisum, tum quidem quatenus et deus foret, et id ultro ac voluntate permisisset, speciosum quiddam ac probabile ad circumcisionis commendationem circumforaneo isti praebuisset. Iam vero cum merum illum hominem esse, atque ab hominibus circumcisum fuisse sentiat, nequaquam puero illi velut auctori tribuendum est, quod octava sit luce circumcisus. Neque enim semetipsum praecidit, sed id ab aliis passus est; quod sibi ipsis pueri non faciunt, neque circumcisionis auctores ipsi, sed eorum potius parentes habendi sunt. Etenim pusiones illi prae infantia quid sibi a parentibus fiat ignorant.

At nos et deum illum e coelo descendisse dicimus, et in Mariae Cap. XXVII.
virginis utero legitimo tempore permansisse, quanto scilicet gestari ceteri infantium solent, donec ex illo virginis utero profusus, perfecto iam hominis quod induerat corpore, susceptam a se salutis nostrae procurationem aggredi instituit. In qua et ad diem octavum non specie tenus, sed reipsa circumcisus est. *Venit enim ut legem* Matth.5,17.
ac prophetarum impleret oracula, non everteret; atque ut alienam non fuisse legem ostenderet, sed a seipso concessam ad suum usque tempus sub quibusdam figurarum velut umbraculis perstitisse: quo in sese ac per sese quodcumque legi deerat postremo suppleret, eademque illa figurarum involucra ad spiritalem perfectionem ac veritatem perducta figuras esse desiisse atque ad veritatem transiisse tam ipse quam eius apostoli praedicarent. In illo quippe quod scriptum erat in lege perfectum est, id, inquam, quod ad eius usque tempora perduravit, et in ipso iam absolutum impletumque desiit, nimirum quod Sephora dicebat: *Stetit sanguis circumcisionis filii mei.* Non dixit, Exod.4,25.
Circumcidi filium meum. Neque enim id agebat angelus, ut circumcisio fieret, neque sanguinis metu recessit, sed ut eum infantem a

ὑπομνήσεως χάριν τοῦ μέλλοντος παιδίου τὸ αἷμα τῆς περιτομῆς ἱστᾶν, ὅπερ ἀκούσας καὶ οἰκονομήσας ἀπέστη. Καὶ ποίου παιδίου ἄκουε· ἀλλ' ἢ περὶ οὗ εἶπεν ὁ προφήτης ὅτι, Θελήσουσιν εἰ ἐγένοντο πυρίκαυστοι, ὅτι παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, καὶ υἱὸς ἐδόθη ἡμῖν. Τὸ μὲν γεννηθὲν παιδίον δεικνὺς ἐν ἀληθείᾳ, ὅπως σημάνῃ τὴν ἀληθινὴν ἐνανθρώπησιν, τὸ δὲ, Υἱὸς ἐδόθη ἡμῖν, ὅπως δείξῃ τὸν ἄνωθεν θεοῦ λόγον, καὶ υἱὸν θεοῦ αὐτὸν δειχθέντα, καὶ ἐν μήτρᾳ γενόμενον ἐνανθρωπή-
pag. 153. σαντα, ἔχοντα ἀμφότερα θεὸν καὶ ἄνθρωπον, αὐτὸν θεὸν, αὐτὸν ἄνθρωπον, αὐτὸν υἱὸν ἄνωθεν δοθέντα, αὐτὸν παιδίον γεννηθέντα, ἐφ' οὗ ἔστη λοιπὸν τὸ αἷμα τῆς περιτομῆς, ὡς καὶ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ λέγει, ὅτε ἦλθον Ἕλληνες βουλόμενοι αὐτὸν θεάσασθαι, καὶ ἦλθον πρὸς Φίλιππον, καὶ λέγουσιν αὐτῷ, Δεῖξον ἡμῖν τὸν Ἰησοῦν· καὶ ὁ Φίλιππος τῷ Ἀνδρέᾳ, καὶ ὁ Ἀνδρέας τῷ Ἰησοῦ ἔφη ὅτι, Τινὲς Ἕλληνες βούλονταί σε θεάσασθαι. Καὶ εὐθὺς ὁ κύριος ἀποκρίνεται, λέγων, Νῦν ἔφθασεν ἡ δόξα τοῦ θεοῦ, ἵνα δείξῃ περιτομὴν μὲν παρερχομένην τὴν ἔνσαρκον, καὶ τύπῳ ὑπηρετήσασαν ἄχρι χρόνου, τὴν δὲ ἐν σαρκὶ ἀκροβυστίαν ἐν πνεύματι ἔχουσαν μείζονα περιτομὴν, θεωροῦσαν Χριστὸν, καὶ αὐτὸν ἐν ἀληθείᾳ κατειληφυῖαν.

Κεφ. κη'. Εἰ δὲ βούλονται οὗτοι λέγειν, Πῶς οὖν Χριστὸς περιετμήθη; ἀκούσονται ὅτι, Ἤδη μὲν οὖν, ὦ πεπλανημένοι, ἐδείξαμεν ὑμῖν δι' ἣν αἰτίαν περιετμήθη. Περιετμήθη γὰρ διὰ πολλοὺς τρόπους. Καὶ πρῶτον, ἵνα δείξῃ ἐν ἀληθείᾳ σάρκα ἑαυτὸν ἀνειληφέναι, διὰ Μανιχαῖον καὶ τοὺς λέγοντας ἐν δοκήσει πεφηνέναι· ἔπειτα, ἵνα δείξῃ ὡς οὐκ ἦν ὁμοούσιον τὸ σῶμα τῇ θεότητι, ὥς φησιν Ἀπολινάριος, ἀλλ' οὔτε ἄνωθεν αὐτὸ κατενήνοχεν, ὡς λέγει Οὐαλεντῖνος· καὶ ἵνα βεβαιώσῃ ἣν πάλαι ἔδωκε περιτομὴν δικαίως ὑπηρετήσασαν ἕως τῆς αὐτοῦ παρουσίας, καὶ διὰ τὸ μὴ ἔχειν τοὺς Ἰουδαίους ἀπολογίαν. Εἰ γὰρ μὴ περιετμήθη, εἶχον λέγειν, Οὐκ ἠδυνάμεθα Χριστὸν δέξασθαι ἐν ἀκροβυστίᾳ. Ἄλλως τε καὶ ἔδει αὐτὸν ἐντειλάμενον τῷ Ἀβραὰμ περιτμηθῆναι, σφραγῖδος ἕνεκα φαινομένης, εἰς τύπον δὲ ἀληθινῆς καὶ ἀοράτου δοθείσης, νῦν περιτμηθῆναι [1] καὶ ταύτην βεβαιῶσαι. Ἐγένετο γὰρ ἡ φαινομένη περιτομὴ ἕνεκεν δισταγμοῦ τοῦ Ἀβραὰμ, ὅτε εἶπεν ὁ ἅγιος καὶ δίκαιος, ὡς ἐν δισταγμῷ, Εἰ τῷ [2] ἑκατονταέτει υἱὸς γενήσεται, καὶ εἰ Σάρρα ἡ πρεσβύτις γεννήσει υἱόν; καὶ εὐθὺς ὁ κύριος, Λάβε μοι κριὸν τριετίζοντα, καὶ αἶγα καὶ δάμαλιν, καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ περὶ τὴν τοῦ ἡλίου δύσιν, ὡς εἶδε λαμπάδας πυρὸς καὶ κλίβανον, καὶ τἄλλα,

Cap. XXVIII. — 1. καὶ *voculam, quae vulgo desideratur in libris, Cornario (is enim vertit* et hoc signaculum confirmaret) *et Petavio praeeuntibus repetii ex ultima syllaba vocis* περιτμηθῆναι.

2. ἑκατονταέτῃ *cod. Rhedig. et edit. princ.*

quo circumcisionis cruor inhibendus erat in memoriam revocaret. Quare mox ut illud audivit ac praestitit, e medio se subduxit. At quisnam ille futurus esset infans accipe. Is enim erat de quo propheta locutus est: *Et volent esse igne combusti: quoniam parvulus* Esai. 9, 5.
natus est nobis, et filius datus est nobis. Quibus verbis primum natum revera parvulum demonstravit, ut vere susceptam ab eo naturam hominis significaret. Deinde subiecit, *Filius datus est nobis,* ut eundem dei esse verbum e coelo delapsum, deique filium declaratum ostenderet, et in utero genitum, hominemque factum, ita ut duplicem in se naturam, dei videlicet hominisque contineret, proindeque deum pariter atque hominem, et eundem divinitus oblatum filium ac puerulum natum. In quo circumcisionis deinceps cruor stetit, ut in evangelio ipse testatur. Cum enim gentiles videndi eius desiderio accessissent, et ad Philippum adeuntes dixissent, *Ostende nobis Iesum,* ac Philippus id Andreae, Andreas Christo retulisset his verbis: *Gentiles quidam videre te cupiunt,* dominus illico respon- Ioann. 12, 21.
dit, *Nunc pervenit gloria dei;* ut circumcisionem carnis praeteriisse iam doceret, et ad certum tempus figurae serviisse, carnis vero praeputium spirituali ac praestantiori circumcisione praeditum contemplari Christum eiusque reipsa compotem fieri.

Cap. XXVIII.

Quod si istud nobis obiiciant: Cur igitur circumcisus est Christus? ita a nobis audient: Iamdudum quidem, o homines opinione falsa ducti, caussam vobis cur esset circumcisus ostendimus. Multis enim id de caussis sustinuit. Primum, ut se carnem re vera induisse monstraret, propter Manichaeum ceterosque qui similitudine quadam ac specie duntaxat apparuisse docuerunt. Deinde ut corpus divinitati consubstantiale non esse demonstraret, ut Apollinaris existimat, nec e coelo delatum in terras, qui Valentini error fuit. Tum ut cuius olim circumcisionis auctor fuerat, eam ad adventum usque suum observatam fuisse merito comprobaret, atque ut omnem Iudaeis excusationem eriperet. Nisi enim circumcisus foret, hoc ad sui purgationem afferre potuissent. Nos Christum praeputio praeditum probare nequivimus. Praeterea vero eum oportebat, qui Abrahamo circumcidendi sui mandatum ediderat, ut ad veri et aspectum fugientis adumbrandam imaginem apparens illud signum et aspectabile prae se ferret, ratum illud sua circumcisione facere. Nam externa illa circumcisio Abraamo ob eius haesitationem imposita fuit, cum vir sanctus ac iustus velut dubitando dixisset, *An centenario* Gen. 17, 17.
nascetur filius? et Sarra iam anus filium pariet? Statimque dominus, *Sume,* inquit, *mihi arietem annorum trium, et capram, et vaccam, etc. Cumque sol occumberet, cum lampades ignis et clibanum vidisset etc.,*

φήσας αὐτῷ ὁ θεὸς κατ' ἐπιτίμησιν, Πάροικον ἔσται τὸ σπέρμα σου ἐν γῇ ἀλλοτρίᾳ, καὶ καταδουλώσουσιν [3] αὐτὸ ἔτη τετρακόσια, ἀσφαλείας
pag. 154. ἕνεκα διὰ τὸν δισταγμὸν, δι' ὃν εἶπεν, Εἰ τῷ [4] ἑκατονταέτει υἱὸς γενήσεται· ἵνα μὴ καταδουλωθὲν τὸ σπέρμα ὑπὸ εἰδωλολατρῶν καὶ ἀπίστων Αἰγυπτίων ἐπιλάθηται θεοῦ τῶν πατέρων αὐτοῦ, ἐπέθηκεν αὐτῷ καὶ αὐτοῖς τὴν ἔνσαρκον περιτομὴν, ἵνα ὁρῶντες ὑπομιμνήσκωνται, καὶ δυςωπῶνται, καὶ μὴ ἀρνῶνται αὐτόν. Καὶ διήρκεσεν ἄχρι Χριστοῦ τοῦτο· καὶ τούτου ἕνεκα καὶ αὐτὸς εὐδοκεῖ περιτμηθῆναι. Καὶ ἄνθρωπος γέγονεν ἐν ἀληθείᾳ, ἄνωθεν ἐλθὼν ἐκ πατρὸς θεὸς λόγος, καὶ οὐκ ἀποθέμενος τὴν θεότητα, ἀλλὰ σάρκα φορέσας ἐν ἀληθείᾳ, τελείαν τε ἐνανθρώπησιν ἔχων, περιτέμνεται, τὰ πάντα οἰκονομῶν ἐν ἀληθείᾳ, ἵνα καὶ Ἰουδαῖοι, ὡς προεῖπον, ἀναπολόγητοι ὄντες, καὶ Μανιχαῖοι, καὶ ἄλλοι ἐλεγχθήσωνται, καὶ ἵνα περιτμηθεὶς εὐλόγως καταλύσῃ τὴν περιτομὴν, καὶ ἄλλην μείζονα δείξῃ, οὐχ ὡς μὴ ἔχων, καὶ ἑαυτῷ συνιστάμενος, ἀλλὰ ἔχων μὲν, δεικνὺς δὲ ὅτι ταύτης οὐκέτι ἐστὶ χρεία, ἀλλὰ τῆς μείζονος.

Κεφ. κθ'. Καὶ ὅτι μὲν εὐθὺς γεννηθεὶς θεὸς ἦν, καὶ οὐ ψιλὸς ἄνθρωπος, οἱ Μάγοι σαφῶς δείξουσι. Μετὰ γὰρ δύο ἐτῶν χρόνον, ὡς ἔδειξαν τῷ Ἡρώδῃ τὸν χρόνον τοῦ ἀστέρος, ἀπὸ διετοῦς καὶ κατωτέρω, ἐλθόντες εἰς Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἐρωτήσαντες οἱ αὐτοὶ Μάγοι, καὶ γνόντες ὅτι ἐν Βηθλεὲμ Χριστὸς γεννᾶται, ἐξῆλθον πάλιν τοῦ ἀστέρος ὁδηγοῦντος αὐτοῖς, καὶ ἦλθον ἀπὸ Ἱεροσολύμων εἰς Βηθλεέμ. Καὶ εἰςελθόντες εὗρον αὐτὸν μετὰ τῆς μητρὸς αὐτοῦ Μαρίας, καὶ πεσόντες προςεκύνησαν αὐτῷ, καὶ προςήνεγκαν τὰ δῶρα. Εἰ τοίνυν εὐθὺς προςκυνεῖται, οὐ ψιλὸς ἄνθρωπος ὁ γεννηθεὶς, ἀλλὰ θεός· καὶ οὐ μετὰ τριάκοντα ἔτη, καὶ οὐ μετὰ τὸ βάπτισμα Χριστὸς γίνεται, ἀλλὰ εὐθὺς Χριστὸς ἐγεννήθη ἀπὸ Μαρίας παρθένου θεὸς καὶ ἄνθρωπος. Διὸ καὶ οἱ ἄγγελοι εὐθὺς ὑμνοῦσι, λέγοντες, Δόξα ἐν ὑψίστοις θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία, καὶ εὐαγγελίζονται τοὺς ποιμένας, λέγοντες, Ἐγεννήθη ἡμῖν Χριστὸς κύριος σήμερον ἐν πόλει Δαβίδ. Καὶ οὐ μόνον τοῦτο, ὦ ἠπατημένε Ἐβίων, δείκνυται, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ δωδεκαετοῦς εὑρίσκεται καθήμενος ἀναμέσον τῶν ἱερέων καὶ πρεσβυτέρων,
pag. 155. ἐρωτῶν αὐτοὺς, καὶ ζητῶν μετ' αὐτῶν, καὶ ἐξεπλήττοντο ἐπὶ τῷ λόγῳ τῆς χάριτος, τῷ ἐκπορευομένῳ ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ. Καὶ οὐχὶ μετὰ τὸ τριακοστὸν ἔτος ἐποίει τοῦτο, ἵνα εἴπῃς ὅτι ἀφ' οὗ ἦλθε τὸ πνεῦμα εἰς αὐτὸν Χριστὸς ἐγένετο, ἀλλὰ εὐθὺς ἀπὸ δωδεκαετοῦς, ὡς προεῖπον, ὡς γέγραπται ἐν τῷ κατὰ Λουκᾶν εὐαγγελίῳ. Ἀλλὰ καὶ ἔτι

3. αὐτὸ *reposui ex cod. Rhedig., sensu postulante. Editi libri habent* αὐτῷ. *Sed Cornarius recte vertit Latine:* et in servitutem adigunt ipsum per annos trecentos.

4. *Libri vulgo omnes* ἑκατονταέτῃ.

eius castigandi caussa deus edixit: *Peregrinum erit semen tuum in terra aliena, et subiicient eos servituti quadringentis annis.* Gen. 15, 13. Quamobrem stabilitatis cuiusdam ac firmitatis gratia, pro eo quod nonnihil addubitans dixisset *Num centenario nascetur filius?* ne eius posteri infidelibus idolorumque cultoribus Aegyptiis in servitutem dati, ad eosdem quos et illius maiores venerati fuerant, deos sese transferrent, tam Abrahamo ipsi, quam eius stirpi circumcisionem illam carnis inussit, ut eius aspectu commonitos reverentia quaedam numinis subiret, quo minus eiurare illud auderent. Ea porro ad Christum usque permansit, ideoque et ultro circumcidi ipse voluit, et homo reipsa factus est, idem qui et deus verbum a patre de coelo lapsum, non eam quam habebat divinitatem deposuit, sed vere carnem induens atque ex perfecta hominis natura coalescens circumcisionem usurpavit. Quod totum ex rei veritate gestum est, ut et Iudaei, quemadmodum dictum est, et Manichaei omni tergiversatione sublata convinci facillime possent, ac circumcisus ipse abrogata merito circumcisione maiorem quandam induceret. Non quasi priore illa careret, minimeque suscepisset in sese, sed ut ea perfunctus nihil iam esse necessariam ostenderet, sed aliam longe illa praestantiorem.

Cap. XXIX.

Quod autem subinde in lucem editus deus fuerit, non homo duntaxat, a Magis aperte comprobatum est. Siquidem elapso iam biennio, quod ipsum stellae tempus Herodi significarunt, a biennio videlicet atque infra, Hierosolymam venientes interrogantesque Magi Matth. 2, 16. cum Bethleemi nasci Christum oportere didicissent, ab urbe digressi sunt, eademque duce stella Bethleemum aspirarunt. Ibi, posteaquam introgressi sunt, Christum cum Maria matre repererunt, et procidentes adoraverunt eum obtuleruntque munera. Quamobrem cum statim adoretur qui natus est, non nudus est homo sed deus, neque post annos triginta, vel baptismum, Christus efficitur, sed subinde Christus e Maria virgine deus pariter atque homo natus est. Propterea statim angeli coeleste carmen concinunt: *Gloria in excelsis deo, et in terra pax, hominibus propensa voluntas.* Luc. 2, 14. Sed et felici illo nuntio pastores impertiuntur: *Natus est vobis*, inquiunt, *hodie Christus dominus in civitate David.* Neque hoc solum, infelix Ebion! de Christo comprobatur, verum etiam anno aetatis duodecimo sedens inter sacerdotes ac seniores repertus est, cum eos interrogaret, ac cum illis inquireret, adeo ut *mirarentur in verbo gratiae, quod procedebat de ore eius.* Luc. 4, 22. Non hoc anno demum trigesimo faciebat, ut dicere possis, ex quo spiritus in eum sanctus illapsus est, Christum esse coepisse, sed a XII. statim, uti diximus, estque a Luca in evangelio proditum. Quinetiam paulo ante cum, ut refert, paene

ἀνωτέρω, ὅτε νηπιάζοντος ἀνῆλθον, φησὶν, οἱ περὶ Ἰωσὴφ καὶ Μαριὰμ εἰς Ἱερουσαλὴμ προςκυνῆσαι ἐν τῇ ἑορτῇ, καὶ ἀνέκαμπτον, ἔμεινεν Ἰησοῦς, καὶ ἐζήτουν αὐτὸν ἐν τῇ ὁδοιπορίᾳ, καὶ ἐν τοῖς συγγενέσιν αὐτῶν, καὶ οὐχ ηὕρισκον. Εἶχε γὰρ ἡ Μαρία συγγένειαν. Ἀνακάμψασα δὲ καὶ εὑροῦσα αὐτὸν ἔφη αὐτῷ, Τί ἡμῖν ἐποίησας, τέκνον; Ἰδοὺ ἐγὼ καὶ ὁ πατήρ σου ὀδυνώμενοι ἐζητοῦμέν σε. Ἐν τάξει γὰρ πατρὸς ὁ Ἰωσὴφ αὐτῷ ὑπῆρχεν, οὐ γὰρ ἦν αὐτῷ πατὴρ κατὰ φύσιν. Εἶτα ὁ κύριος πρὸς αὐτὴν, Τί ὅτι ἐζητεῖτέ με; οὐκ ᾔδειτε ὅτι ἐν τοῖς τοῦ πατρός μου δεῖ εἶναί με; σημαίνων ὅτι ὁ ναὸς εἰς ὄνομα θεοῦ, τουτέστι τοῦ αὐτοῦ πατρὸς, ᾠκοδομήθη. Εἰ τοίνυν ἀπὸ νηπίου οἶδε τὸν ναὸν καὶ τὸν πατέρα, οὐκ ἄρα ψιλὸς ἄνθρωπος ὁ γεννηθεὶς Ἰησοῦς, οὐδὲ μετὰ τὸ τριακοστὸν ἔτος, μετὰ τὸ ἐλθεῖν εἰς αὐτὸν τὸ εἶδος τῆς περιστερᾶς, υἱὸς καὶ Χριστὸς ἐκαλεῖτο, ἀλλὰ εὐθὺς ἐν τοῖς τοῦ πατρὸς αὐτοῦ δεῖν αὐτὸν εἶναι ἐδίδασκεν. [1]Ὅτι δὲ ὁ Ἰωσὴφ οὐχὶ πατὴρ αὐτοῦ ἦν, ἀλλὰ ἐν τάξει πατρὸς, ἄκουε τοῦ αὐτοῦ εὐαγγελιστοῦ λέγοντος, τοῦ γράψαντος ἀπὸ προςώπου Μαρίας ὅτι, Ἐγὼ καὶ ὁ πατήρ σου ὀδυνώμενοι ἐζητοῦμέν σε. Πάλιν πῶς γράφει λέγων, Ἦν δὲ Ἰησοῦς ἀρχόμενος εἶναι ὡς ἐτῶν τριάκοντα, ὢν υἱὸς, ὡς ἐνομίζετο, Ἰωσήφ. Ἐν δὲ τῷ εἰπεῖν, Ὡς ἐνομίζετο, ἔδειξεν αὐτὸν μὴ εἶναι αὐτοῦ υἱὸν, ἀλλὰ νομίζεσθαι.

Κεφ. λ'. Ἐπιλείψει δέ μοι ὁ χρόνος διηγουμένῳ εἰς παράστασιν τῆς ἀληθείας, καὶ εἰς ἔλεγχον τῆς ματαιοφροσύνης Ἐβίωνος καὶ τοῦ αὐτοῦ παραπεποιημένου [1]ματαιόφρονος διδασκαλείου. [2]Πόθεν γὰρ οὐ σαφὲς ἂν εἴη ὅτι οὐ πατὴρ ἦν Ἰωσὴφ, ἀλλ' ἐν τάξει πατρὸς ἐνομίζετο; Ἰδοὺ γὰρ, φησὶν, ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱὸν, καὶ pag. 156. οὐκ εἶπεν, Ἰδοὺ ἡ γυνή. Καὶ πάλιν ἐν ἑτέρῳ τόπῳ λέγει, Καὶ τέξεται ἡ δάμαλις, καὶ ἐροῦσιν, Οὐ τέτοκεν. Ἐπειδὴ γάρ τινες τῶν Μανιχαίων καὶ Μαρκιωνιστῶν λέγουσιν αὐτὸν μὴ τετέχθαι, διὰ τοῦτο, Τέξεται, καὶ ἐροῦσιν, Οὐ τέτοκεν· ἐπειδὴ οὐ τέτοκεν ἡ Μαρία ἐκ σπέρματος ἀνδρός. Καὶ οὗτοι μανέντες λέγουσι ψευδῶς ἐκ σπέρματος ἀνδρὸς αὐτὴν γεγεννηκέναι. Γεγέννηκεν οὖν ἡ [3]δάμαλις ἐν ἀληθείᾳ, θεὸν ἄνθρωπον ἐν ἀληθείᾳ. Καὶ ὅτι μὲν δάμαλις ἡ παρθένος καλεῖται, καὶ τὸ ταύτης λείψανον καθαρισμὸς ἦν τῶν κεκοινωμένων, ἄκουε τοῦ νόμου λέγοντος, Λάβε μοι δάμαλιν πυῤῥάν· ἵνα δείξῃ τὸ ἐκλεκτὸν σκεῦος τῆς Μαρίας, διὰ τὸ πυροειδὲς τῆς τοῦ σωτῆρος θεότητος χωρηθὲν ἐν τῇ παρθένῳ. Πῦρ γὰρ ὁ θεός, φησὶ, καταναλίσκον. Καί φησιν ὁ νόμος, Δάμαλιν πυῤῥὰν, ἐφ' ᾗ ζυγὸς οὐκ ἀνεβέβηκεν ἐπὶ τὸν τράχηλον,

CAP. XXIX. — 1. καὶ ὅτι *habet cod. Vatic.*

CAP. XXX. — 1. ματαιοφροσύνης *cod. Vatic.*
2. Πῶς γὰρ οὐκ ἂν σαφὲς *cod. Vatic.*

adhuc illo puero, Iosephus ac Maria adorandi gratia Hierosolymam festo die perrexissent, redeuntibus illis, remansit Iesus; quem in itinere et apud cognatos illi quaeritabant nec reperire poterant. Maria quippe cognationem habebat. Igitur cum ad urbem revertisset, ac tandem illum offendisset, sic eum alloquitur: *Fili, quid fecisti nobis? Ecce ego et pater tuus dolentes quaerebamus te.* Luc. 2, 48. Iosephus enim loco ei patris erat, non naturalis pater. Ad haec dominus, *Quid est*, inquit, *quod quaerebatis me? nesciebatis quod in iis quae patris mei sunt oportet me esse?* Quo responso significabat templum in dei, hoc est patris sui, nomen fuisse constructum. Quamobrem si ab ipsa propemodum infantia templum patremque cognorat, utique non merus homo natus ille Iesus extitit, neque post annum demum XXX., cum se in eum columbae specie spiritus sanctus insinuasset, filius ac Christus appellari coepit, sed subinde in his quae ad patrem suum attinerent versari se oportere docuit. Quod vero Iosephus non illius pater esset, sed vicem patris gereret, audi ex illo eodem evangelista, qui Mariam ita loquentem facit: *Ego et pater tuus dolentes quaerebamus te.* Audi inquam quid alio loco scripserit: *Erat autem*, inquit, *Iesus incipiens esse quasi annorum XXX, qui erat, ut putabatur, Iosephi filius.* Luc. 3, 23. Ubi cum eas voces addidit, *Ut putabatur*, non ipsius revera fuisse filium, sed ita duntaxat habitum fuisse demonstrat.

Cap. XXX. Deficiet me tempus, si ad comprobandam veritatem ac tam Ebionis quam absurdissimae illius scholae refellendam amentiam pluribus disputare voluero. Quis enim facile non intelligit Iosephum minime illius parentem, sed parentis loco habitum fuisse? *Ecce enim*, inquit, *virgo concipiet, et pariet filium.* Esai. 7, 14. Non dixit, *Ecce mulier.* Ac rursum alio loco: *Et pariet vitula, et dicent, Non peperit.* Nam cum Manichaeorum ac Marcionistarum quidam negent illum partu in lucem editum, ob id, *Pariet*, inquit, *et dicent, Non peperit*, quoniam de viri semine Maria non peperit. At furiosi isti de viri semine falso illam peperisse dictitant. Igitur vitula hominem eundem ac deum vere illa quidem peperit. Vitulae porro nomine virginem nominari, eiusque reliquias ad eos qui impuri essent expiandos adhiberi consuevisse, quemadmodum lex ipsa testetur, accipe: *Sume*, inquit, *vitulam rufam.* Num. 19, 2. Ut electum vas Mariae significaret, propter igneam in salvatore vim divinitatis, quam virgo capiebat. *Deus enim*, inquit, *ignis consumens est.* Ait igitur lex: *Vitulam rufam, cuius collo nondum impositum est iugum*, ut b. virgi-

3. δάμαλις ἐν ἀληθείᾳ, θεὸν ἄνθρωπον ἐν ἀληθείᾳ cod. *Vatic.*, *non ut habet edit. Petav.*, δάμαλις θεὸν ἄνθρωπον ἐν ἀληθείᾳ. *Ed. princ. et cod. Rhedig. verba* θεὸν ἄνθρωπον ἐν ἀληθείᾳ *non habent.*

ἵνα δείξῃ τὴν παρθένον δάμαλιν, μὴ γνοῦσαν ζυγὸν γάμου ἀνδρός. Ἀλλὰ τί μοι τὰ πλεῖστα διαλέγεσθαι; ὡς πάλιν Ἡσαΐας ἔφη ἐκ προςώπου τοῦ κυρίου ὅτι, Λάβε σοι τόμον χάρτου καινοῦ μεγάλου, τόμον, διὰ τὸ εἶναι μὲν τὴν παρθένον ἐκ σπέρματος ἀνδρὸς, τετμῆσθαι δὲ ἀπὸ μίξεως ἀνδρῶν, καὶ τὸ τμηθῆναι ἀπὸ τῆς τῶν ἀνθρώπων κατὰ φύσιν συνηθείας. Πάντες γὰρ ἄνθρωποι ἐκ σπέρματος ἀνδρὸς γεννῶνται. Ἡ δὲ τοῦ Χριστοῦ γέννησις κατὰ φύσιν μὲν ἐκ γυναικὸς παρθένου Μαρίας τὴν ἐνανθρώπησιν ἔσχηκε, παρὰ φύσιν δὲ ἐτμήθη ἀπὸ τῆς κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα ἀκολουθίας· ὡς καὶ Ἰακὼβ περὶ αὐτοῦ λέγει, Ἐκ βλαστοῦ, υἱέ μου, ἀνέβης· καὶ οὐκ εἶπεν, Ἐκ σπέρματος ἀνέβης. Καὶ τούτου χάριν φησὶν ὁ ἅγιος Ἡσαΐας ὁ προφήτης, μᾶλλον δὲ ὁ κύριος αὐτῷ λέγει, Λάβε σεαυτῷ τόμον χάρτου, τὸ εἶδος τῆς συνηθείας σημαίνων ἐν ᾧ τὰ πάντα γράφουσιν υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων. Ὡς καὶ ἐν τῷ ἑκατοστῷ τριακοστῷ ὀγδόῳ ψαλμῷ λέγει, Ἐπὶ τὸ βιβλίον σου πάντες γραφήσονται, ἡμέρας πλασθήσονται, καὶ οὐθεὶς ἐν αὐτοῖς. Βιβλίῳ γὰρ ἀπείκασε τὴν μήτραν. Διὰ τοῦτο ὁ Δαβὶδ λέγει, Τὸ ἀκατέργαστόν μου εἶδον οἱ ὀφθαλμοί σου, τουτέστι σπαρέντα πρὶν ἀπεικονισθῆναί με ἔγνως με, καὶ ἔτι πρότερον, πρὶν τοῦ σπαρῆναί με.

Κεφ. λα'. Ὁ δὲ Ἑβραϊκὸς θαυμαστῶς τὸ ῥῆμα σαφηνίζει. Τὸ Ἀκατέργαστον γὰρ Γολμὴ ἐκάλεσαν, ὅπερ ἑρμηνεύεται χόνδρος, ἢ σεμιδάλεως
pag. 157. κόκκος, δῆθεν τὸ μηδέπω εἰς ἄρτον συνελθὸν καὶ φυραθὲν, ἀλλ' ὡς ἀπὸ κόκκου σίτου τμηθὲν χόνδρον ἢ χονδρίτης, ἢ λεπτὴ ψηφὶς, ἥτις ἐκ σεμιδάλεως γίνεται. Οὕτως τὸ ἰσότυπον τοῦ εἴδους τὸ τεμνόμενον ἐξ ἀνθρώπου εἰς τὴν σπορὰν ἀκριβολογῶν ἀπέδειξε, καί φησιν, εἰς Ἑλλάδα διάλεκτον ἑρμηνευομένου τοῦ λόγου, Τὸ ἀκατέργαστον, τουτέστι τὸ ἄπλαστον ἔτι ἐν κοιλίᾳ, ἢ πρὸ κοιλίας, εἶδον οἱ ὀφθαλμοί σου. Οἶδε γὰρ πάντα θεὸς πρὶν γενέσθαι, ὡς γέγραπται. [1] Πλὴν βιβλίον καὶ τόμος μήτρα ἐστὶν ἡ σημαινομένη. Καὶ οὐκ εἶπε, Λάβε σεαυτῷ [2] βιβλίον, ἢ, Λάβε σεαυτῷ χάρτην, ἀλλὰ Τόμον, διὰ τὸ ἰδιάζον παρὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων συνήθειαν, Χάρτου, διὰ τὸ γραφικὸν τῆς μήτρας, Καινοῦ, διὰ τὸ καινὸν τῆς παρθένου καὶ ἄχραντον. Μεγάλη γὰρ ὡς ἀληθῶς Μαριὰμ ἡ ἁγία παρθένος ἐνώπιον θεοῦ καὶ ἀνθρώπων. Πῶς γὰρ οὐκ ἂν εἴπομεν ταύτην μεγάλην, χωρήσασαν τὸν ἀχώρητον, ὃν οὐρανὸς καὶ γῆ χωρεῖν οὐ δύνανται; Αὐτὸς δὲ ἀχώρητος ὢν κατὰ ἰδίαν προαίρεσιν καὶ εὐδοκίαν ἐχωρήθη βουλόμενος, καὶ οὐ κατὰ ἀνάγκην. Διὸ μέγας ὁ τόμος καὶ καινός· μέγας, διὰ τὸ θαῦμα, καινὸς, ὅτι παρθένος. Καὶ, Γράψον, φησὶν, ἐν αὐτῷ γραφίδι ἀνθρώπου. Καὶ οὐκ εἶπε, Γράψει ἐν αὐτῷ τις γραφίδι ἀνθρώπου, οὐδὲ εἶπε, Γράψει ἐν

Cap. XXXI. — 1. πρὶν cod. Vatic. — 2. Verba βιβλίον, ἢ Λάβε σεαυτῷ, quae desiderantur in ed. princ. et in cod. Rhedig., Petavius ex cod. Vatic. recepit.

nem illam esse vitulam significet, quae nuptiarum iugo cervicem nondum submiserit. Verum quid hic pluribus disputare necesse est? aut illud ipsum commemorare, quod sub domini persona dixit Isaias: *Accipe segmentum chartae recentis ac maioris?* Ubi segmenti usus est vocabulo, quod etsi e virili semine propagata sit virgo, eadem tamen sit ab humano concubitu naturalique hominum consuetudine velut secta. Universi quippe homines e virili semine gignuntur. At Christi generatio uti naturaliter ex muliere, Maria scilicet virgine, naturam duxit humanam, ita praeter naturam ab originis humanae consuetudine resecta est; id quod Iacobus de eo pronuntiat his verbis: *Ex germine, fili mi, ascendisti.* Non dixit, *E semine ascendisti.* Atque idcirco Isaias propheta, sive potius Isaiae dominus, hunc in modum locutus est: *Sume tibi chartae segmentum.* Quo quidem usitatum hominibus scribendi morem ac rationem expressit. Quo pertinet illud e psalmo CXXXVIII.: *In libro tuo omnes scribentur: dies formabuntur, et nemo in iis.* Nam cum libro uterum comparavit. Propterea, *Imperfectum,* ait, *meum viderunt oculi tui;* hoc est proseminatum me antequam fingerer cognosti, imo etiam antequam proseminatus forem.

Esai. 8, 1. Gen. 49, 9. Psalm. 138, 16.

Cap. XXXI.

καὶ τὴν οἰκονομίαν δὲ [7] ἐν τῇ ἕκτῃ τῶν ἡμερῶν, ἥτις ἐστὶ παρασκευὴ, τὸν ἔσχατον ἄνθρωπον εἰς ἀναγέννησιν τοῦ πρώτου ἀνθρώπου πεφηνέναι· ἧς οἰκονομίας ἀρχὴν καὶ τέλος καὶ τὴν ἕκτην ὥραν, ἐν ᾗ προσηλώθη τῷ ξύλῳ. Τὸν γὰρ τέλειον Νοῦν ἐπιστάμενον τὸν τῶν ἓξ ἀριθμὸν δύναμιν, ποιήσεως καὶ ἀναγεννήσεως ἔχοντα, φανερῶσαι τοῖς υἱοῖς τοῦ φωτὸς τὴν [8] διὰ τοῦ φανέντος ἐπισήμου εἰς αὐτὸν [9] δι' αὐτοῦ γενομένην ἀναγέννησιν. Ἔνθεν καὶ τὰ διπλᾶ γράμματα τὸν ἀριθμὸν ἐπίσημον ἔχειν φησίν. Ὁ γὰρ ἐπίσημος ἀριθμὸς [10] συγκραθεὶς τοῖς εἰκοσιτέσσαρσι στοιχείοις τὸ τριακονταγράμματον ὄνομα ἀπετέλεσε. Κέχρηται δὲ διακόνῳ τῷ τῶν ἑπτὰ ἀριθμῶν μεγέθει, ὥς φησιν ἡ Μάρκου Σιγὴ, ἵνα τῆς αὐτοβουλήτου βουλῆς φανερωθῇ ὁ καρπός. Τὸν μέν τοι ἐπίσημον τοῦτον ἀριθμὸν ἐπὶ τοῦ παρόντος, φησὶ, τὸν
pag. 241. [11] ἐπὶ τοῦ ἐπισήμου μορφωθέντα, νόησον, τὸν ὥσπερ μερισθέντα [12] ἢ διχοτομηθέντα, καὶ ἔξω μείναντα, ὃς τῇ ἑαυτοῦ δυνάμει τε καὶ φρονήσει διὰ τῆς ἀπ' αὐτοῦ προβολῆς τοῦτον [13] τὸν τῶν ἑπτὰ δυνάμεων [14] κατὰ μίμησιν τῆς Ἑβδομάδος δυνάμεως ἐψύχωσε κόσμον, καὶ ψυχὴν ἔθετο εἶναι τοῦ ὁρωμένου παντός. Κέχρηται μὲν οὖν καὶ αὐτὸς οὗτος τῷδε τῷ ἔργῳ, ὡς αὐθαιρέτως ὑπ' αὐτοῦ [15] γενομένῳ, τὰ δὲ διακονεῖ, μιμήματα ὄντα τῶν ἀμιμήτων, τὴν Ἐνθύμησιν τῆς Μητρός. Καὶ ὁ μὲν πρῶτος οὐρανὸς φθέγγεται τὸ ᾱ, ὁ δὲ μετὰ τοῦτον τὸ ε̄, ὁ δὲ τρίτος η̄, τέταρτος δὲ καὶ μέσος τῶν ἑπτὰ τὴν τοῦ ῑ δύναμιν ἐκφωνεῖ, ὁ δὲ πέμπτος τὸ ο̄, ἕκτος δὲ τὸ ῡ, ἕβδομος [16] δὲ καὶ τέταρτος ἀπὸ [17] μέσου τὸ ω̄ στοιχεῖον ἐκβοᾷ, καθὼς ἡ Μάρκου Σιγὴ, ἡ πολλὰ μὲν φλυαροῦσα, μηδὲν δὲ ἀληθὲς λέγουσα, διαβεβαιοῦται· αἵ τινες δυνάμεις ὁμοῦ, φησὶ, πᾶσαι εἰς ἀλλήλας συμπλακεῖσαι ἠχοῦσι καὶ δοξάζουσιν ἐκεῖνον ὑφ' οὗ προεβλήθησαν, ἡ δὲ δόξα τῆς ἠχῆς ἀναπέμπεται εἰς τὸν Προπάτορα. Ταύτης μέν τοι τῆς δοξολογίας τὸν ἦχον εἰς τὴν γῆν φερόμενόν φησι πλάστην γενέσθαι καὶ γεννήτορα τῶν ἐπὶ τῆς γῆς· τὴν δὲ ἀπόδειξιν φέρει ἀπὸ τῶν ἄρτι γεννωμένων βρεφῶν, ὧν [18] ἡ ψυχὴ ἅμα τῷ ἐκ μήτρας προελθεῖν ἐπιβοᾷ ἑνὸς ἑκάστου τῶν στοιχείων τούτων τὸν ἦχον. Καθὼς οὖν αἱ ἑπτὰ, φησὶ, δυνάμεις δοξάζουσι τὸν Λόγον, οὕτως καὶ ἡ ψυχὴ ἐν τοῖς βρέφεσι κλαίουσα καὶ θρηνοῦσα Μάρκον δοξάζει αὐτόν. Διὰ τοῦτο δὲ καὶ τὸν Δαβὶδ εἰρηκέναι, Ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω αἶνον· καὶ πάλιν, Οἱ οὐρανοὶ [19] τῶν οὐρανῶν διηγοῦνται δόξαν θεοῦ. Καὶ διὰ τοῦτο ἔν τε πόνοις καὶ ταλαιπωρίαις ψυχὴ γενομένη εἰς διυλισμὸν αὐτῆς ἐπιφωνεῖ [20] τὸ ω̄,

7. τοῦ πάθους *addit Pseudo-Origenes.*

8. διὰ τοῦ *scripsi de auctoritate Pseudo-Origenis. Vulgo* δι' αὐτοῦ.

9. ἀριθμὸν *pro* δι' αὐτοῦ *Massuetus reposuit ex cod. Paris.* εἰς τὴν δι' αὐτοῦ ἐπιγ. ἀναγέννησιν *habet Pseudo-Origenes. Vet. Interpres:* manifestasse filiis luminis eam generationem quae facta est per eum qui manifestatus est insignis in eum numerum.

10. συγκερασθεὶς *Pseudo-Origenes.*

11. ἀπὸ *correxerunt Petavius, Grabius aliique, Vet. Interpretem secuti.*

minem scripserit, imo etiam cur sexto, hoc est parasceues, die postremus homo ad instaurandam prioris hominis generationem suam illam functionem obierit, cuius initium ac finis hora sexta fuerit, qua ligno sit affixus. Perfectam quippe mentem cum in senario numero efficiendi instaurandique vim inesse non ignoraret, filiis lucis iteratam illam declarasse generationem, quae per insignem ipsum apparentem in eum numerum extiterit. Unde et duplices literas insignem continere numerum docuit. Insignis enim numerus cum quatuor et viginti permistus elementis triginta literarum nomen conficit. Sed numerorum septem magnitudine tanquam administra utitur, ut Marci Sige narrabat, ut a sua voluntate profecti consilii fructus appareat. Ceterum insignem hunc numerum eum, inquit, intellige qui ab insigni formatus est, quique velut divisus et bipartitus est, forisque remanet, qui sua virtute ac prudentia efficientiaque propria mundum hunc ad septenarii virtutis imitationem septem virtutibus comprehensam animavit, eiusque omnis, quod aspectabile est, animam constituit. Hoc igitur opere velut sponte a se facto ipsemet utitur. Alia vero, cum sint imitationes quaedam non imitabilium, Cogitationi Matris serviunt. Itaque primum coelum *A* pronuntiat, secundum *E*, tertium *H*, quartum et medium vocalis *I* vim effert, quintum *O*, sextum *Υ*, septimum et quartum elementum *Ω* e medio proclamat, ait Marciana Sige, quae magnas nugas effutiens veri nihil eloquitur. Virtutes illae porro simul omnes invicem consertae resonant, inquit, ac praedicant eum a quo productae sunt. Cuius sonitus collaudatio primum in Parentem confertur, idemque sonus delatus in terram omnium quae sunt in ea fictor ac procreator est factus. Quod ex recens editis infantibus demonstrare nititur, qui simulatque matris ex utero prodierunt, vagitu suo uniuscuiusque elementorum istorum sonum exprimunt. Ut igitur septenae virtutes, ait, Verbum laudibus efferunt: ita et Marcum ipsum plorans in infantibus ac moerens anima praedicat. Ideo quoque David cecinit: *Ex ore infantium et* Psalm. 8, 3.
lactentium perfecisti laudem. Ac rursum: *Coeli coelorum enarrant* Psalm. 18, 2.
gloriam dei. Hinc est quod inter labores et aerumnas, ut sit quodammodo defaecatior anima, literam *Ω* pronuntiat, quod est lauda-

12. ἢ διχοτομηθέντα *desideratur in cod. Veneto et apud Pseudo-Originem.*
13. τὴν ζωὴν τῶν *habet vitiose Pseudo-Origenes.*
14. κατὰ μίμησιν *codd. Ven. Rhedig. Paris.* μιμήσει *Pseudo-Origenes. Vulgo* καὶ μίμησιν.
15. γενόμενα τὰ δι' εἰκόνων, μιμήματα *cett. habet Pseudo-Origenes.*
16. δὲ *adieci ex cod. Veneto et Pseudo-Origene. Agnoscit etiam Vet. Interpres.*
17. ἀπὸ μέσου *reposui ex Pseudo-Origene et Vet. Interprete. Omittit cod. Venetus.* ἀπὸ μέρους *vulgata est scriptura.*
18. ἡ ψυχὴ *reposui ex Pseudo-Origene et Vet. Interprete, sententia postulante. Epiphanii libri habent* ἠχὴ.
19. *Verba* τῶν οὐρανῶν *non agnoscunt Pseudo-Origenes et Vet. Interpres.*
20. τῷ ω̄ *cod. Venet.*

εἰς σημεῖον αἰνέσεως, ἵνα γνωρίσασα ἡ ἄνω ψυχὴ τὸ συγγενὲς αὐτῆς βοηθὸν αὐτῇ καταπέμψῃ.

Κεφ. η'. *Καὶ περὶ μὲν τοῦ παντὸς ὀνόματος τριάκοντα ὄντος γραμμάτων τούτου, καὶ τοῦ Βυθοῦ τοῦ αὔξοντος ἐκ τῶν τούτου γραμμάτων, ἔτι τε τῆς Ἀληθείας σώματος δωδεκαμελοῦς ἐκ δύο γραμμάτων [1] ἑκάστου μέλους συνεστῶτος, καὶ τῆς φωνῆς αὐτῆς, ἣν [2] προσωμίλησε μὴ προσομιλήσασα, καὶ περὶ τῆς [3] ἐπιλύσεως τοῦ μὴ λαληθέντος ὀνόματος, καὶ περὶ τῆς τοῦ κόσμου ψυχῆς καὶ ἀνθρώπου, καθὰ ἔχουσι τὴν κατ' εἰκόνα*
pag. 212. *οἰκονομίαν, οὕτως ἐλήρησεν. Ἑξῆς δὲ ὡς ἀπὸ τῶν ὀνομάτων ἰσάριθμον δύναμιν ἐπέδειξεν ἡ Τετρακτὺς αὐτῷ ἀπαγγελοῦμεν· ἵνα μηδὲν λάθῃ σε τῶν εἰς ἡμᾶς ὑπ' αὐτοῦ λεγομένων ἐληλυθότων, ἀγαπητὲ, καθὼς πολλάκις ἀπῄτησας παρ' ἡμῶν. Οὕτως οὖν ἀπαγγέλλει ἡ πάνσοφος αὐτῷ Σιγὴ τὴν γένεσιν τῶν εἰκοσιτεσσάρων στοιχείων. Τῇ μονότητι συνυπάρχειν [4] ἑνότητα, ἐξ ὧν δύο προβολαὶ, καθὰ προείρηται, μονάς τε καὶ τὸ ἓν ἐπὶ δύο οὖσαι τέσσαρα ἐγένοντο· δὶς γὰρ δύο τέσσαρες. Καὶ πάλιν αἱ δύο καὶ τέσσαρες εἰς τὸ αὐτὸ συντεθεῖσαι τὸν τῶν ἓξ ἐφανέρωσαν ἀριθμόν. Οὗτοι δὲ οἱ ἓξ τετραπλασιασθέντες τὰς εἴκοσι τέσσαρας ἀπεκύησαν μορφάς. Καὶ τὰ μὲν τῆς πρώτης Τετράδος ὀνόματα ἅγια ἁγίων νοούμενα, καὶ μὴ δυνάμενα λεχθῆναι, γινώσκεσθαι ὑπὸ μόνου τοῦ Υἱοῦ, ἃ ὁ Πατὴρ οἶδε τίνα ἐστί. Τὰ δὲ σεμνὰ καὶ μετὰ πίστεως ὀνομαζόμενα παρ' αὐτῷ ἐστι [5] ταῦτα, Ἄρρητος καὶ Σιγὴ, Πατήρ τε καὶ Ἀλήθεια. Ταύτης δὲ τῆς Τετράδος ὁ σύμπας ἀριθμός ἐστι στοιχείων εἰκοσιτεσσάρων. Ὁ γὰρ Ἄρρητος ὄνομα γράμματα ἔχει ἐν ἑαυτῷ ἑπτὰ, ἡ δὲ Σιγὴ πέντε, καὶ ὁ Πατὴρ [6] πέντε, καὶ ἡ Ἀλήθεια ἑπτὰ, ἃ συντεθέντα ἐπιτοαυτὸ τὰ δὶς πέντε καὶ δὶς ἑπτὰ τὸν τῶν εἰκοσιτεσσάρων ἀριθμὸν ἀνεπλήρωσεν. Ὡσαύτως δὲ καὶ ἡ δευτέρα Τετρὰς, Λόγος καὶ Ζωὴ, Ἄνθρωπος καὶ Ἐκκλησία, τὸν αὐτὸν ἀριθμὸν τῶν στοιχείων ἀνέδειξαν. Καὶ τὸ τοῦ σωτῆρος δὲ ῥητὸν ὄνομα [7] Ἰησοῦς γραμμάτων ὑπάρχειν ἓξ, [8] τὸ δ' ἄρρητον αὐτοῦ γραμμάτων εἰκοσιτεσσάρων, Υἱὸς Χριστὸς γραμμάτων δώδεκα, τὸ δὲ ἐν Χριστῷ ἄρρητον γραμμάτων [9] τριάκοντα. Καὶ διὰ τοῦτό φησιν αὐτὸν ᾱ καὶ ω̄, ἵνα τὴν περιστερὰν μηνύσῃ, τοῦτον ἔχοντος τὸν ἀριθμὸν τούτου τοῦ ὀρνέου.*

Cap. VIII. — 1. ἑκάστου μέλους *cum Irenaei editoribus supplevi ex Vet. Interprete. Graeci quidem libri non habent.*

2. προσωμίλησε μὴ, *quod desideratur in Epiphanii libris, supplevi ex Vet. Irenaei Interprete.*

3. ἀναλύσεως *maluerunt Petavius et Billius.*

4. ἑνότητα *codd. Venet. Vatic., Pseudo-Origenes et Vet. Irenaei Interpres. Vulgo* ἑνότητι.

5. τοιαῦτα *cod. Venet.*

6. πέντε *adieci ex Pseudo-Origene et Vet. Interprete. Abest enim ab Epiphanii libris.*

7. *Vocem* Ἰησοῦς *reposui ex Vet. Interpretis auctoritate et Petavii coniecturam, quam vide, secutus. Vulgo extat* ὀκτὼ καὶ δέκα, *quod in cod. Veneto* ῆ καὶ δέκα *scriptum est. Apud Pseudo-Origenem ea vocabula plane desiderantur.*

tionis indicium, ut coelestis anima quod sibi cognatum est agnoscens opitulatorem submittat.

De toto igitur illo nomine, quod XXX ex literis componitur, Cap. VIII. Bytho qui iisce ex literis incrementum capit, nec non et Veritatis corpore membris constante duodecim, quorum singula duabus e literis conflata sunt, ipsiusque voce quam minime eloquens est elocuta, tum de minime prolati resolutione nominis, ac de Mundi et Hominis anima, quatenus ad similitudinem expressa providentiae administrationique respondent, hoc ille modo nugatus est. Quemadmodum vero ex nominibus aequalem numero Virtutem ei Tetractys ostenderit, deinceps explicabimus, ne quid eorum te, carissime, lateat, quae ab illo dicta ad nostram memoriam pervenerunt, id quod a nobis saepe postulasti. Hoc itaque modo sapientissima Sige XXIV elementorum illi generationem exposuit. Nimirum cum Singularitate Unitatem existere: ab iis propagata duo Monadem atque Unum quatuor implesse. Bis enim duo quatuor efficiunt. Rursumque duo coniuncta cum quatuor senarium ostenderunt. Hic quater in sese ductus XXIV formas effecit. Ac primae quidem Tetradis nomina sanctissima, quae intelligentia sola percipi possunt, verbis explicari non possunt, soli putat filio cognita, quae cuiusmodi sint Pater intelligit. Quae vero sic augusta sunt, ut cum fide pronuntiari possint, hunc in modum recenset. Arrhetus et Seige, Pater et Veritas. Huius Tetradis numerus omnis XXIV elementa colligit. Nam Arrhetus septem in se literas complectitur, Seige V, Pater V, et Veritas VII; quae in unum composita bis quinque bisque septem XXIV efficiunt. Ita et secunda Tetras, Logus, Zoë, Anthropus et Ecclesia eundem exhibent elementorum numerum. Iam Salvatoris nomen, quod efferri fas est, hoc est Ἰησοῦς, literarum esse sex. Quod vero pronuntiari nequit, literas habere XXIV. Ita Christum Filium literarum esse XII: quod vero in Christo nec effabile est, literarum XXX. Ideoque *Α* et *Ω* seipsum nominat, ut columbam significet. Huic enim avi numerus iste convenit.

8. *Ita restitui ex Pseudo-Origene. Vulgo* τὸν.

9. *Plenior hic ipso Irenaeo eius excerptor est Pseudo-Origenes:* Τὸ δὲ ἐν τῷ Χριστῷ ἄρρητον γραμμάτων τριάκοντα, καὶ αὐτὸ τοῖς ἐν αὐτῷ γράμμασι κατὰ ἓν στοιχεῖον ἀριθμούμενον. Τὸ γὰρ Χριστός ἐστι στοιχείων ὀκτώ. Τὸ μὲν γὰρ $\overline{\chi\epsilon\iota}$ τριῶν, τὸ δὲ $\overline{\rho}$ δύο, καὶ τὸ $\overline{\epsilon\iota}$ δύο, καὶ $\overline{\iota}$ τεσσάρων, τὸ $\overline{\sigma}$ πέντε, καὶ τὸ $\overline{\tau}$ τριῶν, τὸ δὲ $\overline{\text{ου}}$ δύο, καὶ τὸ σὰν τριῶν. Οὕτως τὸ ἐν τῷ Χριστῷ ἄρρητον φάσκουσι στοιχείων τριάκοντα. Καὶ διὰ τοῦτο δέ φασιν αὐτὸν λέγειν, Ἐγὼ τὸ ἄλφα καὶ τὸ ω̄, ἐπιδεικνύντα τὴν περιστερὰν τοῦτον ἔχουσαν τὸν ἀριθμόν, ὅ ἐστιν ὀκτακόσια ἕν. *Quod testimonium etiam refellit Salmasium de scripturae nominis Christi modo Petavium vituperantem in (Fr. Franci) Consulat. Animadv. Ant. Cercoelii pag. 73 sqq.*

Κεφ. ϛ'. Ὁ δὲ Ἰησοῦς ταύτην ἔχει, φησὶ, τὴν ἄρρητον γένεσιν. Ἀπὸ γὰρ τῆς Μητρὸς τῶν ὅλων τῆς πρώτης Τετράδος ἐν θυγατρὸς τρόπῳ προῆλθεν ἡ δευτέρα Τετρὰς, καὶ ἐγένετο Ὀγδοὰς, ἐξ ἧς προῆλθε Δεκάς. Οὕτως ἐγένετο [1] Δεκὰς καὶ Ὀγδυάς. Ἡ οὖν Δεκὰς ἐπισυνελθοῦσα τῇ Ὀγδοάδι καὶ δεκαπλασίονα αὐτὴν ποιήσασα [2] τὸν τῶν ὀγδοήκοντα προεβίβασεν ἀριθμὸν, καὶ τὰ ὀγδοήκοντα πάλιν δεκαπλασιάσασα [3] τὸν τῶν pag. 243. ὀκτακοσίων ἀριθμὸν ἐγέννησεν, ὥςτε εἶναι τὸν ἅπαντα τῶν γραμμάτων ἀριθμὸν ἀπὸ Ὀγδοάδος εἰς Δεκάδα προελθόντα η̄ καὶ π̄ καὶ ω̄, ὅ ἐστι [4] Ἰησοῦς. Τὸ γὰρ Ἰησοῦ ὄνομα κατὰ τὸν ἐν τοῖς γράμμασιν ἀριθμὸν ω̄ ἔστιν ὀγδοηκονταοκτώ. [5] Ἔχει σαφῶς καὶ τὴν [6] ὑπερουράνιον [7] τοῦ Ἰησοῦ κατ' αὐτοὺς γένεσιν. Διὸ καὶ τὸν ἀλφάβητον τῶν Ἑλλήνων ἔχειν Μονάδας ὀκτὼ, καὶ Δεκάδας ὀκτὼ, καὶ Ἑκατοντάδας ὀκτὼ, τὴν τῶν ὀκτακοσίων ὀγδοηκονταοκτὼ ψῆφον [8] ἐπιδεικνύοντα, τουτέστι [9] τὸν Ἰησοῦν, [10] τὸν ἐκ πάντων [11] συνεστῶτα τῶν ἀριθμῶν, καὶ διὰ [12] τοῦτο ἄλφα καὶ ω̄ ὀνομάζεσθαι αὐτὸν, τὴν ἐκ πάντων γένεσιν σημαίνοντα. Καὶ πάλιν οὕτως. Τῆς πρώτης Τετράδος κατὰ πρόςβασιν ἀριθμοῦ εἰς αὐτὴν συντιθεμένης ὁ τῶν δέκα ἀνεφάνη ἀριθμός. Μία γὰρ καὶ δύο καὶ τρεῖς [13] καὶ τέσσαρες ἐπιτοαυτὸ συντεθεῖσαι δέκα γίνονται, καὶ τοῦτ' εἶναι θέλουσι τὸν Ἰησοῦν. Ἀλλὰ καὶ ὁ Χριστὸς, φησὶ, γραμμάτων ὀκτὼ ὢν, τὴν πρώτην Ὀγδοάδα σημαίνει, ἥτις τῷ δέκα συμπλακεῖσα τὸν Ἰησοῦν ἀπεκύησε. Λέγεται δὲ, φησὶ, καὶ Υἱὸς Χριστὸς, τουτέστιν ἡ Δωδεκάς. Τὸ γὰρ Υἱὸς ὄνομα γραμμάτων ἐστὶ τεσσάρων, τὸ δὲ Χριστὸς ὀκτὼ, ἅτινα συντεθέντα τὸ τῆς Δωδεκάδος ἐπέδειξαν μέγεθος. Πρὶν μὲν οὖν, φησὶ, τούτου τοῦ ὀνόματος τὸ ἐπίσημον φανῆναι, τουτέστι τὸν Ἰησοῦν, τοῖς υἱοῖς, ἐν ἀγνοίᾳ πολλῇ ὑπῆρχον οἱ ἄνθρωποι καὶ πλάνῃ· ὅτε δὲ ἐφανερώθη τὸ ἑξαγράμματον ὄνομα, ὃς σάρκα [14] περιεβάλετο, ἵνα εἰς τὴν αἴσθησιν τοῦ ἀνθρώπου κατέλθῃ, ἔχων ἐν ἑαυτῷ αὐτὰ τὰ ἓξ καὶ τὰ εἰκοσιτέσσαρα, τότε γνόντες αὐτὸν ἐπαύσαντο τῆς ἀγνοίας. Ἐκ θανάτου δὲ εἰς ζωὴν ἀνῆλθον, τοῦ ὀνόματος αὐτοῖς [15] ὁδοῦ γεννηθέντος πρὸς τὸν Πατέρα τῆς ἀληθείας. Τεθεληκέναι γὰρ τὸν Πατέρα τῶν ὅλων λῦσαι τὴν ἄγνοιαν καὶ καθελεῖν τὸν θάνατον. Ἀγνοίας δὲ λύσις ἡ ἐπίγνωσις αὐτοῦ ἐγίνετο. Καὶ διὰ τοῦτο ἐκλεχθῆναι τὸν κατὰ τὸ θέλημα αὐτοῦ κατ' εἰκόνα τῆς ἄνω δυνάμεως οἰκονομηθέντα ἄνθρωπον.

CAP. IX. — 1. δέκα, εἶτα δεκαοκτώ *Pseudo-Origenes.* Sic factum est XVIII. *habet Vet. Interpres.*

2. τὸ *cod. Ven.*

3. τὸ *cod. Ven.*

4. Ἰησοῦς *restitui ex Vet. Interprete et Pseudo-Origene, contra codicum mss. Epiphanii auctoritatem, qui praebent, una cum editis,* δεκαοκτώ. *In cod. Vatic. scriptum est* ῑη̄.

5. ἔχεις *secundum Vet. Interpr. coniecerunt Billius, Massuetus aliique.*

6. ὑπουράνιον *cod. Rhedig.* supercaelestis Iesu secundum eos genesin *Vet. Interpres.*

7. τοῦ Ἰησοῦ κατ' αὐτοὺς *cod. Ven. Quomodo ex Vet. Interpr. iam dudum censuerunt reponendum esse Billius, Grabius aliique Irenaei editores. Vulgo extat* τοῦ η̄ καὶ τοῦ σ̄ κατ' αὐτούς. *Apud Pseudo-Ori-*

Quod ad Iesum pertinet, hanc, ait, generationem, quae explicari verbis nequit, sortitus est. Etenim ab universorum Matre prima illa Tetrade filiae instar secunda Tetras exorta et Ogdoas est facta, a qua Decas processit. Itaque Decas et Ogdoas progressae sunt. Tum Decas cum Ogdoade copulata ac decies illam multiplicans Octogenarium numerum effecit. Quem decies insuper multiplicans ad octingenta perduxit. Ut omnis ille literarum numerus ab Ogdoade progressus ad Decadem sit *Η* et *Π* et *Ω*, quae sunt DCCCLXXXVIII. Siquidem Iesu nomen ob eum numerum, quem literae reddunt, DCCCLXXXVIII conficit; ac perspicue coelo, ut putant, ipso sublimioris Iesu generationem continet. Unde et in Graecorum Alphabeto Monades octo, totidem Decades atque Hecatontades reperiri dicunt, ut DCCCLXXXVIII numerum praebeat, hoc est Iesum, ex omnibus numeris contextum; ob idque sese *Α* et *Ω* nominasse, quo illam ex omnibus sui productionem exprimeret. Quod hoc rursum modo perfectum est. Primus Quaternarius per numeri progressionem in sese redactus Denarium produxit. Nam unum et duo tria et quatuor simul composita decem faciunt; quod ipsum esse Iesum existimant. Sed et Christus, inquiunt, octo ex literis contextus primam Ogdoadem demonstrat, quae cum decem coniuncta Iesum peperit. Dicitur quoque *Υἱὸς Χριστὸς*, aiunt, hoc est Dodecas. Nam *Υἱὸς* literas habet quatuor, Christus octo, quae collecta Dodecadis effecere magnitudinem. Sed antequam nominis huius episemum, hoc est Iesus, filiis appareret, in summa homines ignorantia et errore versati sunt. Posteaquam vero sex literarum nomen est patefactum, quod ideo carnem induit, ut sex ipsas et XXIV literas comprehendens ad sensus hominum sese demitteret, tum demum eo cognito ab errore destiterunt, et ad vitam emerserunt a morte, cum ad veritatis patrem ductoris instar ipsis nomen illud extitisset. Placuisse siquidem omnium Parenti ut ignorantiam discuteret mortemque tolleret. Ignorantiae porro discussio ipsius cognitio fuit. Proindeque delectus is est homo, qui de illius voluntate ad coelestis Virtutis exemplar singulari est providentia constitutus. Cap. IX.

genem verba Ἔχει — — — γένεσιν. Διὸ *non reperiuntur.*

8. ἐπιδεικνύοντα *Pseudo-Origenes.* ἔπειτα δεικνύοντα *Epiphanii libri praebent.*

9. τὸν Ἰησοῦν *Pseudo-Origenes et Vet. Interpres. Epiphanii libri habent* τουτέστι τὸ ε̄ ῑ η̄.

10. τῶν *cod. Ven. Omitt. Pseudo-Origenes.*

11. συνεστώτων *Pseudo-Origenes.*

12. τοῦτο *Pseudo-Origenes et Vet. Interpres. Vulgo* τοῦ.

13. καὶ τέσσαρες *Petavius primum addidit ex cod. Vatic.*

14. περιεβάλετο *codd. Venet. Rhedig. Vulgo* περιεβάλλετο.

15. ὁδηγοῦ *legebat Vet. Interpres, qui vertit* ducatore ad Patrem veritatis.

Κεφ. ι'. Ἀπὸ Τετράδος γὰρ προῆλθον οἱ Αἰῶνες. Ἦν δὲ ἐν τῇ Τετράδι Ἄνθρωπος καὶ Ἐκκλησία, Λόγος καὶ Ζωή. Ἀπὸ τούτων οὖν δυνάμεις, φησὶν, ἀποῤῥυεῖσαι ἐγενεσιούργησαν τὸν ἐπὶ γῆς φανέντα Ἰησοῦν. Καὶ τοῦ μὲν Λόγου ἀναπληρωκέναι τὸν τόπον τὸν ἄγγελον Γαβριὴλ,
pag. 214. τῆς δὲ Ζωῆς τὸ ἅγιον Πνεῦμα· τοῦ δὲ Ἀνθρώπου τὴν δύναμιν τοῦ [1] Ὑψίστου, τὸν δὲ τῆς Ἐκκλησίας τόπον ἡ Παρθένος [2] ἐπέδειξεν. Οὕτως τε ὁ κατ' οἰκονομίαν διὰ τῆς Μαρίας γενεσιουργεῖται παρ' αὐτῷ Ἄνθρωπος, ὃν ὁ Πατὴρ τῶν ὅλων διελθόντα διὰ μήτρας ἐξελέξατο [3] διὰ Λόγου εἰς ἐπίγνωσιν αὐτοῦ. Ἐλθόντος δὲ αὐτοῦ εἰς τὸ ὕδωρ κατελθεῖν εἰς αὐτὸν ὡς περιστερὰν τὸν ἀναδραμόντα ἄνω καὶ πληρώσαντα τὸν δωδέκατον ἀριθμὸν, ἐν ᾧ ὑπάρχει τὸ σπέρμα τούτων τῶν συσπαρέντων αὐτῷ, καὶ συγκαταβάντων, καὶ συναναβάντων· αὐτὴν δὲ τὴν δύναμιν [4] τὴν κατελθοῦσαν σπέρμα φησὶν εἶναι τοῦ Πατρὸς, ἔχον ἐν ἑαυτῷ καὶ τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν, τήν τε διὰ τούτων γινωσκομένην ἀνονόμαστον δύναμιν τῆς Σιγῆς καὶ τοὺς ἅπαντας Αἰῶνας. Καὶ τοῦτ' εἶναι τὸ πνεῦμα τὸ λαλῆσαν διὰ τοῦ [5] στόματος τοῦ Ἰησοῦ τὸ ὁμολογῆσαν ἑαυτὸν Υἱὸν ἀνθρώπου, καὶ [6] φανερῶσαν τὸν Πατέρα, κατελθὸν μὲν εἰς τὸν Ἰησοῦν, ἡνῶσθαι δ' αὐτῷ. Καὶ καθεῖλε μὲν τὸν θάνατον, φησὶν, ὁ ἐκ τῆς οἰκονομίας Σωτὴρ, ἐγνώρισε δὲ τὸν Πατέρα Χριστόν. Εἶναι οὖν τὸν Ἰησοῦν ὄνομα μὲν τοῦ ἐκ τῆς οἰκονομίας ἀνθρώπου λέγει, τεθεῖσθαι δὲ εἰς ἐξομοίωσιν καὶ μόρφωσιν τοῦ μέλλοντος εἰς αὐτὸν κατέρχεσθαι Ἀνθρώπου, [7] τὸν χωρήσαντα αὐτόν· ἐσχηκέναι δὲ αὐτόν τε τὸν Ἄνθρωπον, αὐτόν τε τὸν Λόγον, καὶ τὸν Πατέρα, καὶ τὸν Ἄῤῥητον, καὶ τὴν Σιγὴν, καὶ τὴν Ἀλήθειαν, καὶ Ἐκκλησίαν, καὶ Ζωήν.

Κεφ. ια'. Ταῦτα δὴ ὑπὲρ τὸ [1] Ἰοῦ καὶ τὸ Φεῦ καὶ ὑπὲρ [2] τὴν πᾶσαν τραγικὴν [3] φώνησιν καὶ [4] σχετλιασμόν ἐστι. Τίς γὰρ οὐκ ἂν μισήσειε τῶν τηλικούτων ψευσμάτων [5] κακοσύνθετον ποιητὴν, τὴν μὲν Ἀλήθειαν ὁρῶν εἴδωλον ὑπὸ Μάρκου γεγονυῖαν, καὶ τοῦτο τοῖς τοῦ ἀλφαβήτου γράμμασι κατεστιγμένην [6] νεωστὶ, πρὸς τὸ ἀπ' ἀρχῆς, τὸ δὴ λεγόμενον χθὲς καὶ πρώην. Ἕλληνες ὁμολογοῦσιν ἀπὸ Κάδμου πρῶτον ἓξ καὶ δέκα παρειληφέναι, εἶτα μετέπειτα προβαινόντων τῶν χρόνων αὐτοὶ ἐξευρηκέναι ποτὲ μὲν τὰ δασέα, ποτὲ δὲ τὰ διπλᾶ, ἔσχατον δὲ πάντων Παλαμήδην φασὶ τὰ [7] μακρὰ τούτοις προστεθεικέναι. Πρὸ τοῦ οὖν

Cap. X. — 1. Ὑψίστου *correxi de auctoritate Pseudo-Origenis et Vet. Interpretis. Epiphanii libri habent* υἱοῦ.

2. ἔδειξεν *codd. Rhedig. et Paris.*

3. διὰ Λόγου *desideratur in cod. Veneto.*

4. τὴν *addidi de auctoritate cod. Veneti et Pseudo-Origenis, qui habet* τὴν καταβᾶσαν εἰς αὐτόν.

5. *Verba* στόματος τοῦ, *quae desiderantur in codd. Rhedig. Paris. et editis libris, secundum Vet. Interpretem et Pseudo-Origenem reposui ex codd. Veneto et Vaticano.*

6. φανερῶσαν *emendatio est Grabii, pro* φανερώσαντα, *quod libri Epiphanii vulgo praebent. Firmat illam Pseudo-Origenes.*

7. *Pseudo-Origenes:* ὃν χωρήσαντα ἐσχηκέναι αὐτόν. Αὐτόν τε εἶναι τὸν Ἄνθρωπον *cett. Vet. Interpres: quem ca-*

Nam Aeones a Tetrade profecti sunt. In qua isti censebantur, Homo et Ecclesia, Verbum et Vita. Ab iis profluentes quaedam Virtutes Iesum illum procrearunt qui in terris apparuit. Ceterum in Verbi locum angelum Gabrielem, Vitae vero Spiritum Sanctum esse substitutum asserunt: sicut Hominis partes Altissimi virtus, Ecclesiae vero Virgo sustinuit. Sic ille peculiari providentia editus de Maria natus est Homo, quem per uterum egressum sui ad cognitionem per Verbum omnium Parens elegit. Cumque ad aquam abluendus venisset, in eum columbae descendisse specie illum ipsum narrant, qui sursum recurrens duodenarium numerum implevit; in quo semen inest eorum quae cum illo sata pariter et descenderunt et ascenderunt. Ipsam vero delapsam e coelo virtutem semen Patris definit esse, quod in se patrem ac Filium, eamque Siges virtutem, quae per illos cognita nomine caret omni, ac reliquos Aeones complectitur. Huncque Spiritum esse Sanctum, qui per Iesum locutus cum eoque coniunctus est. Iam vero mortem, inquit, Salvator ex illa providentia natus sustulit, Christumque patrem hominibus patefecit. Iesum itaque nomen eius esse proprium hominis statuit, quem singularis illa providentia submisit, sed ad alterius similitudinem ac configurationem impositum esse, qui in ipsum erat aliquando lapsurus. Quem cum excepisset, una et Hominem ipsum, et Verbum ac Patrem, et Arrhetum ac Sigen, Veritatem item et Ecclesiam, Vitamque comprehendisse. Cap. X.

Quae omnes illorum fabulae eiusmodi sunt, ut iis deplorandis nullum Heu! Heu! vel Proh! neque ulla prorsus tragica vox ac lamentatio possit sufficere. Quis enim non talium mendaciorum infelicem artificem oderit, cum Veritatem ipsam in inane simulacrum a Marco deformatam videat et, quod gravius est, alphabeti literis tanquam stigmatibus inustam; ut quod nuper admodum atque heri, ut aiunt, et nudiustertius accidit, quasi iam tum olim extitisset, venditare studuerit. Graeci quidem XVI a Cadmo literas primum accepisse se memorant, tum a se progredientibus temporibus alias aspiratas, alias duplices inventas, postremo a Palamede maiores adiun- Cap. XI.

pientem habere et ipsum Hominem *cett.*

Cap. XI. — 1. ἰησοῦ *ed. princ.*

2. τὴν *restitui cum Massueto pro* τὸ *quod libri habent. Vet. Interpres:* et super universam tragicam exclamationem.

3. ἐκφώνησιν *placuit Petavio.*

4. σχετλιατισμὸν *cod. Venet.*

5. *Vet. Interpres vertit* tantorum mendaciorum malus compositor. *At puto Irenaeum scripsisse* κακοσυνθέτων.

6. *Varium in modum haec verba distinxerunt. V. Irenaei interpretes et editores.*

7. *Ita codd. Venet. Vatic., et ed. Petavii.* μικρὰ *codd. Rhedig. Paris., et ed. princ.*

Ἕλλησι ταῦτα γενέσθαι οὐκ ἦν Ἀλήθεια. Τὸ γὰρ σῶμα αὐτῆς κατὰ σὲ, Μάρκε, μεταγενέστερον μὲν Κάδμου καὶ τῶν πρὸ αὐτοῦ, [8] μεταγενέστερον δὲ τῶν τὰ λοιπὰ προςεθεικότων στοιχεῖα, μεταγενέστερον δὲ καὶ
pag. 245. *σαυτοῦ. Σὺ γὰρ μόνον εἴδωλον κατήγαγες τὴν ὑπό σου λεγομένην Ἀλήθειαν. Τίς δ' ἀνέξεταί σου τὴν τοσαῦτα φλυαροῦσαν Σιγὴν, [9] ἢ τὸν ἀνονόμαστον ὀνομάζει, καὶ τὸν ἄρρητον ἐξηγεῖται καὶ τὸν ἀνεξιχνίαστον ἐξιστορεῖ, καὶ ἠνοιχέναι τὸ στόμα φησὶν [10] αὐτὸν ὃν ἀσώματον καὶ ἀνείδεον λέγεις; καὶ προενέγκασθαι Λόγον, ὡς ἕν τι τῶν συνθέτων ζώων, τόν τε Λόγον αὐτοῦ ὅμοιον ὄντα τῷ προβαλόντι καὶ μορφὴν τοῦ ἀοράτου γεγονότα [11] στοιχείων μὲν εἶναι τριάκοντα, συλλαβῶν δὲ τεσσάρων; Ἔσται οὖν κατὰ τὴν ὁμοιότητα τοῦ λόγου ὁ Πατὴρ τῶν πάντων, ὡς σὺ φῂς, στοιχείων μὲν τριάκοντα, συλλαβῶν δὲ τεσσάρων. Ἢ πάλιν τίς ἀνέξεταί σου εἰς σχήματα καὶ ἀριθμοὺς, ποτὲ μὲν τριάκοντα, ποτὲ δὲ εἰκοσιτέσσαρα, ποτὲ δὲ ἓξ μόνον συγκλείοντος τὸν τῶν πάντων κτιστὴν καὶ δημιουργὸν καὶ ποιητὴν Λόγον τοῦ Θεοῦ, κατακερματίζοντος αὐτὸν εἰς συλλαβὰς μὲν τέσσαρας, στοιχεῖα δὲ τριάκοντα, καὶ τὸν πάντων κύριον τὸν ἐστερεωκότα τοὺς οὐρανοὺς, εἰς ωπη κατάγοντος ἀριθμὸν, ὁμοίως τῷ ἀλφαβήτῳ [12] αὐτόν τε τὸν πάντα χωροῦντα Πατέρα, ἀχώρητον δὲ ὑπάρχοντα, εἰς Τετράδα καὶ Ὀγδοάδα καὶ Δεκάδα καὶ Δωδεκάδα ὑπομερίζοντος, καὶ διὰ τῶν τοιούτων πολυπλασιασμῶν τὸ ἄρρητον καὶ ἀνεννόητον, ὡς σὺ φῂς, τοῦ Πατρὸς ἐκδιηγουμένου; Καὶ ὃν ἀσώματον καὶ ἀνούσιον ὀνομάζεις, τὴν τούτου οὐσίαν καὶ τὴν ὑπόστασιν ἐκ πολλῶν γραμμάτων ἑτέρων ἐξ ἑτέρων γεννωμένων κατασκευάζεις, αὐτὸς Δαίδαλος ψευδὴς, καὶ τέκτων κακὸς γενόμενος τῆς προπαννυπερτάτου δυνάμεως; καὶ ἣν ἀμέριστον φῂς εἶναι, εἰς ἀφώνους καὶ φωνήεντας καὶ ἡμιφώνους φθόγγους ὑπομερίζων τὸ ἄφωνον αὐτῶν τῷ τῶν πάντων Πατρὶ, καὶ τῇ [13] τούτου ἐννοίᾳ ἐπιψευδόμενος, εἰς τὴν ἀνωτάτω βλασφημίαν καὶ μεγίστην ἀσέβειαν ἐμβέβληκας ἅπαντας τούς σοι πειθομένους. Διὸ [14] καὶ δικαίως καὶ ἁρμοζόντως τῇ τοιαύτῃ σου τόλμῃ ὁ θεῖος πρεσβύτης καὶ κῆρυξ τῆς ἀληθείας ἐμμέτρως ἐπιβεβόηκέ σοι, εἰπὼν οὕτως·*

Εἰδωλοποιὲ Μάρκε, καὶ τερατοσκόπε,
Ἀστρολογικῆς ἔμπειρε καὶ μαγικῆς τέχνης,
Δι' ὧν κρατύνεις τῆς πλάνης τὰ διδάγματα,
pag. 246. *Σημεῖα δεικνὺς τοῖς ὑπὸ σοῦ πλανωμένοις*

8. μεταγενέστερον — σαυτοῦ *om. cod. Venet.*

9. ἢ τὸ *cod. Venet.*

10. αὐτὸν ὃν *rescripsi ex Vet. Interprete. Libri habent* αὐτὸ ὄν.

11. *Verba* στοιχείων μὲν εἶναι — — — αὐτὸν γεγονότα *om. cod. Venet.*

12. *Vet. Interpres:* similiter atque alphabetum, et ipsum qui omnia capit Patrem, a nullo autem capitur, in quaternationem — — suppartientem *cett. Unde correxi* αὐτόν τε τὸν πάντα *cett.*, *cum libri haberent* αὐτὸν γεγονότα πάντα. *Petavius rescribendum putavit* ἀλφαβήτῳ γεγονότα, καὶ αὐτὸν τὸν πάντα *cett.*, *Billius:* ἀλφαβήτῳ, καὶ αὐτὸν τὸν γεγο-

ctas. Quare priusquam Graecis illa traderentar nusquam Veritas esse potuit. Corpus enim ipsius, ut ais, Marce, Cadmo est, iisque qui illum antecesserunt, recentius, ceterisque adeo qui elementa reliqua repererunt, ac te etiam ipso. Tu enim solus eam, quam veritatem appellas, nescio quod in simulacrum detraxisti. Ecquem vero putas tuam illam usque eo loquacem Sigen posse sustinere, quae eum nominet qui nominari nequeat, et inexplicabilem explicet, et qui nullis vestigiis deprehendi potest investiget? Quid quod aperuisse dicit os illum, quem tu omnis et corporis expertem et figurae praedicas, sermonemque sic tanquam compositum quodpiam animal edidisse? Quem etiam sermonem eius a quo productus est similem, effigiemque nec aspectabilis Parentis elementorum triginta, syllabarum quatuor esse docuit. Quamobrem universorum Parens ille, perinde ac sermo, ut asseris, tricenis elementis ac syllabis quatuor constabit. Quis illud vero patienter ferat, in figuras ac numeros, alias XXX, alias XXIV, nonnunquam VI, conditorem omnium et artificem fabricatoremque dei sermonem a te redactum atque constrictum, dum hunc in syllabas IV, triginta vero elementa concidis? Qui dominum omnium, a quo coelestes illi orbes fundati sunt, in DCCCLXXXVIII numerum includis, quasi similem alphabeti naturam obtineat. Qui summum Parentem, a quo comprehenduntur omnia, cum a nemine ipse comprehendatur, in Tetradem, Ogdoadem, Decadem Dodecademque distinguis. Quique hac multiplicandi licentia hoc ipsum quod in Patre nec explicari verbis nec animo concipi posse praedicas oratione declaras, et quem corporis naturaeque facis expertem, eius et naturam et substantiam pluribus ex lineis, quarum aliae ex aliis gignantur, coagmentari disputas, in quo supremae virtutis illius falsissimum te Daedalum ac pessimum fabricatorem esse commonstras. Qui eandem virtutem, quam individuam statuis, in mutos, vocales ac semivocales sonos dividis, quodque mutum in illis est, Parenti omnium eiusque cogitationi falso tribuens extremam in blasphemiam atque insignem impietatem sectatores tuos impulisti. Quamobrem iure ac merito in hanc tuam adeo proiectam audaciam divinus ille senex, ac praeco veritatis his versibus invectus est:

Idola fingens Marce, monstrorum artifex,
Fraudisque gnare magicae, et astrorum sciens,
Erroris unde dogma pestiferum struis,
Portenta caecae ficta dum turbae exhibes,

νότα πάντα *cett.*, *Massuetus:* ἀλφαβήτῳ αὐτὸν γεγονότα, καὶ τὸν πάντα *cett. Stierenius:* ἀλφαβήτῳ, αὐτὸν τὰ πάντα *cett.*

13. *Ita corrigendum suasit Vet. Interpres. Nam Epiphanii libri habent* τοῦ υἱοῦ ἐννοίᾳ.

14. καὶ *om. cod. Venet.*

[15] *Ἀποστατικῆς δυνάμεως ἐγχειρήματα,*
[16] *Ἃ σοι χορηγεῖ σὸς πατὴρ Σατὰν ἀεὶ*
Δι' ἀγγελικῆς δυνάμεως Ἀζαζὴλ ποιεῖν,
Ἔχων σε πρόδρομον ἀντιθέου πανουργίας.

Καὶ ταῦτα μὲν ὁ θεοφιλὴς πρεσβύτης. Ἡμεῖς δὲ τὰ λοιπὰ τῆς μυσταγωγίας αὐτῶν μακρὰ ὄντα πειρασόμεθα βραχέως διεξελθεῖν, καὶ τὰ πολλῷ χρόνῳ κεκρυμμένα εἰς φανερὸν ἀγαγεῖν. Οὕτω γὰρ ἂν γένοιτο [17] *εὐέλεγκτα πᾶσι.*

Κεφ. ιβ'. *Τὴν οὖν γένεσιν τῶν Αἰώνων αὐτῶν καὶ τὴν πλάνην τοῦ προβάτου καὶ ἀνεύρεσιν ἑνώσαντες ἐπιτοαυτὸ μυστικώτερον ἐπιχειροῦσιν ἀπαγγέλλειν οὗτοι* [1] *οἱ εἰς ἀριθμοὺς τὰ πάντα κατάγοντες, ἐκ Μονάδος καὶ Δυάδος* [2] *φάσκοντες τὰ ὅλα συνεστηκέναι, καὶ ἀπὸ Μονάδος ἕως τῶν τεσσάρων ἀριθμοῦντες οὕτω γεννῶσι τὴν Δεκάδα. Μία γὰρ καὶ δύο* [3] *καὶ τρεῖς καὶ τέσσαρες συντεθεῖσαι ἐπιτοαυτὸ τὸν τῶν δέκα Αἰώνων ἀπεκύησαν ἀριθμόν. Πάλιν δ' αὖ ἡ Δυὰς ἀπ' αὐτῆς προελθοῦσα ἕως τοῦ ἐπισήμου, οἷον δύο καὶ τέσσαρες καὶ ἕξ, τὴν Δωδεκάδα* [4] *ἀπέδειξε. Καὶ πάλιν ἀπὸ τῆς Δυάδος ὁμοίως ἀριθμούντων ἡμῶν ἕως τῶν δέκα,* [5] *ἡ λ̄ ἀνεδείχθη, ἐν ᾗ ὀκτὼ καὶ δέκα καὶ δώδεκα. Τὴν οὖν Δωδεκάδα* [6] *διὰ τὸ ἐπίσημον συνεσχηκέναι διὰ τὸ συνεπακολουθῆσαν αὐτῇ τὸ ἐπίσημον πάθος λέγουσι. Καὶ διὰ τοῦτο περὶ τὸν δωδέκατον ἀριθμόν* [7] *του σφάλματος γενομένου τὸ πρόβατον ἀποσκιρτῆσαν πεπλανῆσθαι, ἐπειδὴ τὴν ἀπόστασιν ἀπὸ Δωδεκάδος γεγενῆσθαι φάσκουσι. Τῷ αὐτῷ τρόπῳ καὶ ἀπὸ τῆς Δωδεκάδος* [8] *ἀποστᾶσαν μίαν δύναμιν ἀπολωλέναι μαντεύονται, καὶ ταύτην εἶναι τὴν γυναῖκα τὴν ἀπολέσασαν τὴν δραχμὴν, καὶ ἅψασαν λύχνον, καὶ εὑροῦσαν αὐτήν. Οὕτως οὖν καὶ* [9] *ἔτι τοὺς ἀριθμοὺς τοὺς καταλειφθέντας, ἐπὶ μὲν τῆς δραχμῆς τοὺς ἐννέα, ἐπὶ δὲ τοῦ προβάτου τοὺς ἕνδεκα ἐπιπλεκομένους ἀλλήλοις τὸν τῶν ἐνενηκονταεννέα τίκτειν ἀριθμὸν, ἐπεὶ ἐννάκις τὰ ἕνδεκα ἐνενηκονταεννέα γίνεται. Διὸ καὶ τὸ Ἀμὴν τοῦτον λέγουσιν ἔχειν τὸν ἀριθμόν. Οὐκ ὀκνήσω δέ σοι καὶ ἄλλως ἐξηγουμένων αὐτῶν ἀπαγγεῖλαι, ἵνα πανταχόθεν κατανοήσῃς τὸν καρπὸν αὐτῶν. Τὸ γὰρ στοιχεῖον τὸ η̄ σὺν μὲν τῷ ἐπισήμῳ Ὀγδοάδα εἶναι θέλουσιν, ἀπὸ* [10] *τοῦ ᾱ ὀγδόῳ κει-*

15. ἀποστολικῆς *ed. princ.*

16. *Versus hos dedi restitutos a Billio, Petavio, Ios. Scaligero, ad verba Vet. Interpretis. Epiphanii enim libri habent* Ἃ σου χορηγεῖς ὡς πατὴρ Σατανᾶ, εἰ Δι' ἀγγελικῆς δυνάμεως ἐγχειρήματα Ἀζαζὴλ ποιεῖν.

17. εὐέλεκτα *cod. Rhedig.*

Cap. XII. — 1. οἱ *non comparet in cod. Ven. Suspectum mihi quidem est.*

2. φάσκοντες *non habet cod. Ven.*

3. καὶ *om. cod. Venet.*

4. ἐπέδειξεν *cod. Venet. et Pseudo-Origenes.*

5. *Ita cod. Rhedig. Paris. et editi libri, et Pseudo-Origenes. Consentit Vet. Interpres. At codd. Vatic. et Venet. habet* ἡ λ̄ ὃ ἀνεδείχθη.

6. *Dedi haec verba quomodo leguntur in Epiphanii libris; nisi quod ex Pseudo-Origenis auctoritate pro* διὰ τὸν ἐπίσημον *scripsi* διὰ τὸ ἐπίσημον, *et pro* συνεπακολουθήσασαν *reposui* συνεπακολουθῆσαν. *Vet. Interpres habet:* **Duodecadem**

Per te rebellis qualia aggreditur manus.
Haec tu illa Satanae fretus auxilio patris
Azazelisque mira designas ope,
Praecursor olli fraudis in superos datus.

Haec pius ille senex cecinit. Nunc reliqua istorum mysteria, quamvis longissima sint, quam potero brevissime pertexam, eaque quae iamdudum occultata fuerunt in apertum proferam. Sic enim omnibus ad convincendum erunt facillima.

Igitur Aeonum generationem, aberrantemque primum, deinde recuperatam ovem in unum confundentes mystice interpretantur ii qui ad numeros universa referunt, et ex Unitate ac Binario componi arbitrantur omnia, atque ab uno ad quatuor numerando progressi Decadem efficiunt. Unum quippe ac duo, tria, quatuor, simul collecta decem Aeonum numerum pepererunt. Deinde binarius per se ad senarium procedens, hoc est duo, quatuor et sex, Dodecadem composuit. Rursus a binario eodem modo numerantibus ad decem usque triginta conflantur, in quibus insunt octo, decem ac duodecim. Ob id Dodecadem, quod senarium numerum comitem habuerit, ob senarium illum Passionem appellant. Eademque de caussa cum ad duodenarium numerum error adhaesisset, aberrantem a grege ovem longius evagari coepisse; quoniam ab Duodenario discessionem illam putant accidisse. Sic etiam ab Duodenario desciscentem virtutem periisse fingunt; eamque mulierem illam esse, quae amissa drachma lucernam accendit, atque eam reperit. Hoc itaque pacto reliquis innumeris, in drachma quidem novem, in ove undecim, si in sese ducantur, XCIX efficere. Nam novies XI numerum hunc producunt. Quare et in voce Ἀμήν eundem reperiri dicunt. Sed et aliter ista declarant, quod non pigebit exponere, ut cuiusmodi sit illorum fructus ex omni parte cognoscas. Etenim η̄ elementum cum episemo, Octonarium esse volunt, quod octavum a prima litera locum habet.

Cap. XII.

Luc. 15, 8.

igitur, eo quod episemon habuerit consequentem sibi, propter episemon passionem vocant. *Hunc seculi Petavius et Billius scripserunt:* διὰ τὸ τὸν ἐπίσημον ἐσχηκέναι συνακολουθήσαντα αὐτῇ, διὰ τὸν ἐπίσημον *cett., quam emendationem improbavit Grabius, cui placuit:* διὰ τὸν ἐπίσημον συνεσχηκέναι, διά τε συνεπακολουθῆσαι δὶς αὐτῇ τὸν ἐπίσημον *cett.* Τὴν οὖν Δωδεκάδα διὰ τὸ ἐπίσημον ἐσχηκέναι συνεπακολουθῆσαν (*cod. ms.* συνεπακολούθησεν) αὐτῇ τὸ ἐπίσημον πάθος, καὶ διὰ τοῦτο *cett. extat apud Pseudo-Origenem. Mihi videtur corrigendum:* Τὴν οὖν Δωδεκάδα τὸν ἐπίσημον συνεσχηκυῖαν διὰ τὸ συνεπακολουθῆσαι (*vel* συνεπακολουθήσαντα) αὐτῇ τὸν ἐπίσημον πάθος λέγουσι.

7. του *rescripsi ex Vet. Interpr. pro* τοῦ *quod vulgo extat.*

8. *Libri habent* ἀπόστασιν.

9. ἔτι *scripsi pro* ἐπὶ *quod libri praebent.*

10. τοῦ ᾱ ὀγδόῳ κείμενον ἐν τόπῳ *rescripsi ex Vet. Interprete, et Pseudo-Origene, qui habet:* ἀπὸ τοῦ ἄλφα ὀγδόῳ κείμενον τόπῳ. *Epiphanii libri praebent:* ἀπὸ τοῦ πρώτου ὀγδόου κείμενον τόπου. *Vet. Interpretis verba:* cum ab Alpha beta octavo sit posita loco *corrige sic:* cum ab alpha eta o. s. p. l.

μενον ἐν τόπῳ· εἶτα πάλιν ἄνευ τοῦ ἐπισήμου ψηφίζοντες τὸν ἀριθμὸν pag. 247. αὐτῶν τῶν στοιχείων, καὶ ἐπισυνθέντες μέχρι τοῦ η̄, τὴν Τριακοντάδα ἐπιδεικνύουσιν. Ἀρξάμενος [11] γὰρ ἀπὸ τοῦ ἄλφα καὶ τελευτῶν εἰς τὸ η̄ [12] τῷ ἀριθμῷ τῶν στοιχείων, ὑπεξαιρούμενος δὲ [13] τὸ ἐπίσημον καὶ ἐπισυντιθεὶς τὴν ἐπαύξησιν τῶν γραμμάτων, εὑρήσει τὸν τῶν τριάκοντα ἀριθμόν. Μέχρι γὰρ τοῦ [14] ε̄ στοιχείου πεντεκαίδεκα γίνονται. Ἔπειτα προςτεθεὶς αὐτοῖς ὁ τῶν ἑπτὰ ἀριθμὸς β̄ καὶ κ̄ ἀπετέλεσε. [15] Προςελθὸν [16] δὲ τούτοις τὸ η̄, ὅ ἐστιν ὀκτὼ, τὴν θαυμασιωτάτην Τριακοντάδα ἀνεπλήρωσε. Καὶ ἐντεῦθεν ἀποδεικνύουσι τὴν Ὀγδοάδα μητέρα τῶν τριάκοντα Αἰώνων. Ἐπεὶ οὖν [17] ἐκ τριῶν δυνάμεων ἥνωται ὁ τῶν λ̄ ἀριθμὸς, [18] τρὶς αὐτὸς γενόμενος τὰ ἐνενήκοντα ἐποίησε. [19] Τρὶς γὰρ τριάκοντα ἐνενήκοντα. Καὶ αὐτὴ δὲ ἡ Τριὰς ἐφ᾽ ἑαυτῆς συντεθεῖσα ἐννέα ἐγένησεν. Οὕτως δὲ ἡ Ὀγδοὰς τὸν τῶν [20] ἐνενήκοντα ἐννέα παρ᾽ αὐτοῖς ἀπεκύησεν ἀριθμόν. Καὶ ἐπεὶ ὁ δωδέκατος Αἰὼν ἀποστὰς κατέλειψε [21] τοὺς ἄνω ἕνδεκα, [22] κατάλληλον λέγουσι τὸν τύπον τῶν γραμμάτων [23] τῷ σχήματι τοῦ Λόγου κεῖσθαι. Ἑνδέκατον γὰρ τῶν γραμμάτων [24] κεῖσθαι τὸ λ̄, ὅ ἐστιν ἀριθμὸς [25] τῶν τριάκοντα, καὶ κατ᾽ εἰκόνα κεῖσθαι τῆς ἄνω οἰκονομίας, ἐπειδὴ ἀπὸ τοῦ ἄλφα χωρὶς τοῦ ἐπισήμου αὐτῶν τῶν γραμμάτων ὁ ἀριθμὸς ἕως τοῦ λ̄ [26] συντιθέμενος κατὰ τὴν παραύξησιν τῶν γραμμάτων σὺν αὐτῷ τῷ λ̄ τὸν τῶν ἐνενηκονταεννέα ποιεῖται ἀριθμόν. Ὅτι δὲ τὸ λ̄ ἑνδέκατον ὂν τῇ τάξει ἐπὶ τὴν τοῦ ὁμοίου αὐτοῦ κατῆλθε ζήτησιν, ἵνα ἀναπληρώσῃ τὸν δωδέκατον ἀριθμὸν, καὶ [27] εὑρὸν αὐτὸν ἐπληρώθη, φανερὸν εἶναι ἐξ αὐτοῦ τοῦ σχήματος τοῦ στοιχείου. [28] Τὸ γὰρ λ̄ ὥςπερ ἐπὶ τὴν τοῦ ὁμοίου αὐτῷ ζήτησιν παραγενόμενον, καὶ εὑρὸν, καὶ εἰς ἑαυτὸν ἁρπάσαν αὐτὸν, τὴν τοῦ δωδεκάτου ἀνεπλήρωσε χώραν, τοῦ μ̄ στοιχείου ἐκ δύο λ̄ συγκειμένου. [29] Διὸ καὶ φεύγειν [30] αὐτοὺς διὰ τῆς γνώσεως τὴν [31] τῶν ϙθ χώραν, τουτέστι τὸ ὑστέρημα, τύπον ἀριστερᾶς χειρὸς, μεταδιώκειν δὲ τὸ ἓν, ὃ προστεθὲν τοῖς ἐνενηκονταεννέα εἰς τὴν δεξιὰν [32] αὐτοὺς χεῖρα μετέστησε.

Κεφ. ιγ'. Σὺ μὲν ταῦτα διερχόμενος, ἀγαπητὲ, εὖ οἶδα ὅτι γελάσεις πολλὰ τὴν τοιαύτην αὐτῶν οἰησίσοφον μωρίαν. Ἄξιοι δὲ πένθους οἱ τηλι-

11. τις *pronomen post* γὰρ *addunt Pseudo-Origenes et Vet. Interpres.*

12. τὸν ἀριθμὸν *habet Pseudo-Origenes.*

13. τὸν *habet Pseudo-Origenes.*

14. ε̄ *reponendum erat ex Vet. Interprete. Libri Epiphanii habent* ϛ̄.

15. προςελθὼν *habent libri.*

16. δὲ *addidi ex cod. Veneto.*

17. ἐκ τριῶν *pro vulgato* ἐκ τριάκοντα *rescribi iussit Vet. Interpres.*

18. τρὶς *reposui pro vulgato* τρεῖς *de auctoritate cod. Ven. et Vet. Interpretis.*

19. *Ita cod. Ven. Vulgo* τρεῖς.

20. ἐνενήκοντα ἐννέα *scripsi ex cod. Ven., Pseudo-Origene et Vet. Interprete.* ἐνενήκοντα *vulgo abest. — Pro* Οὕτως δὲ *in cod. Rhedig. extat* Οὕτως τε.

21. ἄνω τοὺς *coniecit Petavius ex Vet. Interprete.* τὸν ἕνδεκα, *omisso vocabulo* ἄνω, *habet Pseudo-Origenes.*

22. consequenter *vertit Vet. Interpres. Unde Billius rescribendum putavit* καταλλήλως.

Inde omisso rursus episemo et ipsorum elementorum subducto numero atque composito usque ad octo tricenarium perficiunt. Nam qui ab ᾱ coeperit, et in η̄ desierit, elementa numerando, dempta tamen senarii nota ac literarum in unum progressione conflata, triginta reperiet. Quoniam ad ε̄ usque XV consurgunt. His adiuncta septem XXII faciunt. Quibus η̄, hoc est octo, si accesserint, admirabilem illum Tricenarium implebunt. Hinc Aeonum triginta matrem Ogdoadem constituunt. Et quoniam tribus virtutibus Tricenarius componitur, ter in sese ductus nonaginta producit. Ter enim triginta ad nonaginta perveniunt. Sed et ternarius quoque ductus in se novem efficit. Sic Ogdoas XCIX numerum apud illos peperit. Cumque duodecimus Aeon deficiens sursum XI reliquerit, in *Λόγου*, hoc est Verbi, figura consentaneam literarum formam adhibitam putant. Etenim undecima ordine literarum est λ̄, qui tricenarius est numerus, et ad exemplar coelestis providentiae posita. Quandoquidem si ab ᾱ, ad λ̄ usque, dempto tamen episemo, continua literarum additione numerum earum colligas, comprehenso simul λ̄ nonaginta novem prodeunt. Ceterum λ̄ ipsum, quod ordine est undecimum, ad quaerendum sui simile descendisse, ut duodecimum impleret, idque eo reperto consecutum esse, satis ipsam elementi figuram arguere. Quippe λ̄ ad sui similis inquisitionem adveniens, cum illud invenisset et ad sese rapuisset, duodecimi locum implevit. Unde et μ̄ asserunt ex duplici λλ̄ esse contextum. Propterea que nonaginta novem regionem ipsos cognitione fugere, defectum scilicet ac sinistrae manus figuram, unum vero consectari, quod ad XCIX additum dextram ipsos ad manum transtulerit.

Cum tu ista, carissime, percurres, non dubito quin hasce va- Cap. XIII.
nissimas ineptias magnopere derideas. Sed deplorandi nihilominus

23. ἐν τῷ σχήματι *secundum Vet. Interpretem coniecit Billius.*

24. κεῖσθαι *reposui ex Vet. Interprete et Pseudo-Origene. Libri habent* κεῖται.

25. τῶν τριάκοντα *scripsi cum Pseudo-Origene et Vet. Interprete. Vulgo enim legitur* τῶν λ̄.

26. συντεθειμένος *Pseudo-Origenes.*

27. εὑρὼν *cod. Rhedig. et edit. princ.*

28. *Verba* Τὸ γὰρ λ̄ — — — τοῦ μ̄ στοιχείου *desiderantur in edit. princ. Primum ex cod. Vatic. ea addidit Petavius.*

29. διὸ δὴ καὶ *Pseudo-Origenes.*

30. *Ita Vet. Interpres et Pseudo-Origenes (in quo et* φυγεῖν *pro* φεύγειν*). Vulgo* αὐτοῦ.

31. *Ita codd. Ven. Vatic. Rhedig. et ed. Petav. Antea scriptum erat* ε̄θ̄.

32. αὐτοὺς *reposui ex Vet. Interprete. Epiphanii libri et Pseudo-Origenes habent* αὐτοῦ.

καύτην θεοσέβειαν καὶ τὸ μέγεθος τῆς [1] ἀληθείᾳ ἀῤῥήτου δυνάμεως καὶ τὰς τοσαύτας οἰκονομίας τοῦ θεοῦ, διὰ τοῦ ἄλφα καὶ [2] τοῦ βῆτα καὶ δι' ἀριθμῶν οὕτως ψυχρῶς καὶ βεβιασμένως διασύροντες. Ὅσοι
pag. 218. δὲ ἀφίστανται τῆς ἐκκλησίας καὶ τούτοις τοῖς γραώδεσι μύθοις πείθονται, ἀληθῶς αὐτοκατάκριτοι, ὃς ὁ Παῦλος ἐγκελεύεται ἡμῖν μετὰ μίαν καὶ δευτέραν νουθεσίαν παραιτεῖσθαι. Ἰωάννης δὲ ὁ τοῦ κυρίου μαθητὴς ἐπέτεινε τὴν καταδίκην αὐτῶν, μηδὲ χαίρειν αὐτοῖς ὑφ' [3] ὑμῶν λέγεσθαι βουληθείς. Ὁ γὰρ λέγων αὐτοῖς, φησί, χαίρειν κοινωνεῖ τοῖς ἔργοις αὐτῶν τοῖς πονηροῖς. Καὶ εἰκότως. Οὐκ ἔστι γὰρ χαίρειν τοῖς ἀσεβέσι, λέγει κύριος. Ἀσεβεῖς δὲ ὑπὲρ πᾶσαν ἀσέβειαν οὗτοι οἱ τὸν ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς μόνον θεὸν παντοκράτορα, ὑπὲρ ὃν ἄλλος θεὸς οὐκ ἔστιν, ἐξ ὑστερήματος, καὶ αὐτοῦ ἐξ ἄλλου ὑστερήματος γεγονότος, προβεβλῆσθαι λέγοντες· ὥςτε κατ' αὐτοὺς εἶναι αὐτὸν προβολὴν τρίτου ὑστερήματος. Ἣν γνώμην ὄντως καταφυσήσαντας καὶ καταθεματίσαντας δέον πόῤῥω που μακρὰν φυγεῖν ἀπ' αὐτῶν, καὶ ᾗ πλέον διϊσχυρίζονται καὶ χαίρουσιν ἐπὶ τοῖς παρευρέμασιν αὐτῶν, ταύτῃ μᾶλλον εἰδέναι πλέον αὐτοὺς ἐνεργεῖσθαι ὑπὸ τῆς Ὀγδοάδος τῶν πονηρῶν πνευμάτων. Καθάπερ οἱ εἰς φρενίτιδα διάθεσιν ἐμπεσόντες ᾗ πλέον γελῶσι καὶ ἰσχύειν δοκοῦσιν καὶ ὡς ὑγιαίνοντες πάντα πράττουσι, ἔνια δὲ καὶ ὑπὲρ τὸ ὑγιαίνειν, ταύτῃ μᾶλλον κακῶς ἔχουσιν. Ὁμοίως δὲ καὶ οὗτοι ᾗ μᾶλλον ὑπερφρονεῖν δοκοῦσι καὶ ἐκνευρίζουσιν ἑαυτούς, ὑπέρτονα τοξεύοντες, ταύτῃ μᾶλλον οὐ σωφρονοῦσιν. Ἐξελθὸν γὰρ τὸ ἀκάθαρτον πνεῦμα τῆς ἀγνοίας ἔπειτα σχολάζοντας αὐτοὺς οὐ θεῷ, ἀλλὰ κοσμικαῖς ζητήσεσιν, εὑρὸν προςπαραλαβὸν ἕτερα [4] πνεύματα ἑπτὰ πονηρότερα ἑαυτοῦ, καὶ χαυνῶσαν αὐτῶν τὴν γνώμην, ὡς δυναμένων τὰ ὑπὲρ τὸν θεὸν ἐννοεῖν, καὶ [5] ἐπιτήδευον εἰς [6] ὑπερέκκρουσιν κατασκευάσαν, τὴν Ὀγδοάδα τῆς [7] ἀνοίας τῶν πονηρῶν πνευμάτων εἰς αὐτοὺς ἐνεθήκωσε.

Κεφ. ιδ'. Βούλομαι δέ σοι καὶ ὡς αὐτὴν τὴν κτίσιν κατ' εἰκόνα τῶν ἀοράτων ὑπὸ τοῦ Δημιουργοῦ, ὡς ἀγνοοῦντος αὐτοῦ, κατεσκευάσθαι διὰ τῆς Μητρὸς λέγουσι, διηγήσασθαι. Πρῶτον μὲν τὰ τέσσαρα στοιχεῖά φασι, πῦρ, ὕδωρ, γῆν, ἀέρα, εἰκόνα προβεβλῆσθαι τῆς ἄνω πρώτης Τετράδος, τάς τε ἐνεργείας αὐτῶν συναριθμουμένας, οἷον θερμόν τε καὶ ψυχρὸν, ξηρόν τε καὶ ὑγρὸν, ἀκριβῶς ἐξεικονίζειν τὴν Ὀγδοάδα.
pag. 219. [1] Ἑξῆς δέκα δυνάμεις οὕτως καταριθμοῦσιν, ἑπτὰ μὲν [2] σώματα κυ-

Cap. XIII. — 1. ἀληθείᾳ scripsi pro ἀληθείας, quod libri habent. Vet. enim Interpres vere vertit.
2. τοῦ om. cod. Ven.
3. ὑμῶν libri mei tam scripti quam editi, praeter edit. princ., ubi ἡμῶν extat. Etiam Vet. Interpres habet a nobis.
4. πνεύματα desideratur in edit. princ. Petavius primum de cod. Vatic. addidit.
5. aptabiliter habet Vet. Interpres.
6. ὑπέκκρουσιν coniecit Petavius. Vet. Interpres habet exclusionem.

sunt qui tam sacrosanctam religionem vereque inexplicabilis poten-
tiae magnitudinem, tantam denique divini numinis providentiam per
illud suum alpha, beta ceterosque numeros tam frigide violenterque
traducant. Ac quicumque se ab ecclesia segregant, ut ad aniles
hasce fabulas adhaerescant, sane *suometipsi iudicio damnati sunt;* Tit. 3, 10.
quos secundum unam alteramque correptionem devitare Paulus hortatus
est. Ioannes vero Christi discipulus maiore illos poena condemna-
vit, cum ne salutari quidem a nobis patiatur. *Qui enim,* inquit, *ave* 2 Ioann. 11.
illis dixerit, communicat operibus illorum malignis. Merito sane.
Neque enim pax est impiis, dicit dominus. At istorum impietas im- Esai. 48, 22.
pietatem omnem superat; qui coeli terraeque fabricatorem, ac solum
omnipotentem deum, supra quem nullus alius est deus, ex defectu,
qui et ipse ex alio sit ortus defectu, derivatum existimant, ut ex
illorum opinione tertio quodam ex defectu prodierit. Qua quidem
explosa damnataque sententia procul ab illis fugiendum est ac, quan-
to sunt in errore pertinaciores inventisque pessimis impensius dele-
ctantur, tanto eos magis putandum est ab scelestissimorum daemonum
Ogdoade concitari. Uti phreneticis accidit, qui, quo amplius rident
ac vegeto esse corpore videntur, omniaque ceu valentes ac sani, ac
nonnulla etiam aliquanto quam si sani essent robustius, gerunt, eo
sese deterius habent. Similiter isti quo vehementius sapere viden-
tur, seque ipsos enervant, dum intento velut acrius arcu sagittas
emittunt, eo maiore vesania tenentur. Impurus quippe ignorantiae
spiritus egrediens, eosque non deo, sed profanis quaestionibus im-
plicatos reperiens, *adhibitis septem aliis seipso nequioribus,* inflatis- Matth. 12, 43.
que vana persuasione illorum animis, quasi vel supra deum ipsum
attollere se cognitione possint, ubi idoneos opportunosque fraudibus
suis reddiderit, quandam stoliditatis improborum spirituum Ogdoadem
in illos immittit.

Age vero illud insuper exponamus, quemadmodum creatas res Cap. XIV.
omnes ad eorum quae videri nequeunt similitudinem a conditore sic
productas asserant, ut eo quid ageret nesciente beneficio Matris ex-
titerint. Principio elementa illa quatuor, ignem, aquam, terram,
aërem, ad summae primaeque Tetradis effigiem esse constituta nar-
rant. Quorum ad agendum efficacitates, puta calorem, frigus, sic-
citatem et humorem, exactam Ogdoadis imaginem referre. Tum
decem hoc modo Virtutes enumerant. Primum septem corporeos

7. ignorantiae *habet Vet. Interpres, ut* ἀγνοίας *videatur legisse.*

Cap XIV. — 1. ἐξ ἧς *pro* ἑξῆς *habet Pseudo-Origenes et Vet. Interpres, qui ex qua vertit.*

2. *Ita rescripsi, sensu postulante, de auctoritate Vet. Interpretis et Pseudo-Origenis. Epiphanii libri praebent* σωματικὰ κυκλοειδῆ.

κλοειδῆ, ἃ καὶ οὐρανοὺς καλοῦσιν· ἔπειτα τὸν περιεκτικὸν αὐτῶν κύκλον, ὃν καὶ ὄγδοον οὐρανὸν ὀνομάζουσι, πρὸς δὲ τούτοις ἥλιόν τε καὶ σελήνην. Ταῦτα δέκα ὄντα τὸν ἀριθμὸν εἰκόνας λέγουσιν εἶναι τῆς ἀοράτου Δεκάδος τῆς ἀπὸ Λόγου καὶ Ζωῆς προελθούσης, τὴν δὲ Δωδεκάδα μηνύεσθαι διὰ τοῦ [3] ζωδιακοῦ [4] τοῦ καλουμένου κύκλου. Τὰ γὰρ δώδεκα ζώδια φανερώτατα τὴν τοῦ Ἀνθρώπου καὶ τῆς Ἐκκλησίας θυγατέρα Δωδεκάδα σκιαγραφεῖν λέγουσι. Καὶ ἐπεὶ [5] ἀντεπεζεύχθη, φασί, [6] τῇ τῶν ὅλων φορᾷ ὠκυτάτῃ ὑπαρχούσῃ [7] ὁ ὕπερθεν οὐρανός, ὁ πρὸς αὐτῷ τῷ κύτει βαρύνων καὶ ἀντιταλαντεύων τὴν ἐκείνων ὠκύτητα τῇ ἑαυτοῦ βραδυτῆτι, ὥςτε αὐτὸν ἐν τριάκοντα ἔτεσι τὴν περίοδον ἀπὸ σημείου ἐπὶ σημεῖον ποιεῖσθαι, εἰκόνα λέγουσι αὐτὸν τοῦ Ὅρου, τοῦ τὴν τριακοντώνυμον Μητέρα αὐτῶν περιέχοντος· τὴν σελήνην τε πάλιν [8] τὸν ἑαυτῆς οὐρανὸν [9] ἐκπεριερχομένην τριάκοντα ἡμέραις διὰ τῶν ἡμερῶν τὸν ἀριθμὸν τῶν τριάκοντα Αἰώνων [10] ἐκτυποῦν· καὶ τὸν ἥλιον δὲ ἐν δεκαδύο μησὶ [11] περιερχόμενον καὶ τερματίζοντα τὴν κυκλικὴν αὐτοῦ ἀποκατάστασιν διὰ τῶν δώδεκα μηνῶν τὴν [12] Δωδεκάδα φανερὰν ποιεῖν, τὰς δὲ ἡμέρας δεκαδύο ὡρῶν τὸ μέτρον ἐχούσας τύπον τῆς [13] φαεινῆς Δωδεκάδος εἶναι. Ἀλλὰ μὴν καὶ τὴν ὥραν φασὶ τὸ δωδέκατον τῆς ἡμέρας ἐκ τριάκοντα μοιρῶν κεκοσμῆσθαι, διὰ τὴν εἰκόνα τῆς Τριακοντάδος. Καὶ αὐτοῦ δὲ τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου τὴν περίμετρον εἶναι μοιρῶν τριακοσίων ἑξήκοντα· ἕκαστον γὰρ ζώδιον μοίρας ἔχει τριάκοντα. Οὕτως δὲ καὶ διὰ τοῦ κύκλου τὴν εἰκόνα τῆς συναφείας τῶν δώδεκα πρὸς τὰ τριάκοντα [14] τετηρῆσθαι λέγουσιν. Ἔτι μὴν καὶ τὴν γῆν εἰς δώδεκα κλίματα διῃρῆσθαι φάσκοντες, καὶ κατ' ἕκαστον κλίμα [15] δύναμιν ἐκ τῶν οὐρανῶν κατὰ κάθετον ὑποδεχομένην, [16] καὶ ἐοικότα τίκτουσαν τέκνα τῇ καταπεμπούσῃ [17] τὴν ἀπόρροιαν δύναμιν τύπον εἶναι τῆς Δωδεκάδος καὶ τῶν τέκνων αὐτῆς σαφέστατον διαβεβαιοῦνται. Πρὸς δὲ τούτοις θελήσαντά φασι τὸν Δημιουργὸν τῆς ἄνω Ὀγδοάδος τὸ ἀπέραντον καὶ αἰώνιον καὶ ἀόριστον καὶ ἄχρονον μιμήσασθαι, καὶ μὴ δυνηθέντα τὸ [18] μόνιμον αὐτῆς καὶ ἀΐδιον ἐκτυπῶσαι, διὰ τὸ καρπὸν εἶναι ὑστερήματος, [19] εἰς χρόνους καὶ καιροὺς ἀριθμοὺς

3. ζωδιακοῦ *codd. Vatic. Venet., et ed. Petavii. Cod. Rhedig. et edit. princ. habent* ζώου.

4. τοῦ *non habet cod. Venet., neque Pseudo-Origenes.*

5. ἀνεζεύχθη *Pseudo-Origenes.* superiunctum *habet Vet. Interpres.*

6. τῇ τῶν ὅλων ἀναφορᾷ ὠκυτάτῃ ὑπαρχούσῃ *Pseudo-Origenes.* τὴν τῶν ὅλων φορὰν ὠκυτάτην ὑπάρχουσαν *Epiphanii libri, tam scripti quam editi.* πρὸς τὴν τῶν ὅλων φ. ὠκυτ. ὑπάρχουσαν *emendatio Petavii est.*

7. ὁ ὕπερθεν οὐρανὸς *Pseudo-Origenes, conspirans cum Vet. Interpr.* οὗπερ ὁ χρόνος *habent Epiphanii libri.* ὁ ὑπερῷν Κρόνος *coniecerunt Billius et Petavius.*

8. τὸν ἑαυτῆς *codd. Vatic. et Venet. Ab reliquis libris articulus abest.*

9. ἐκπεριερχομένην *est emendatio Petavii. Nam Vet. quoque Interpres habet* circumeuntem. *Pseudo-Origenes:* ἐκπεριερχομένην *ἐν cett. Epiphanii libri omnes habent* ἐμπεριεχομένην.

10. ἐκτυποῦν *codd. Vatic Venet., et edit. Petavii. Nec differt scriptura Vet. Interpretis.* ἐκτυποῦσι *codd. Rhedig. Paris., et*

orbes, quos coelos appellant: deinde maiorem illum reliquos ambientem, quod octavum coelum nominant. Praeterea solem et lunam. Quae omnia denario comprehensa numero Decadis illius, quae a Verbo Vitaque nec aspectabilis profluxit, figuram esse dictitant. Nam Dodecadem orbe illo signifero demonstrari; quod duodecim in eo signa manifestissime illam Hominis Ecclesiaeque filiam Dodecadem exprimant. Quoniam autem ad vehementissimum illum universitatis impetum moderandum ex adverso Saturnus adiunctus est, qui immensae moli proximus rapiditatem illam inhibet ac sua tarditate compensat, sic ut annorum triginta spatio a puncto ad punctum rediens circuitus suos absolvat, id quidem Horo mirifice congruere, qui ipsorum Matrem triginta vocabulis insignitam complectitur. Ad haec lunam, quae triginta diebus orbem suum conficit, hoc ipso numero Aeones adumbrare totidem. Solem vero duodenis circumvolutum mensibus conversionesque suas eo intervallo terminantem horum numero mensium Dodecadem referre. Dies porro duodecim horarum spatio definitos simulacrum quoddam lucidae illius esse Dodecadis. Velut hora, quae duodecima diei pars est, tricenis est instructa partibus, quae Tricenarii similitudinem gerunt. Quin etiam signiferi illius orbis ambitum partibus constare CCCLX. Nam unumquodque signum XXX complectitur. Ita in hoc etiam circulo servatam esse dicunt eius necessitudinis imitationem, quae Duodenarium inter ac Tricenarium intercedit. Deinde terra duodecim in climata regionesque divisa, et in singulis demissam e coelo virtutem aut perpendiculum excipiens, eique virtuti, unde derivata illa est, simillimos fetus pariens Dodecadem, ut aiunt, ipsam eiusque liberos manifeste repraesentat. Praeter haec conditorem narrant, cum supremae Ogdoadis infinitatem, aeternitatem ac temporis locique circumscriptione carentem conditionem imitari cuperet, neque quod in illa stabile est ac sempiternum posset exprimere, eo quod fructus esset penuriae ac defectus aliquis, in tempestates ac tempora et mul-

edit. princ. ἐκτυποῦσαν *Pseudo-Origenes.* ἐκτυπῶσαι *Billius.*

11. περιερχόμενον *rescripsi ex Vet. Interprete, postulante sententia. Epiphanii libri omnes praebent* περιεχόμενον, *Pseudo-Origenes* ἐμπεριεχόμενον.

12. δωδεκάδα *Pseudo-Origenes et Vet. Interpres.* δωδεκάτην *Epiphanii libri.*

πατρός μου, ἀλλὰ περὶ μὲν πατρὸς ὁμολογῶν θεὸν τὸν τῶν ὅλων ἐσή-
μανε; Περὶ δὲ ἑαυτοῦ, ὅτι ἐνηνθρώπησεν, ἐν ἀληθείᾳ ἄνθρωπον ἑαυ-
τὸν ἔφασκεν, ὡς καὶ οἱ ἀπόστολοί φασιν, ἵνα ἡ ἀλήθεια πανταχόθεν
συσταθῇ, καὶ γνωσθῇ πόθεν ἐστὶ τὰ τῷ κυρίῳ ὀνόματα συναφθέντα·
Ἰησοῦν ἄνδρα ἀποδεδειγμένον εἰς ἡμᾶς σημείοις καὶ τέρασι, καὶ τὰ
ἑξῆς. Τί τοίνυν πρὸς ταῦτα φαίης ἂν, ὦ πάντων ἀνθρώπων ἐλεεινό-
τατε, ἐπειδὴ ἄνωθεν ἥκεις φέρων ἡμῖν καινὰς ὀνομασίας, καὶ σεμνύ-
νῃ, ἐφ' οἷς τὸ τοῦ Ἀνθρώπου ὄνομα αὐτῷ τῶν πάντων δεσπότῃ καὶ
πατρὶ τῶν ὅλων προσάψαι [3] ἐτόλμησα; ὡς ἐκ τούτου καλεῖσθαι τὸν
κύριον Υἱὸν ἀνθρώπου, διὰ τὸ τὸν πατέρα Ἄνθρωπον καλεῖσθαι.
pag. 261. Εὑρὲ ἡμῖν καί τινα ἄλλην προσηγορίαν τῷ πατρὶ ἁρμόζουσαν, τὸ
Ἄνδρα ἀποδεδειγμένον. Ἀλλ' οὐκ ἂν εὕροις ποτέ. Εἰ γὰρ καὶ ἀνὴρ
ἄνθρωπός ἐστι, καὶ πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῆς γυναικὸς τὸν ἄνθρωπον
ἄνδρα καλοῦμεν, ὅμως οὐκ ἂν καὶ ἐν τούτῳ μηχανήσασθαί τι δυνη-
θείης. Ἄνευ γὰρ σχημάτων καὶ μελῶν, κρυφίων τε καὶ ὁρατῶν, ἀνὴρ
οὐ δυνήσεται καλεῖσθαι. Λέγομεν γὰρ καὶ τὴν γυναῖκα ἄνθρωπον,

Cap. II. — 1. πάντων *Petavius addidit de cod. Vatic.* 2. ἐκείνου *coniec. Petavius.*

gantiaque profectam. Etenim unusquisque gloriae studio succensus ac sectatores sibi velut peculiarem quendam gregem conciliare cupiens, quicquid mendaciorum in animum incidit, temere quasi vaticinium quoddam et oraculum profudit. Neque enim Spiritus sanctus per eos locutus est, neque ex prophetis aut veritatis evangeliis vel levissimam ansam et occasionem nacti sunt. Ad istorum vero falsam scientiam refellendam pertinet illa a me contra priores instituta verissima disputatio. Nam e Valentini Valentinoque superiorum haereticorum schola omnes illi profecti, sic ut illius mentem alii aliter interpretarentur, pari omnes ignominia notandi sunt. Sed haud mediocres sane ad cavillandum nugas Colorbasus iste nobis attulit. Siquidem poëtico more ludens Parenti omnium ac deo sanctissimo, quem nemo comprehendere aut usurpare oculis potest, Hominis nomen affinxit, ut ad errorem suum Salvatoris sermonem adiungeret, qui se Filium hominis esse dixit, ac familiarium suorum animos a sincera et perspicua Christi de seipso confessione ad perplexas et implicatas ineptias conferret, dum in coelestibus illis locis ea quae nusquam sunt sibi esse persuadent. Ut enim demus illud, ex eo quod huius pater Homo sit dictus Hominis semet appellasse filium, non ob eam carnem, quam ex utero virginis accepit, hoc est Beata Maria, ex qua per Spiritum sanctum natus est, ut infelici Colorbaso placuit: quid de altero illo dicet sermone domini, cum sic Iudaeos affatus est: *Nunc me quaeritis interficere, hominem qui veritatem vobis locutus sum, quam audivi a Patre meo?* Ioann. 8, 40. Non enim *ab Homine Patre meo* dixit, sed Patrem suum praedicans universorum deum indicat. Se vero, qui naturam hominis suscepisset, vere hominem appellat; ut et apostoli testantur: quo undique veritas corroboretur, intelligaturque unde illa domino sunt attributa cognomina: *Iesum*, inquit, *virum*, *approbatum in vos signis ac prodigiis* etc. Act. 2, 22. Quid ad haec hiscere audebis, infelicissime mortalium! qui nova quaedam inaudita nomina velut e coelo nobis allata venditas, teque insolenter ostentas? Quorum vocabulorum gratia Hominis nomen domino omnium ac Parenti tribuere non dubitas: quasi dominus idcirco Filius hominis sit dictus, quod eius Pater Homo nuncupetur. Doce et alteram appellationem, *Virum probatum*, Patri congruere. Atqui nunquam illud ostendes. Tametsi enim vir omnis homo sit hominemque, ut a muliere discernatur, appellemus virum, nullam inde tamen calumniandi ansam potest arripere. Etenim sine certa specie habituque corporis ac partim occultis, partim patentibus membris nunquam virum nominamus. Mulieri porro non viri, sed homi-

3. ἐτόλμησας *codd. Vatic. Rhedig. Vulgo* ἐτόλμησαν.

ἀλλ' οὐκ ἄνδρα· διὸ καὶ ὁ ἄνθρωπος λέγομεν, καὶ ἡ ἄνθρωπος. Διαιροῦντες δὲ τὸ γένος ἰδιαζόντως τὴν μὲν θήλειαν γυναῖκα καλοῦμεν, τὸν δὲ ἄρρενα ἄνδρα. Αὕτη γὰρ διάκρισίς ἐστι τοῦ γένους ἄρρενος καὶ θηλείας, τὸ ἀνὴρ καὶ γυνὴ, διαιρουμένης τῆς τῶν γενῶν σχέσεως· ὁμωνυμικῶς δὲ ἄνθρωπος καὶ ὁ ἀνὴρ καὶ ἡ γυνὴ καλεῖται.

Κεφ γ'. Τούτων τοίνυν οὕτως ἐχόντων ἥκετέ μοι πάντες θεοῦ δοῦλοι, οἱ τῆς ἀληθείας ἐρασταὶ, καὶ γελάσατε τὸν ἀπατεῶνα καὶ ἀγύρτην Κολόρβασον, μᾶλλον δὲ πενθήσατε τοὺς ἀπατηθέντας, καὶ ἑαυτοὺς καὶ πολλοὺς ἀπολέσαντας. Αὐτοὶ δὲ θεῷ εὐχαριστήσωμεν, ὡς διὰ μικρῶν καὶ ἁπλῶν λόγων ἡ ἀλήθεια τοὺς ἑαυτῆς εἰς ὁδὸν εὐθεῖαν ὁδηγεῖν εἴωθε καὶ τὰ σχέτλια καὶ πολύκομπα διὰ πολλῆς μηχανῆς καλλωπισθέντα διασκεδάννυσιν, ἀνατρέπει καὶ ἀφανίζει ἡσυχῇ βαίνουσα, ὡς σαφῶς ἐστιν ἰδεῖν ἀπὸ τοῦ προφητικοῦ λόγου. Ἐγκαλῶν γὰρ ὁ προφήτης τοῖς τὰ δεινὰ περιεργαζομένοις καὶ [1] πολύφημα ἐπινοοῦσιν εἰς ἑαυτῶν ἀπάτην ἔλεγε, Διὰ τὸ μὴ θέλειν ὑμᾶς τὸ ὕδωρ τοῦ Σιλωὰμ, τὸ πορευόμενον ἡσυχῇ, ἀνάγει ἐφ' ἡμᾶς κύριος τὸ ὕδωρ τοῦ ποταμοῦ, τὸν βασιλέα τῶν Ἀσσυρίων. Ὕδωρ γὰρ Σιλωὰμ ἐστι διδασκαλία τοῦ ἀπεσταλμένου. Τίς δ' ἂν εἴη οὗτος, ἀλλ' ἢ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς, ὁ ἀπὸ τοῦ θεοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἀπεσταλμένος; ἡσυχῇ δὲ, διὰ τὸ μηδὲν καινόφωνον, μήτε ἐπίπλαστον, ἀλλὰ ἐν ἀληθείᾳ τὴν ἁγίαν αὐτοῦ νύμφην τὴν παρ' αὐτοῦ περιστερὰν καλουμένην, διὰ τὸ ἄκακον καὶ ἥμερον καὶ καθαρώτατον τοῦ ζώου, ἐν τοῖς Ἄσμασι τοῦ Σολομῶνος. Καὶ ἔστι θαυμάσαι, [2] τὰς μὲν ἄλλας μὴ οὔσας αὐτοῦ, ἐπὶ δὲ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἑαυτὰς κεκλυκυίας, παλλακίδας ὠνόμασε καὶ βασιλίσσας, διὰ τὸ βασιλεῦον ὄνομα, ὃ ἑκάστη Χριστὸν ἐπιγραφομένη ἑαυτῇ σεμνύνεται. Ἀλλ' εἰ καὶ ὀγδοήκοντά εἰσι
pag. 262. παλλακαὶ, αἵτινές εἰσιν αἱ αἱρέσεις, ἔπειτα δὲ νεάνιδες, ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμὸς, φησὶ μία ἐστὶ περιστερά μου, τελεία μου, τουτέστιν αὐτὴ ἁγία νύμφη καὶ καθολικὴ ἐκκλησία. Περιστερὰ μὲν, ὡς ἔφην, διὰ τὸ ἥμερον καὶ ἄκακον καὶ καθαρὸν τοῦ ζώου· τελεία δὲ, διὰ τὸ τὴν τελείαν ἐκ θεοῦ λαβεῖν χάριν καὶ γνῶσιν παρ' αὐτοῦ τοῦ σωτῆρος, διὰ πνεύματος ἁγίου. Αὐτὸς οὖν ὁ νυμφίος, ὁ ἀπεσταλμένος, ἑρμηνευόμενος, τουτέστι Σιλωὰμ, ὕδωρ ἔχει πορευόμενον ἡσυχῇ, τουτέστιν διδασκαλίαν ἄδουπον καὶ ἀψοφοποιὸν καὶ ἀφαντασίαστον καὶ ἀκόμπαστον. Ἡ δὲ αὐτοῦ νύμφη καὶ αὐτὴ ἥσυχος περιστερὰ, μήτε ἰὸν ἔχουσα, μήτε μυλοστομίδας, μήτε κέντρα, ὡς οὗτοι πάντες οἱ ἑρπετόμορφοι, καὶ ἰὸν ἀναβλυστάνοντες, ἕκαστος φιλοτιμησάμενος δηλητήριόν τι τῷ [3] κόσμῳ κατασκευάσαι, καὶ λυμήνασθαι τοὺς αὐτῷ πεισθέντας. Ὧν

Cap. III. — 1. παλίμφημα coniectavit Petavius; nugas convertit Cornarius.
2. „Deest ὡς" annotavit Petavius.
3. Ita correxit Petavius ex cod. Vatic., cum edit. princ. haberet κάμφ pro κόσμῳ.

nis vocem tribuimus. Quare utroque genere hic et haec homo proferre solemus. Sed ubi generum est distinguenda proprietas, feminam mulieris, marem viri nomine declaramus. His enim duobus vocabulis, generum habitudine separata, sexus utriusque diversitas exprimitur. At hominis vox nonnisi *ὁμωνύμως* et ambigue virum ac mulierem complectitur.

Quae cum ita se habeant, adeste quaeso servi dei omnes et veritatis amatores, planum illum et nebulonem Colorbasum vehementius deridete, vel lugete potius eos qui decepti sunt, cum seipsos, tum alios quam plurimos perdiderunt. Nos autem deo gratias agamus, quod mediocribus simplicibusque verbis filios suos veritas rectam in viam soleat deducere, contra vero misera illa arrogantiaeque plena dogmata, et exquisito fucata lenocinio dissipet, ac pacate leniterque progrediens evertat funditus et extinguat; ut ex prophetae testimonio manifeste colligitur, qui nonnullos impia quaedam curiosius adsciscentes, ac scelerata nescio quae suam ad fraudem excogitantes sic alloquitur: *Pro eo quod abiecistis aquam Siloë, quae vadit cum silentio, adducet super vos dominus aquam fluvii, regem Assyriorum.* Nam aquam Siloë missi doctrinam interpretari licet. Quis ille vero alius est praeter Iesum dominum nostrum a deo Patre missum, et quidem quiete, quod nihil insolens aut fucatum perstrepat, sed vere ac sincere sanctissimam sponsam edoceat, quam in Salomonis Canticis columbam ob animalis simplicitatem et mansuetudinem puritatemque cognominat? Et, quod est admiratione dignius, reliquas omnes, quae cum alienae sint, nomen ipsius usurpant, concubinas ac reginas appellat, ob regium Christi nomen, quod unaquaeque sibi insolenter arrogare contendit. Sed etsi *concubinae sint octoginta*, hoc est haereses, tum *puellae quarum*, inquit, *non est numerus*, *una tamen est columba mea*, *perfecta mea*, nimirum sancta et catholica ecclesia. Quae columba quidem est, ut diximus, ob huius avis mansuetudinem et innocentiam ac sinceritatem, perfecta vero quod perfectam a deo scientiam absolutamque ab ipso Salvatore per Spiritum sanctum cognitionem adepta sit. Igitur sponsus ipse, quem *missum* interpretari licet, hoc est *Siloam*, aquam habet leniter scaturientem, doctrinam scilicet non ingenti cum strepitu ac fragore praecipitem, nec inani se pompa et ambitione iactantem. Cuius sponsa mitis instar columbae veneno caret, neque molares dentes aut aculeos gerit, cuiusmodi serpentes habent isti qui veneno scatent, quorum singuli praecipuum aliquod mortalium generi virus conantur immittere ac sectatores suos corrumpere. Quorum e numero

Cap. III.

Isai. 8, 6.

Cant. 2, 10. 14. 5, 2. Item 6, 8.

καὶ οὗτος εἷς ὢν τυγχάνει ὁ ἐνταῦθά μοι σπουδασθεὶς φωραθῆναι διὰ θείου λόγου καὶ βοηθείας τῆς ἄνωθεν, καὶ συντριβῆναι δίκην φαλαγγίου τετραγνάθου ἑρπετοῦ καλουμένου, ἢ ὡς ἀπὸ ἀμφισβαίνης τῆς δικεφάλου ἐχίδνης τμηθεῖσα κεφαλὴ ἐν συντομίᾳ κατακλασθῆναι. Παρελθὼν δὲ τοῦτον πάλιν τὰς ἑξῆς διασκοπήσω, καὶ ταύτας διεξιὼν δι' εὐχῆς αἰτήσω τὰ μὲν κατ' αὐτὰς κατὰ ἀλήθειαν ἐξειπεῖν μηδένα δὲ βλάψαι ἢ αὐτὸς βλαβῆναι.

ΚΑΤΑ ΗΡΑΚΛΕΩΝΙΤΩΝ,

ἑξκαιδεκάτη, ἡ καὶ τριακοστὴ ἕκτη.

Κεφ. α'. Ἡρακλέων τις τοῦτον τὸν Κολόρβασον διαδέχεται, ἀφ' οὗπερ οἱ Ἡρακλεωνῖται καλούμενοι, οὐδὲν ἧττον τῆς παρὰ τοῦτον κενοφωνίας ἠσκημένος. Καὶ ὅσα μὲν ἐκεῖνοι λέγουσι, καὶ οὗτος ὁρίζεται κατὰ πάντα τρόπον, οἷα δὴ ἐξ αὐτῶν ὁρμώμενος καὶ παρ' αὐτῶν τὸν ἰὸν ἀπομαξάμενος, περισσότερον δὲ δῆθεν ὑπὲρ ἐκείνους ἐν ἑαυτῷ ἀνατυπωσάμενός τινα, βούλεται ἐκείνους ὑπεραίρειν, ἵνα καὶ ἑαυτῷ συναγωγὴν ποιήσηται τῶν ἠπατημένων. Οὗτοι γὰρ πάντες εἰς ἑκατοντακέφαλον ἑαυτοὺς ἀνατυπώσαντες σῶμα ἢ ἑκατοντάχειρον τόν ποτε μυθευόμενον παρὰ τοῖς τῶν Ἑλλήνων ποιηταῖς ἐμιμήσαντο Κόττον ἢ Βριάρεον, ὃν καὶ Αἰγαίωνα καλοῦσιν, ἢ [1] Γύγην, ἢ τὸν καλούμενον Ἄργον pag. 263. τὸν πολυόφθαλμον, οἵους ἐκεῖνοι ἐν ταῖς [2] ἑαυτῶν ῥαψῳδίαις τερατεύονται, ποιητευόμενοι καὶ λέγοντες ἔχειν τὸν μὲν ἑκατὸν [3] χεῖρας καὶ ποτὲ μὲν πεντήκοντα κεφαλὰς, ποτὲ δὲ ἑκατὸν, τὸν δὲ ἑκατὸν ὀφθαλμοὺς, καὶ τούτου ἕνεκά φασι τὸν Ἑρμῆν καλεῖσθαι Ἀργειφόντην, ὡς τὺν Ἄργον τὸν πολυόφθαλμον πεφονευκότα· οὕτω καὶ τούτων ἕκαστος βουλόμενος ἑαυτῷ ἀρχὴν προστήσασθαι κεφαλὴν ὠνόμασεν ἑαυτὸν, ἕτερα ὑπεισφέρων παρὰ τὴν τῶν διδασκάλων αὐτοῦ ματαιοπονίαν καὶ μανιώδη διδασκαλίαν. Ἵνα δὲ μὴ εἰς πολὺ μῆκος ἐλάσω τοῦ προοιμίου τὴν σύνταξιν, ἐλεύσομαι εἰς τὸ προκείμενον.

Κεφ. β'. Ἡρακλέων τοίνυν οὗτος, καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ Ἡρακλεωνῖται, ὡς προεῖπον, ὁμοίως Μάρκῳ καί τισι τῶν πρὸ αὐτοῦ περὶ τῶν Ὀγδοάδων φάσκει, τῆς ἄνω φημὶ, καὶ τῆς κάτω. Ἔπειτα δὲ καὶ τὰς συζυγίας τῶν τριάκοντα Αἰώνων ἴσως δοξάζει. Ἄνθρωπον δὲ καὶ αὐτὸς φάσκει εἶναι τὸν ἄνω τῶν ὅλων Πατέρα, ὃν καὶ Βυθὸν προσηγόρευσε. Βούλεται δὲ αὐτὸν καὶ αὐτὸς λέγειν μήτε ἄρρεν μήτε θῆλυ· ἐξ αὐτοῦ δὲ εἶναι τὴν τῶν ὅλων Μητέρα, ἣν καὶ Σιγὴν ὀνομάζει καὶ Ἀλήθειαν. Ἀπ' αὐτῆς δὲ εἶναι τὴν δευτέραν Μητέρα τὴν ἐν λήθῃ γενομένην, ἣν καὶ Ἀχαμὼθ καὶ αὐτὸς καλεῖ, ἐξ ἧς λοιπὸν τὰ πάντα ἐν ὑστερήματι

CAP. I. — 1. γύπην cod. *Valic.* Gypen *legitur etiam in versione Cornarii.*
2. ἑαυτῶν *non comparet in cod. Rhedig.*

ille est ipse quem divino verbo coelestique praesidio fretus detegere studui, ac phalangii instar obterere, quod Tetragnathum, hoc est quatuor malis praeditum vocant, aut velut Amphisbaenae bicipitis viperae defectum caput confringere. Sed hoc omisso reliquas persequamur. Quod dum aggredior, supplex a deo postulo, ut quae ad illas pertinent ita ex rei veritate proferam, nulla ut in quemqnam atque adeo meipsum ex eo fraus ac pernicies redundet.

CONTRA HERACLEONITAS, quae est haeresis XVI. vel XXXVI.

Colorbaso succedit Heracleon, a quo Heracleonitarum secta Cap. I. nominatur, nihilo minus quam ceteri nugis ac mendaciis instructus. Quicquid enim ab illis asseritur, hic tuetur ac defendit omnia, utpote qui ab illis ortum pariter ac venenatam luem traxerit. Sed nonnulla tamen a se excogitata et conficta ad eorum opiniones adiiciens superare illos ac propriam sibi scholam vindicare studuit. Etenim omnes isti centiceps se in corpus ac centimanum transformantes gigantem illum nescio quem e Graecorum fabulis exprimere voluerunt, Cottum opinor, aut Briareum, quem et Aegeona dixerunt, aut Gygen, aut Argum infinitis oculis praeditum; cuiusmodi portenta suis illi carminibus solent describere, ut centum alteri manus, cum quinquaginta, vel etiam centenis, capitibus, centum oculos alteri tribuant. Quam ob caussam Mercurium ferunt Argiphontem esse dictum, quod multis luminibus praeditum Argum occiderit. Sic illorum quilibet principatum affectans seipsum caput appellat, et a praeceptorum insanis ac furiosis dogmatibus diversa quaedam excogitat. Verum ne in praefando sim longior, ad rem ipsam aggrediar.

Heracleon igitur cum suis, ut diximus, eadem cum Marco aliis- Cap. II. que, qui Marcum antecesserunt, de Ogdoadibus, superiore nimirum et inferiore, sentit. Deinde triginta Aeonum paria haud absimili ratione constituit. Hominem quoque supremum omnium Parentem pronuntiat, quem et Bythum nominat. Eundem nec marem esse nec feminam putat; a quo universorum Mater existat, quam et Sigen et Veritatem appellat. Ab hac secundam Matrem, quae in oblivione posita est, originem traxisse, quam Achamoth perinde ut alii nuncupat; a qua deinceps in defectu constituta sunt omnia. Sed amplius

3. „*Transposita ista sunt. Lege* χεῖρας, τὸν δὲ ἕκατον ὀφθαλμοὺς, καὶ ποτε μὲν πεντήκοντα κεφ. *cett.*, *annotavit Petavius.*

κατέστη. Βούλεται δὲ πλείονα τῶν πρὸ αὐτοῦ καὶ οὗτος λέγειν, ἅτινά ἐστι τάδε· Τοὺς τελευτῶντας ἀπ' αὐτῶν καὶ ἐπὶ αὐτὴν τὴν ἔξοδον φθάνοντας, ἀπὸ τοῦ προειρημένου Μάρκου τὰς προφάσεις εἰληφὼς, οὐκέτι κατ' ἐκεῖνον λυτροῦται, ἀλλὰ ἄλλως οὗτος μεταχειρίζεται. Λυτρούμενος δῆθεν πρὸς τῇ τελευτῇ τοὺς ὑπ' αὐτοῦ ἀπατηθέντας, ποτὲ γάρ τινες ἐξ αὐτῶν ἔλαιον ὕδατι μίξαντες ἐπιβάλλουσι τῇ κεφαλῇ τοῦ ἐξελθόντος, οἱ δὲ μύρον, τὸ λεγόμενον ὀποβάλσαμον, καὶ ὕδωρ, τὴν μέντοι ἐπίκλησιν κοινὴν ἔχοντες, ὡς δὴ καὶ ὁ πρὸ αὐτοῦ Μάρκος ἐποιεῖτο μετὰ προσθήκης τινῶν ὀνομάτων. Ἡ δὲ ἐπίκλησίς ἐστιν αὕτη· Μεσία, Οὐφὰρ, [1]Ἐγναμεμψαὶ, Μενχαλδία, Νοσσομὴ, [2]Δαέα, Ἀκφαρὰν, Ἐψευούα, Ἰησοῦ Ναζαρία. Τοῦτο δὲ ποιοῦσιν, ἵνα δῆθεν οἱ λαμβάνοντες ἐπὶ τῇ ἐξόδῳ ταύτας τὰς ἐπικλήσεις, τὰς μετὰ τοῦ ὕδατος καὶ ἐλαίου, ἤτοι μύρου, ἀναμεμιγμένων, ἀκράτητοι γένωνται, καὶ ἀόρατοι ταῖς ἄνω Ἀρχαῖς καὶ Ἐξουσίαις, εἰς τὸ ὑπερβῆναι ἀοράτως
pag. 264. τὸν ἔσω αὐτῶν ἄνθρωπον, φασὶν, ὡς τῶν σωμάτων τούτων ἐν τῇ κτίσει καταλιμπανομένων, τῆς δὲ ψυχῆς αὐτῶν παρισταμένης τῷ Δημιουργῷ ἄνω τῷ ἐν ὑστερήματι γεγονότι, ὥστε καὶ ἐκεῖσε καταμένειν παρ' αὐτῷ, ὑπεραναβαίνειν δὲ, ὡς ἔφην, τὸν ἔσω ἄνθρωπον [3]ἐσώτερον ψυχῆς καὶ σώματος, ὃν δὴ θέλουσι λέγειν ἐκ τοῦ ἄνωθεν Πληρώματος κατεληλυθέναι.

Κεφ. γ'. Ἐγκελεύονται δὲ τοῖς οὕτω παρ' αὐτοῖς ἐμπεπαιγμένοις, ὅτι, [1]φασὶν, Ἐὰν ἔλθῃ ἐπὶ τὰς Ἀρχὰς καὶ Ἐξουσίας, ἔχε ἐν μνήμῃ τάδε εἰπεῖν μετὰ τὴν ἐντεῦθεν τελευτήν· Ἐγὼ υἱὸς ἀπὸ πατρὸς, πατρὸς προόντος, υἱὸς δὲ ἐν τῷ παρόντι ἦλθον πάντα ἰδεῖν τὰ ἀλλότρια καὶ τὰ ἴδια, καὶ οὐκ ἀλλότρια δὲ παντελῶς, ἀλλὰ τῆς Ἀχαμὼθ, ἥτις ἐστὶ θήλεια, καὶ ταῦτα ἑαυτῇ ἐποίησε· κατάγω δὲ τὸ γένος ἐκ τοῦ προόντος, καὶ πορεύομαι πάλιν εἰς τὰ ἴδια, ὅθεν ἐλήλυθα. Καὶ ταῦτα εἰπόντα διαφεύγειν τὰς Ἐξουσίας, ἔρχεσθαι δὲ ἐπὶ τοὺς περὶ τὸν Δημιουργὸν ἄνω περὶ τὴν πρώτην Ὀγδοάδα. Βούλονται γὰρ καὶ αὐτοὶ μετὰ τὸν Δημιουργὸν κάτω εἶναι Ἑβδομάδα, αὐτὸν δὲ εἶναι ἐν τῷ ἑβδόμῳ ὄγδοον, ἐν ὑστερήματι δὲ καὶ ἀγνωσίᾳ· καὶ λέγειν ἐκ τῶν τοῦ βίου ἐξελθόντα τοῖς περὶ τὸν Δημιουργὸν, Σκεῦός εἰμι ἔντιμον, μᾶλλον παρὰ τὴν θήλειαν τὴν ποιήσασαν ὑμᾶς· εἰ ἡ Μητὴρ ὑμῶν ἀγνοεῖ τὴν ἑαυτῆς ῥίζαν, ἐγὼ οἶδα ἐμαυτὸν, καὶ γινώσκω ὅθεν εἰμὶ, καὶ ἐπικαλοῦμαι τὴν ἄφθαρτον Σοφίαν, ἥτις ἐστὶν ἐν τῷ Πατρὶ, μήτηρ δὲ τῆς Μητρὸς ὑμῶν τῆς μὴ ἐχούσης μητέρα, ἀλλ' οὔτε σύζυγον ἄρρενα, θήλεια δὲ ὑπὸ θηλείας γενομένη ἐποίησεν ὑμᾶς, ἀγνοοῦσα καὶ τὴν μητέρα αὐτῆς, καὶ δοκοῦσα ἑαυτὴν εἶναι μόνην· ἐγὼ δὲ ἐπικαλοῦμαι αὐτῆς τὴν μητέρα. [2]Τούτους

Cap. II. — 1. Ἐγναμεμψὰ *edit. Petav.* 2. Δαὲκ *edit. Petav. In Cornarii versione haec leguntur:* Messia, Uphareg, Namempseman, Chaldean, Mosomedaea, Acplirane, Psenua, Iesu Nazaria. *Supra, haer.* 34, 23., *in eadem formula apud Cornarium legitur:* Messia, Uphareg, Namempsaeman, Chaldaean, Mosomedaea,

quiddam quam superiores omnes in opinione sua posuit. Etenim qui ex eorum grege morituri sunt, occasionem nactus a Marco, non eodem tamen quo iste modo redimit, sed aliam quandam eiusmodi in salutem vindicandi rationem observat. Sunt enim ex ipsis aliqui qui oleum aqua temperatum capiti morientis aspergunt, unguentum alii, quod Opobalsamum vocant, et aquam. Invocatione quidem eadem utuntur quam et Marcum adhibuisse docuimus, paucissimis vocabulis adiunctis. Ea porro est huiusmodi: *Mesia, Uphar, Egnamempsae, Menekaldia, Nossome, Daec, Acpharam, Epseuua, Iesu Nazaria.* Quae quidem eo consilio faciunt, ut qui sub exitum vitae talibus comprecationibus instructi fuerint cum aqua et oleo, sive unguento, commistis a superioribus Principatibus ac Potestatibus coërceri viderique nequeant, atque ut interior ipsorum homo sursum possit a nemine conspectus evadere. Quippe corporibus istis censent cum reliqua omni creatura relictis evolantes hinc ipsorum animas conditori, qui in defectu versatur, assistere, ibidemque apud illum commorari. Sed interiorem hominem, qui anima ipsa corporeque magis intimus est, altius efferri; quem ex superiori Pleromate derivatum existimant.

Celerum quos ad eum modum illuserint, ita cohortati solent. Cap. III. Ubi, inquiunt, ad Principatus et Potestates post obitum evolaris, memento haec uti verba proferas: *Ego filius a Patre, et eo Patre qui ante omnes extitit, ac praesenti tempore filius veni ut omnia tam aliena quam privata cernerem, nec omnino tamen aliena, sed ad Achamoth pertinentia, quae cum femina sit, sibi ista fabricavit. Origo porro mea est ab eo ducta qui ante omnes extitit, eoque rursum unde ortus sum regredior.* Quae cum dixerit, subinde e Potestatibus ereptum ad conditorem eiusque stipatores adusque primam Ogdoadem efferri. Siquidem post creatorem etiam isti inferiorem esse volunt Hebdomadem, ipsumque in Septenario octavum esse, sed in defectu et ignorantia constitutum. Iubent igitur eum, qui ex hac vita discesserit, creatorem eiusque comites hunc in modum alloqui: *Vas ego sum pretiosum magis quam femina illa quae vos condidit. Si radicem suam vestra mater ignorat, ego novi me ipsum, et unde sim scio, atque incorruptam Sapientiam invoco, quae inest in Patre Matrisque vestrae mater est, eius quae matrem non habet, ac ne coniugem quidem matrem, sed e femina nata femina vos produxit, matris ignara suae, seque esse solam existimans. At ego matrem eius appello.* Quibus audi-

Acphranae, Pseuua, Iesu Nazaria.
3. *Rescribo* τὸν ἐσώτερον.

Cap. III. — 1. *In libris extat* φησὶν.
2. Τούτου *coniec. Petavius.*

δὲ τοὺς περὶ τὸν Δημιουργὸν ἀκούσαντας σφόδρα ταραχθῆναι, καὶ καταγνῶναι αὐτῶν τῆς ῥίζης καὶ τοῦ γένους τῆς μητρὸς, αὐτὸν δὲ πορευθῆναι εἰς τὰ ἴδια, ῥίψαντα τὸν δεσμὸν αὐτοῦ καὶ τὸν ἄγγελον, τουτέστι τὴν ψυχήν. Οἴονται μὲν γὰρ μετὰ σῶμα καὶ ψυχὴν εἶναί τι καὶ ἕτερον ἐν ἀνθρώπῳ. Καὶ περὶ μὲν τῆς ἀπολυτρώσεως ταῦτά ἐστιν ὅσα εἰς ἡμᾶς [3] συνελήλυθεν.

Κεφ. δ'. Οἱ δὲ συνετοὶ κατακούσαντες τῆς περισσοτέρας αὐτῶν χλεύης καταγελάσαιεν [1] τῆς μιμολογίας, ὡς ἕκαστος αὐτῶν ἕτερα παρὰ τὸν ἕτερον
pag. 265. νομοθετεῖ, ὡς βούλεται, καὶ τῆς τόλμης ἑαυτοῦ οὐκ ἀνακόπτεται, ἀλλὰ ὅσαπερ δύναται ἕκαστος ἐπινοεῖ. Καὶ τῶν ἔτι εἰς δεῦρο γεννωμένων παρ' αὐτοῖς καὶ ἐπιφυομένων, [2] οἳ καθ' ἡμέραν εὑρίσκουσί τι καινὸν εἰπεῖν καὶ φαντάσαι τοὺς ἐπαγομένους, χαλεπόν ἐστι πάντα τὰ τούτων ζητῆσαι ἢ ἐξειπεῖν. Ὅθεν ἀρκεσθήσομαι πάλιν τοῖς καὶ περὶ ταύτης τῆς αἱρέσεως εἰρημένοις, ἅτινα καὶ εἰς ἡμᾶς ἦλθεν, ὑποδεῖξαι. Ἡ δὲ τοιαύτη διδασκαλία τίνι οὐκ ἂν σαφὴς εἴη, ὡς μῦθός ἐστι καὶ χλεύη τὸ πᾶν; Πόθεν γὰρ, ὦ οὗτος σὺ, ἢ οἱ πρὸ σοῦ, τὸ σῶμα εἰλήφατε; τὴν δὲ ψυχὴν πόθεν; τὸν δὲ ἐσώτατόν σου ἄνθρωπον πόθεν; Καὶ εἰ μὲν ἄνωθεν ἀπὸ τοῦ ἄνω πνευματικοῦ, ὡς λέγεις δραματουργῶν, καὶ ἐπαγγελίᾳ ἐλπίδος κεπφώσας τοὺς ὑπό σου ἠπατημένους, ἵνα σκοπῷ τινι ἐπάρθεντες [3] ὑποσυρῶσι τῇ σῇ γεγοητευμένῃ δραματουργίᾳ, λέγε, τίς ἡ κοινωνία τοῦ ἄνω πνευματικοῦ πρὸς τὸ ὑλικόν; τίς δὲ ἡ τοῦ ὑλικοῦ πρὸς τὸ ψυχικόν; πῶς δὲ ὁ Δημιουργὸς τὰ μὴ ἑαυτοῦ ἐδημιούργει; πῶς δὲ ὁ ἄνω τὴν παρ' αὐτοῦ δύναμιν πνευματικὴν παρέσχε τῷ μὴ καλῶς ἐργασαμένῳ Δημιουργῷ; πόθεν δὲ ὁ Δημιουργὸς ἀναμίξας [4] τὸ ἑαυτοῦ ψυχικὸν μετὰ τοῦ ὑλικοῦ τῇ ὕλῃ μᾶλλον ἠθέλησεν ἐγκαταδῆσαι τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν; Εἰ δὲ τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν βούλεται ἐγκαταμίξαι, οὐκ ἄρα ἀλλοτρία ἡ ὕλη· εἰ δὲ καὶ ἔστιν ἀλλοτρία, τίς αὐτῷ τῆς ὕλης παρέσχε τὴν ἐξουσίαν; Καὶ πρῶτον λέγε μοι, ὦ ἀπατεὼν, πότερον μισῶν τὴν ψυχὴν κατέδησεν αὐτὴν τῇ ὕλῃ, ἢ ἀγνοῶν τὸ ἐσόμενον; Ἀλλ' οἶδα ὅτι οὐδέτερον τούτων ἐρεῖς. Ὕλην γὰρ οὐ λέγομεν τὸ σῶμα, μὴ γένοιτο, οὐδὲ τὰς τοῦ Θεοῦ κτίσεις· ἀλλὰ ὕλην τινὰ οἶδεν ἡ γραφὴ μετὰ ταύτην τὴν φαύλην, εἰς δὲ κατασκευὰς [5] ἑκάστῃ τέχνῃ καὶ ἐργασίας [6] προκειμένην, ἄλλην τινὰ, λέγω δὴ τὴν ἐκ διανοίας φυομένην ῥυπαρὰν ἐνθύμησιν καὶ βορβορώδεις λογισμοὺς τῆς ἁμαρτίας. Φύονται γὰρ ὡς ἀπὸ πηλοῦ [7] δυςοδμία τε καὶ ἀκάθαρτος ἀποφορὰ, λοιμώδης τε καὶ βορβορώδης. Ὡς ὁ μακάριος Δαβὶδ διωκόμενος καὶ [8] δια-

3. *Ita correxit Petavius. Libri enim habent* συνεληλύθαμεν.

Cap. IV. — 1. τῆς *reposuit Petavius ex cod. Vatic. Nam in edit. princ. extat* τάς. — *Pro* καταγελάσαιεν *mendose scriptum est in edit. Petavii* καταγελάσειεν.

2. *Edit. Petavii mendose* οἱ.

3. ὑποσυρῶσι *emendatio Petavii est. Libri habent* ὑποσύρωσι.

4. *Ita edidit Petavius ex cod. Vatic. Ed. princ. habet* τῷ ἑαυτῷ.

5. ἑκάστῃ τέχνῃ *rescripsi pro* ἑκάστη

tis creatoris factionem magnopere perturbari, atque originem suam matrisque damnare genus; ipsum vero qui ista dixerit abiectis vinculis suis et angelo, sive anima, propriam in sedem transferri. Existimant enim secundum corpus et animam tertium quiddam in homine reperiri. Atque haec sunt quae de illorum redemptione comperire potuimus.

Porro quisquis iudicio valet, ubi inanissimas hasce nugas audierit, sic tanquam mimos fabulasque ridebit. Hoc enim illorum quisque suscipit, ut ab aliorum dogmate diversum quiddam pro voluntatis suae libidine sentiat; nec ulla res ipsum a tanta temeritate deterreat, sed quaecumque potest impune comminiscitur. Ac cum in hodiernum usque diem ab illis multa proferantur, nascanturque portenta, qui quotidie novi aliquid ad illudendos homines confingunt, difficile est extricare omnia, vel oratione complecti. Quare quae de hac haeresi disputata sunt, iis contenti esse debemus, quae ad nostram memoriam pervenerunt. Atque hanc omnem illorum doctrinam quis non meras esse fabulas ac ludibria perspiciat? Cedo enim, heus tu, maioresque tui, unde corpus accepistis? unde animam? unde interiorem illum hominem? Si a superiore illo nescio quo ac spiritali habere te dixeris, pro eo ac mentiri soles, et spei cuiusdam ostensione illusos a te homines inflare, quo eiusmodi proposito sibi scopo tuas ad praestigias prolectentur, dic obsecro quae sit coelestis illius ac spiritalis cum materiae concreto societas, aut huius cum animali: aut quo tandem pacto creator quae ad se pertinebant nihil condiderit? Cur supremus ille spiritalem suam vim conditori, qui minus recte molitus erat, attribuerit. Cur idem ille conditor animale suum cum materiali commiscens materiae quam habebat vim illigare maluerit? Quod si vim ille suam immiscere cupit, non erit aliena materia. Sin est aliena, quis ei ius in materiam potestatemque concessit? Ac primum illud volo mihi dicas, impostor, utrum animae inductus odio, an quod futurum erat ignorans, materia illam adstrinxerit. Non dubito quin horum asserere neutrum audeas. Procul enim absit materiam ut corpus appellemus, aut res a deo conditas. Sed alterius cuiusdam materiae scriptura meminit post vilem hanc et abiectam, quae cuilibet arti operique proponitur. Cuiusmodi est ille qui ex animo pullulat, inquinatus animi motus ac lutulentae peccati cogitationes, quae ex foetidissimo coeno, velut deterrimus vapor ac pestilens spiritus, exhalat. Quam ob caussam bea- Psalm. 68, 3.

Cap. IV.

τέχνη, *quod in libris editis legitur.*

6. προχειμένην *correxit Petavius. Vulgo* προχειμένη.

7. δυςοδμία *bene viderunt corrigendum esse Cornarius et Petavius. Libri habent* δυςοδμίας.

8. *Libri a me inspecti omnes habent* διαβαλλόμενος ὡς ὑπὸ *cett.*

βαλλόμενος ὑπὸ πονηρῶν ἀνθρώπων ἔλεγεν, Ἐνεπάγην εἰς [9] ὕλην βυθοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς.

Κεφ. ε'. Ἐπειδὴ δέ σοι δοκεῖ, Ἡρακλέων, τοῦτο λέγεσθαι ὕλην, τῶν ἀνθρώπων τὰ σώματα καὶ τὸν ἐνθάδε κόσμον ἅπαντα, ἐπὶ ποίῳ σκοπῷ pag. 266. τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ὁ Δημιουργὸς τῇ ὕλῃ ἐγκατέμιξεν; Εἰ μὲν τὸ πονηρὸν ἀγνοῶν, οὐ δύναται δημιουργεῖν, ὁ μὴ γινώσκων ὃ βούλεται δημιουργῆσαι. Οὔτε γὰρ ἡμεῖς τι πράττομεν καθ' ἑκάστην τέχνην ἐργαζόμενοι, [1] ὅπερ οὐ νοοῦμεν. Καὶ προενθυμούμεθα γὰρ ὃ ἐπιτελεῖν βουλόμεθα, καὶ οἴδαμεν πρὶν ποιῆσαι ὃ ἐπιτελέσαι προῃρήμεθα, καί τοί γε ἡμεῖς ἀσθενεῖς ὄντες, καὶ πολλὰ ἀποδέοντες τῆς τοῦ θεοῦ δυνάμεως· διὰ δὲ τῆς ὑπ' αὐτοῦ κεχαρισμένης συνέσεως τοῖς ἀνθρώποις οἴδαμεν καὶ νοοῦμεν. Συμβέβηκε δέ σοι, ὦ Ἡρακλέων, ἡ ἐκ θεοῦ σύνεσις εἰς βλάβην, ὅτι μὴ κατὰ θεὸν αὐτὴν πραγματεύῃ, ἀλλὰ κατὰ πονηρὰν ἐπιτήδευσιν. Ἔτι δὲ πάλιν ἐρῶ, πόθεν ἡ τοῦ πνευματικοῦ μίξις τῷ ψυχικῷ τε καὶ ὑλικῷ, ὃ [2] δὴ λέγεται παρὰ σοὶ [3] ἔσω ἄνθρωπος, τῷ δευτέρῳ καὶ τρίτῳ ἔξω ἀνθρώπῳ [4] συνημμένου, φημὶ δὴ ψυχῇ καὶ σώματι; Καὶ εἰ μὲν ἐκ βουλήματος τῆς ἄνω δυνάμεως τοῦ τῶν ὅλων Πατρὸς, φημὶ δὲ τοῦ κατὰ σὲ Βυθοῦ, ἆρα γε οὐκ ἀκοινώνητος τοῖς ἄνω, ὡς ἔφην, ἡ ἐνταῦθα περὶ ἡμᾶς κτίσις συγκαταμιγνυμένη, διὰ τῆς τοῦ Πατρὸς ἄνω εὐδοκίας καὶ τοῦ ἄνωθεν παρ' αὐτοῦ καταπεμφθέντος σπινθῆρος, ὅ ἐστιν ὁ πνευματικὸς κατὰ σὲ καὶ ἐσώτατος ἄνθρωπος. Εἰ δὲ λέγεις τὸν Δημιουργὸν τὸν ἐν ἐλαττώματι καὶ ὑστερήματι, ἢ τὴν Μητέρα, ἣν λέγεις Ἀχαμὼθ, εἰληφέναι ἄνωθεν δύναμιν, τουτέστι τὸ πνευματικὸν, οὐκέτι ἐν ὑστερήματι καὶ ἀγνοίᾳ ἐστὶν ὁ Δημιουργὸς, οὔτε ἡ κατὰ σὲ [5] Μήτηρ καλουμένη. Πῶς γὰρ ἄν τις ἐν ἀγνοίᾳ εἴη τούτου οὗ ἐπιθυμεῖ. Εἰ γὰρ ὅλως τοῦ κρείττονος ὀρέγεται, οἶδε τὸ καλὸν καὶ ἀγαθὸν, καὶ ὁ τὸ ἀγαθὸν ἐπιστάμενος, καὶ μὴ στυγῶν τοῦτο, ἀλλὰ ὀρεγόμενος, οὐκ ἔστιν ἀλλότριος τοῦ ἀγαθοῦ.

Κεφ. ϛ'. Καὶ ἵνα μὴ κατατρίβωμαι περὶ τὰς μηχανὰς τοῦ ἀγύρτου ἀσχολούμενος, τούτοις ἀρκεσθήσομαι. Πᾶσα γὰρ αὐτοῦ ἔπεσεν ἡ ληρῳδία ἀπὸ τοῦ τῶν πάντων δεσπότην πᾶσι σαφῶς ὁμολογηθῆναι ἀγαθὸν ὄντα καὶ προγινώσκοντα καὶ δυνάμενον τὰ πάντα ποιεῖν, καὶ ὡς ὑπ' αὐτοῦ πᾶσα φύσις ὑπάρχουσα κτιστὴ καλῶς γεγένηται. Οὔτε γὰρ δυνατὸν ἄνευ τοῦ θεοῦ τι εἶναι, ἀλλ' ἢ μόνον ἡ ἁμαρτία οὐκ ἔχουσα ἀρχὴν ῥίpag. 267. ζης, οὐδὲ εἰς τέλος μένουσα, ἐν ἡμῖν δὲ ἐπεισάκτως γινομένη, καὶ

9. ὑλὶν cod. *Rhedig.*, *quod est* ἰλὺν, *quemadmodum scriptum est apud LXX Interpretes.*

Cap. V. — 1. *Pro* ὅπερ, *quod Petavius restituit ex cod. Vatic.*, *in edit. pr. legitur* τὸ.

tus ille David, cum eum conscelerati homines persequerentur ac calumniis incesserent, *Infixus sum*, inquit, *in materia profundi* etc.

Verum quandoquidem, o Heracleo, placet tibi materiam hominum esse corpora, totumque istud universum, quaero abs te quibus de caussis animam suam materiae creator inseruerit. Si malum ignoravit, qui quod moliri vult ignorat efficere omnino nihil potest. Neque enim nos in singulis artibus molimur quippiam quod non intelligimus. Quicquid autem perficere volumus, id diu ante meditamur, et quod faciendum suscepimus, animo ante et cognitione complectimur. Atqui imbecilles ipsi sumus, et longe a divina potestate vincimur, et tamen pro insita ab illo generi humano solertia novimus istud et mente percipimus. Tibi autem nimirum, Heracleo, concessa illa divinitus intelligentia fraudi fuit, quod non ex dei praescripto, sed ex pessimo animi tui studio exercere illam institueris. Hoc unum insuper velim mihi respondeas, undenam spiritalis illius, quem tu interiorem hominem vocas, cum animali ac materiali, sive secundo ac tertio, exteriorique adeo homine, coniuncti sit facta concretio. Si de supremae virtutis, hoc est Parentis omnium, quem Bythum etiam vocas, voluntate gestum dixeris, non erunt igitur, ut dictum est, creatae istae infimaeque res omnis cum superioribus communionis expertes, id ipsumque de supremi Parentis consilio ac coelitus delapsa illa scintilla consequentur, qui est intimus ille opinione tua ac spiritalis homo. Sin conditorem mavis in defectu atque egestate constitutum, aut eius matrem, quam Achamoth nominas, vim illam hausisse de coelo, hoc ipsum videlicet quod spiritale est, sequitur neque conditorem, neque quam tu matrem illius nuncupas, in defectu amplius ignorantiaque versari. Qui enim ignorare aliquis potest cuius cupiditate ducitur? Nam si omnino, quod praestantius est desiderat, quod honestum est bonumque cognoscit. Qui autem et bonum cognitione capit, neque odit illud, sed appetit, a bono nequaquam alienus est. Cap. V.

Sed ne in persequendis importuni illius nebulonis fraudibus diutius haeream, iis quae proposita sunt ero contentus. Cum praesertim vel ex hoc uno illius evanescant somnia, quod nemo est quin universorum dominum bonum esse omniaque et praevidere et moliri posse sentiat, totamque rerum naturam ab illo conditam praeclare omnino fabricatam existimet. Nihil enim absque deo potest existere, praeterquam peccatum, cuius radix et origo principio caret, neque perpetuo manet, sed in nobis ipsis adventitium inest et ex- Cap. VI.

2. δὴ *om. ed. Pelav.*

3. *Reposuerim* ὁ ἔσω ἄνθρωπος.

4. *Libri habent* συνημμένῳ.

5. *Editi libri habent* μητὴρ.

ἀφ' ἡμῶν πάλιν πανομένη, ὡς καὶ πανταχοῦ κατὰ πασῶν τῶν αἱρέσεων ποιούμενος τὸν λόγον ἀπέδειξα, ὅτι εἷς ἐστιν ὁ θεὸς ὁ τὰ πάντα ποιήσας καὶ δημιουργήσας, ὁ πατὴρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ εἷς ὁ μονογενὴς αὐτοῦ παῖς ὁ κύριος ἡμῶν καὶ σωτὴρ καὶ θεὸς, καὶ ἓν τὸ ἅγιον αὐτοῦ πνεῦμα, μία τριὰς ἁγία καὶ ὁμοούσιος, ἐξ ἧς τὰ πάντα καλῶς ἐκτισμένα, οὐ πονηρά τινα, ἀλλὰ ἀγαθὰ, κατὰ τὴν οὕτως εὐδοκήσασαν ἀγαθότητα ἐξ οὐκ ὄντων κεκλημένα εἰς τὸ εἶναι, ᾧ θεῷ δόξα καὶ τιμὴ καὶ κράτος πατρὶ ἐν υἱῷ, υἱῷ ἐν πατρὶ, σὺν ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

Ταύτης δὲ πάλιν ποιησάμενος τὴν ἀνατροπὴν διὰ βραχέων ἐπὶ τὰς ἑξῆς βαδιοῦμαι τὸν πρὸς ἑκάστην κατὰ δύναμιν ποιούμενος ἔλεγχον, καὶ οὕτως ἐπιτελῶν τὴν ἀνατροπὴν τῆς αὐτῶν λυμαντικῆς μοχθηρίας. Σὴψ γὰρ [1] οὗτος ἂν λέγοιτο δικαίως, ὃ οὐκ [2] ὄφις, ἀλλ', ὥς φασι, [3] χαλκίδος εἶδός ἐστι, [4] τετράπουν ἑρπετὸν, [5] ἀσκαλαβώτῃ [6] ἐοικὸς, οὗ ἡ μὲν τοῦ δήγματος βλάβη εἰς οὐδὲν λογίζεται, τὸ δὲ πτύσμα ἢ ἐν βρώματι ἢ ἐν ποτῷ ἀκοντισθὲν θάνατον εὐθὺς τοῖς μεταλαβοῦσιν ἐργάζεται. Οἵα καὶ ἡ τούτου διδασκαλία. Ἀλλὰ καὶ τούτου τὸν ἰὸν φωράσαντες καὶ τῇ τοῦ κυρίου δυνάμει ἀπὸ φαρύγγων ἢ χειλέων τῶν μελλόντων βλάπτεσθαι ἀπομάξαντες τὰς ἑξῆς διέλθωμεν, ὡς προεῖπον, τῆς αὐτῶν βλάβης ποιοῦντες τὸν ἔλεγχον.

ΚΑΤΑ ΟΦΙΤΩΝ,
ἑπτακαιδεκάτη, ἡ καὶ τριακοστὴ ἑβδόμη.

Κεφ. α'. Ὡς οὖν τῇ τοῦ θεοῦ δυνάμει ἐπαγγειλάμενοι θεοῦ βοηθοῦντος καὶ [1] τὴν ἑξῆς [2] ταύτῃ ὑφηγησόμεθα ταῖς πρότερον ἀκολουθήσασαν ματαιοφροσύναις Ὀφιτῶν, τὰ μὲν κατὰ τὰ αὐτὰ φερομένην, τὰ δὲ διηλλαγμένην, [3] λέγω δὲ τοῖς ἤθεσι καὶ σχήμασι τῶν χρωμένων αὐτῇ· ἵνα ἀπὸ τῆς μετεώρου πλάνης τῆς τούτων διαφωνίας παντί τῳ δῆλον ἔσηται ὅτι πλάνῃ ἄγονται, καὶ οὐκ ἀληθείᾳ. Φωραθήσεται δὲ νῦν τῷ λόγῳ καὶ ἐλεγχθήσεται ἡ κατ' [4] αὐτοὺς ἄνοια.

pag. 268. Οἱ Ὀφῖται μὲν γὰρ, ὡς προεῖπον, τὰς προφάσεις εἰλήφασιν ἀπὸ τῆς τοῦ Νικολάου καὶ Γνωστικῶν καὶ τῶν πρὸ τούτων αἱρέσεων, Ὀφῖται δὲ καλοῦνται δι' ὃν δοξάζουσιν ὄφιν. Ἄτοπα γὰρ καὶ οὗτοι ἐρεύ-

Cap. VI. — 1. ἂν οὗτος cod. Rhedig. 2. ὁ οὐκ ὀφθεὶς vulgo libri habent. — Cf. schol. Nicandr. Ther. 817. cum Schneideri annotatis. 3. χαλκίδος εἶδος rescripsi pro χαλκέα ὅς, quod libri habent. Quae verba Petavius uncinis inclusit tanquam spuria, item Cornarius in versione sua omnino neglexit. 4. Ita corrigendum viderunt Cornarius et Petavius. Libri habent τετραπλοῦν. 5. Ita Petav. ex cod. Vatic. Cornarius ediderat ἀσκαλαβάτῃ. 6. Libri: ἐοικώς.

trinsecus ascitum, et a nobis rursum habet ut esse desinat; quemadmodum cum singillatim adversus haereses disputarem ubique monstravi: Unum videlicet esse deum a quo facta conditaque sint omnia, patrem domini nostri Iesu Christi, unum itidem esse filium eius unigenitum dominum nostrum, salvatorem ac deum, unum quoque Spiritum sanctum, unam sanctam consubstantialemque Trinitatem, a qua recte sunt universa procreata, non aliqua mala, sed omnino bona, prout bonitatis illius voluntas tulit. Eadem porro e nihilo ut essent aliquid evocata sunt. Cui quidem deo gloria, honor et imperium sit, Patri in Filio, Filio in Patre, cum Spiritu sancto, in secula seculorum, Amen.

Hac igitur haeresi paucis in hunc modum eversa ad reliquas pergendum; quas singillatim, prout in nobis situm erit, refellemus, ac perniciosissimae illarum nequitiae modum adhibebimus. Seps enim merito ille nominari potest. Quod bestiae genus non tam serpens, quam reptile quadrupes est, stellionis specie; qui cum morsu nihil admodum noceat, sputum ipsum si in cibum aut potum eliserit, praesens iis qui adhibuerint exitium afferre dicitur. Eiusmodi est illius doctrina. Nos autem huius quoque veneno patefacto, ac divina ope ex illorum quibus iamiam nociturum erat faucibus aut labris absterso, ad ceteras transeamus, et eas, ut dictum est, oratione nostra confutemus.

ADVERSUS OPHITAS,
quae est haeresis XVII. vel XXXVII.

Quod igitur divino freti praesidio suscepimus, Ophitarum hae- Cap. I.
resin, quae superioribus illis insanis stolidisque sectis proxima est, aggredimur. Quae quidem partim cum illis convenit, partim discrepat, pro eorum qui illam secuti sunt moribus habituque dissimili: ut vel inanis illa et erroribus implicata discordia magno omnibus argumento sit, falsitate illos esse, non veritate subnixos. Nunc itaque eorum oratione nostra detegenda ac convincenda vesania est.

Nam Ophitae, quemadmodum diximus, a Nicolao et Gnosticis ac prioribus aliis sectis effloruerunt. Quos Ophitas, hoc est Anguineos, ab angue illo quem celebrant appellare solent. Sed horrenda

Cap. I. — 1. τὴν *ego reposui. Libri habent* τῇ.

2. ταύτῃ *cod. Vatic.* ταύτης *vulgo est scriptum. Cornarius vertit:* Quemadmodum igitur per dei virtutem promisimus, ita deo opitulante haeresim Ophitarum ad relatas vanitatum opiniones consequentem deinceps exponemus.

3. λέγω *cod. Vatic. Quomodo iam emendaverat Cornarius*, inquam *vertens. Edit. princ. et cod. Rhedig. habent* λεγέτω.

4. *Sic correxerunt Cornarius* (*qui vertit* ipsorum) *et Petavius. Libri habent* αὐτοῦ.

γονται, ὡς ἀπὸ τῆς προειρημένης βρώσεως τῆς δυςοδμίας ἐμπεπλησμένοι, καὶ ὡς κενὰ δαιμόνια ἀπατηθέντες οὗτοι τὸν ὄφιν, ὡς προεῖπον, δοξάζουσι. Καὶ ὅρα εἰς ὅσην προέβη κακομηχανίαν ὁ τούτους ἀπατήσας ὄφις. Καθάπερ γὰρ ἐξ ὑπαρχῆς τοὺς περὶ Εὔαν καὶ τὸν Ἀδὰμ ἠπάτησεν, οὕτω καὶ νῦν κρύπτων ἑαυτὸν ἔν τε τῷ παρόντι καὶ ἐν τῷ χρόνῳ τῶν Ἰουδαίων ἄχρι τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας. Εἶτα καὶ προβαινόντων τῶν χρόνων λίχνους ὄντας τοὺς ἀνθρώπους τῇ δι' αὐτοῦ ἐκ τῆς παρακοῆς ληφθείσῃ βρώσει ἔτι ὑπονοθεύων καὶ ἐρεθίζων εἰς περισσοτέραν ἀπάτην ἀπὸ τοῦ ὄντος θεοῦ ἀφίστησι, πολλὰ μὲν ὑπισχνούμενος ἀεὶ, ὡς καὶ ἐξ ἀρχῆς. Καὶ γὰρ καὶ τότε ἠπάτησε, λέγων, Ἔσεσθε ὡς θεοί· εἶτα προϊόντων τῶν χρόνων τὴν πολύμορφον καὶ τερατώδη φαντασίαν αὐτοῖς ἐξειργάσατο. Ἀπὸ γὰρ τοῦ ἑνὸς καὶ τοῦ ἀληθινοῦ θεοῦ ἀποστήσας αὐτοὺς ἐνεκίσσησε πάλαι τὴν τῆς εἰδωλολατρείας καὶ πολυθεΐας βλάσφημον κενοφωνίαν. Οὐδέποτε γὰρ ἦσαν θεοὶ, ὥςπερ οὐδέ εἰσιν, ἀλλὰ ὁ θεός. Προεκίσσα δὲ τὴν εἰδωλομανίαν καὶ πολυθεΐαν καὶ ἀπατηλὴν διάνοιαν· οὐκ ἦν δὲ αἴτιος μόνος ὁ φαινόμενος τότε ὄφις, ἀλλὰ ὁ ἐν τῷ ὄφει ὄφις λαλήσας, φημὶ δὲ διάβολος, καὶ τὴν ἀκοὴν τοῦ ἀνθρώπου ταράξας διὰ τῆς γυναικός. Καὶ οὐδὲ τὸ ξύλον ἦν ἁμαρτία (θεὸς γὰρ οὐδὲν πονηρὸν φυτεύει)· γνῶσιν δὲ ἐνεποίησε τὸ ξύλον τοῦ εἰδέναι ἀγαθόν τε καὶ φαῦλον. Καὶ οὐχὶ διὰ τὸ εἰδέναι ὁ θάνατος, ἀλλὰ διὰ τὴν παρακοήν. Καὶ γὰρ ἡ πᾶσα τοῦ ἐχθροῦ τότε συσκευὴ οὐχ ἕνεκεν τοῦ βρώματος γέγονεν, ἀλλ' ἕνεκεν τοῦ ἐργάσασθαι αὐτοῖς τὴν παρακοήν. Ὅθεν παρακούσαντες τότε τοῦ μὲν Παραδείσου ἔξωθεν γίνονται, ἐπιτιμηθέντες δικαιότατα, οὐ κατὰ μῖσος, ἀλλὰ κατὰ ἐπιμέλειαν τοῦ θεοῦ. Φησὶ γὰρ πρὸς αὐτοὺς ὁ κύριος, Γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ. Ἔδει γὰρ τὸν ὄντως ὄντα τεχνίτην κεραμέως δίκην ἐπιμελόμενον τοῦ ἰδίου διὰ χειρῶν πεπλασμένου αὐτοῦ πλάσματός τε καὶ ἄγγους τοῦτο ὕστερον ἐν ἐλαττώματι γεγονὸς διὰ τῆς pag. 269. παρακοῆς — καὶ, ὡς εἰπεῖν, ἔτι πηλοῦ ὄντος, καὶ ὡς [5] ὑπὸ ῥαγάδι ἀπορρύματος γεγονότος τοῦ ἄγγους — μὴ ἐᾶσαι οὕτως, ἀλλὰ μεταβαλεῖν εἰς τὸ ἀρχαῖον φύραμα· ἵνα αὖθις ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ ἀνασκευάσῃ τὸ ἄγγος ἐν τῇ ἀναστάσει εἰς τὴν ἀρχαίαν φαιδρότητα, καὶ ἔτι περιττότερον, τουτέστι τὰ σώματα τῶν τὰ ἀδικώτατα πραξάντων καὶ μετανοησάντων καὶ ἀποστάντων τῶν ἰδίων σφαλμάτων καὶ ἐν τῇ γνώσει τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τελειωθέντων, ἵνα γένηται τοῦ φυράματος ἡ ἀνάστασις ἐκ τῆς γῆς, ὡς φύραμα μαλαχθὲν παρὰ τοῦ τεχνίτου, καὶ αὖθις εἰς τὴν ἀρχαίαν καὶ ἔτι βελτίω ἀνατύπωσιν κατασκευασθῇ.

5. *Ita correxi. Vulgo enim extat* ὑπὸ ῥαγάδα ἀπόρρυμα γεγονότος *cett., quae vereor ut ne* καὶ *quidem particula ante* ἀπόρρυμα *addita (quo quidem modo Petavius corruptelae esse medendum opinatus est), sana et apta sint evasura. Cornarius in versione Latina haec verba* καὶ ὡς εἰπεῖν — — — τοῦ ἄγγους *omisit. Pro* ἔτι πηλοῦ ὄντος *facile reposuerim* ἔτι πηλοῦ ὄν.

sane sunt quae homines isti, ut ita dicam, eructant, ex illo esu velut tetro quodam odore referti. Serpentem quippe novi cuiusdam instar numinis venerantur. Ac vide quantis eos fraudibus ille, a quo circumventi sunt, serpens irretitos teneat. Nam ut Evam olim et Adamum fefellit, ita modo seipsum tegens ac dissimulans, adeoque ante a Iudaeorum temporibus ad adventum usque Christi, mortalibus imposuit. Tum progredientibus aetatibus esca illa, quam contra dei interdictum usurpare ausi fuerant, prolectatos homines et aviditate correptos ab obsequio dei callidioribus machinis abstraxit, vehementius identidem adulterans et instigans, ac multarum rerum spem, ut initio fecerat, ostendens. Nam et tunc ita illos decepit cum diceret, *Eritis sicut dii.* Tum paulatim varias ac portenti si- Gen. 3, 5.
millimas eis species obiecit. Cum enim ab uno veroque deo illos avertisset, idololatria multipliciumque deorum ineptissimis religionibus velut fetu quodam implevit. Siquidem dii nunquam extiterunt, uti nec existunt modo, sed deus duntaxat. Verum insanum simulacrorum cultum, ac deorum multitudinem et fraudulenta consilia dudum apud se conceperat. Neque vero solus ille, qui extrinsecus apparebat, serpens tanti mali caussam attulit, sed qui per eum loquebatur alius serpens, hoc est diabolus, qui auditum viri mulieris usus opera perturbavit. Neque lignum ipsum peccatum fuit. Nihil enim a deo mali seritur. Sed boni malique cognitionem lignum illud attulit. At non ex ea scientia mors est, sed ex contumacia profecta. Nam tota hostis illa calliditas non ad escam pertinebat; sed eo potissimum spectabat, ut illos ad violandum dei mandatum impelleret. Ex quo tum accidit ut lege contempta e paradiso pellerentur, meritoque castigarentur, non odio ullo, sed dei erga illos cura providentiaque singulari. Sic enim dominus ipsos alloquitur: *Terra es, et in terram* Gen. 3, 19.
reverteris. Si quidem rationi consentaneum fuit, ut ille verus artifex, figuli instar, operis eius ac vasis quod manibus finxerat curam gerens, idipsum ex praecepti violatione imminutum, quamdiu molle adhuc, ut ita dixerim, lutum erat, atque ex fissura quadam ac rima perfluere coeperat, non ita destitueret, sed in pristinam massam redigeret, ut in instaurata illa generatione, hoc est mortuorum excitatione, vas illud priorem ad pulchritudinem nitoremque revocaret, imo aliquid ei insuper adiiceret. Quod de eorum corporibus accipiendum est qui post horrenda scelera poenitentia ducti et a delictis revocati, in Iesu Christi domini nostri cognitione perfecti sunt; ut illa de terra massa denuo resurgat, argillae instar quae artificis manu mollitur ac subigitur, eoque modo in antiquam vel etiam praestantiorem speciem reformetur.

Κεφ. β'. Τοιαύτη μὲν ἦν ἡ ἐπιβουλὴ τοῦ ὄφεως πρὸς τὴν Εὖαν. Ἐξ ἀρχῆς γὰρ λίχνος ἡ ἀνθρωπεία φύσις, καὶ ὑπαγομένη ἀεὶ τοῖς τῆς κενοφωνίας δόγμασι καὶ κεναῖς ὑποσχέσεσι. Καὶ πάλαι μὲν κρυπταζόμενος ὁ αὐτὸς οὐκ ἐδήλου τῆς αὐτοῦ ἰοβολίας τὸ πέρας, ὕστερον δὲ, μετὰ τὴν ἔνσαρκον Χριστοῦ παρουσίαν, ἐξήμεσέ τε καὶ ἀπέπτυσε τὴν πᾶσαν αὐτοῦ [1] ἰώδη καὶ μοχθηρὰν ἐπίνοιαν τῆς κακονοίας. Οὗτος γὰρ προεβάλετο ἑαυτὸν ἐν τῇ τῶν ἠπατημένων διανοίᾳ δοξάζεσθαι ὡς θεὸς καὶ [2] προκεῖσθαι. Γινώσκεται δὲ ὁ αὐτὸς ὄφις διά τε τῆς αὐτοῦ σχολῆς ταύτης καὶ δι' ὄφεως τοῦ αἰσθητοῦ τὴν ἀπάτην ἐμποιῶν. Ὄφιν δὲ δῆθεν ἡ θεία γραφὴ καλεῖ τὸν διάβολον, οὐ πάντως ὄντα τοιοῦτον τῇ μορφῇ, ἀλλὰ διὰ [3] τὸ φαινόμενον τοῖς ἀνθρώποις σκολιώτατον, καὶ τὸ ἐν πρώτοις ἐν ὄφει ἐνεργηθὲν τῆς ἀπάτης σκευώρημα. Παρὰ τοῖς τοίνυν τὴν ἀλήθειαν ἐπιγινώσκουσι καταγέλαστον τούτου τὸ δόγμα, καὶ οἱ αὐτῷ προσανέχοντες, τὸν ὄφιν ὡς θεὸν δοξάζοντες. Μηκέτι γὰρ δυνάμενος ὁ διάβολος τὴν ἀνδρείαν διάνοιαν τὴν ἀπὸ τοῦ κυρίου λαβοῦσαν τὴν δύναμιν τῆς ἀληθείας ἀπατᾶν τρέπεται ἐπὶ τὸ θῆλυ, τουτέστι τὴν τῶν ἀνθρώπων ἄγνοιαν, καὶ πείθει τοὺς ἐν τῇ ἀγνοίᾳ, ἐπειδὴ οὐ δύναται τὸν στερεὸν λογισμὸν ἀπατῆσαι. Θηλυκοῖς γὰρ ἀεὶ διανοήμασι προσπελάζει, ἡδονῇ τε καὶ ἐπιθυμίᾳ, τουτέστι τῇ [4] ἀγνοίᾳ τῇ ἐν ἀνθρώποις θηλυνομένῃ, καὶ οὐχὶ τῷ στερεῷ λογισμῷ, τῷ εὐλόγως τὰ πάντα νοοῦντι καὶ θεὸν ἀπὸ τοῦ [5] κατὰ φύσιν νόμου ἐπιγινώσκοντι.
pag. 270. Λέγει γὰρ ἑαυτὸν εἶναι Χριστὸν ὁ παρ' αὐτοῖς ὄφις. Μᾶλλον δὲ οὐκ αὐτὸς, οὐ γὰρ δύναται φθέγξασθαι, ἀλλὰ ὁ τὴν αὐτῶν ἔννοιαν οὕτω φρονεῖν παρασκευάσας διάβολος. Τίς τοίνυν ἰδὼν τὸν ὄφιν οὐκ ἐπιγνώσεται τὸν ἐχθρὸν καὶ φεύξεται; Τούτου γὰρ ἕνεκεν καὶ ὁ κύριος αὐτὸν τοῦτον τὸν ὄφιν εἰς ἐχθρίαν κατέστησε τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους, ἐπειδὴ ὅλως σκεῦος διαβόλου γέγονε κτῆνος ὢν, καὶ δι' αὐτοῦ ἠπάτησεν διάβολος τὸν ἄνθρωπον ἐν τῷ παραδείσῳ· ἵνα ἰδόντες τὴν τούτου ἐχθρίαν τοῦ αἰσθητοῦ ὄφεως ἀποδιδράσκωσι τῆς ἀπάτης τὴν ἐπιβουλὴν, καὶ μισήσωσιν, ὡς εἰπεῖν, θεάσασθαι καὶ τὸ εἶδος.

Κεφ. γ'. Ἀποδιδόασι δὲ καὶ οὗτοι οἱ Ὀφῖται καλούμενοι τούτῳ τῷ [1] ὄφει τὴν πᾶσαν γνῶσιν, λέγοντες ὅτι οὗτος ἀρχὴ γέγονε γνώσεως τοῖς ἀνθρώποις, μυθωδῶς παρεισφέροντες τὰ παρ' αὐτοῖς νομιζόμενα μυστήρια, μιμολογήματα δὲ ὄντα καὶ χλεύης ἔμπλεα καὶ ματαιοφροσύνης. Μῦθοι γὰρ ὡς ἀληθῶς οὗτοι. Φάσκουσι γὰρ ἀπὸ τοῦ ἄνω Αἰῶνος προ-

Cap. II. — 1. ἰώδη restituit Petavius ex cod. Vatic. ἰοβολίαν pristina erat scriptura.

2. Emendavi προκεῖσθαι pro προνοεῖσθαι, quod vulgo extat, duce libro Rhedigerano in quo scriptum προνεῖσθαι inveni. Προκεῖσθαι est pro recepto aestimari, vel censeri. Petavius corrigendum putavit προσκυνεῖσθαι.

Tales adversus Evam fuere serpentis insidiae. Etenim iam Cap. II. tum ab initio natura hominum novitatis cupida, vanis dogmatum somniis et inanibus promissis solet abripi. Et quidem principio latens ille ac sensim obrepens ictus venenati exitum dissimulabat. Postea cum salvator assumpto corpore venisset, virus omne suum ac nefarii sceleris improbitatem evomere ac despuere coepit. Nam semetipsum infelicium illorum mentibus dei instar habendum celebrandumque proposuit. Sed idem serpens, qui per alumnos disciplinae suae postea, olim per aspectabilem illum serpentem, homines circumvenit. Diabolum enim scriptura serpentem nominat; non quod ea sit eius figura, sed quod ex omnibus bestiis sit ille tortuosissimus, quodque primam omnium fraudem sub serpentis involucro molitus fuerit. Quamobrem apud eos, qui veritatis haud ignari sunt, ridiculum est illius dogma, non minus quam qui eidem acquiescentes numinis instar serpentem colunt. Diabolus quippe, cum virilem animum veritatis a deo cognitione roboratum decipere non posset, ad mulierem sese convertit, hominum videlicet ignorantiam; et quoniam fortibus ingeniis nequit illudere, eos quibus ignorantiae caecitas obducta est ad sese conatur allicere. Nam muliebribus perpetuo cogitationibus adhaerescit, voluptati nimirum et cupiditati, hoc est effeminatae in hominibus ignorantiae; firma vero ac constantia ingenia reformidat, quae rerum omnium consentaneam ac congruam notitiam informant, ac deum ipsum ex naturae lege discernunt. Christum enim se illorum esse serpens praedicat; vel minime ipse quidem, neque enim loqui potest, sed qui talem istorum mentibus cogitationem iniecit diabolus. Ecquis vero statim ac serpentem viderit non hostem animadvertat ac fugiat? Hanc enim ob caussam dominus serpentem inter hominumque genus hostiles inimicitias immisit, quod omnino diabolus bestiae genus istud velut instrumentum adhibuisset, hominemque intra paradisi septa decepisset; ut qui externi serpentis hostilem speciem conspicati fuerint, ab eius insidiis caveant, ac vel ipsum, ut ita dicam, conspectum illius exhorrescant.

Ophitae vero huic scientiam omnem tribuunt, itaque profiten- Cap. III. tur: serpentem hominibus scientiae omnis auctorem extitisse, indeque fabulas meras quas pro mysteriis habent commenti sunt; cum nihil aliud praeter mimorum ludicra ridicula prorsus et inania sint. Etenim ab Aeone summo propagatos Aeonas existimant, e quibus

3. τὸ *rescripsi ex Vatic. libro pro* τὸν, *quod vulgo extat.*

4. *Verba* ἀγνοίᾳ τῇ *in edit. Petav. operarum error omisit.*

5. κατὰ, *quod desideratur in edit. princ., Petavius ex cod. Vatic. restituit.*

Cap. III. — 1. ὄφει *reposui cum Cornario et Petavio, pro corrupta voce* ἔζει, *quae vulgo legitur.*

βεβλῆσθαι Αἰῶνας, καὶ κατώτερον γεγενῆσθαι [2] τὸν Ἰαλδαβαώθ· τοῦ-
τον δὲ προβεβλῆσθαι κατὰ ἀδράνειαν καὶ ἄγνοιαν τῆς ἰδίας μητρὸς,
τουτέστι τῆς ἄνω [3] Προυνείκου. Ταύτην γάρ φασι τὴν Προύνεικον
κατεληλυθέναι εἰς τὰ ὕδατα, καὶ μιχθῆναι αὐτοῖς, καὶ μὴ δεδυνῆσθαι
εἰς τὰ ἄνω χωρεῖν διὰ τὸ μεμίχθαι τῷ βάρει τῆς ὕλης, ἐπιμεμίχθαι δὲ
αὐτὴν τοῖς ὕδασι καὶ τῇ ὕλῃ καὶ μηκέτι δυνηθῆναι ἀναχωρεῖν. Ἐπῆρε
δὲ ἑαυτὴν κατὰ βίαν εἰς τὰ ἀνώτερα, καὶ ἐξέτεινεν ἑαυτὴν, καὶ οὕτως
γέγονεν ἀνώτερος οὐρανός· καὶ ὡς παγεῖσα ηὕρηται, μηκέτι δυναμένη
μήτε ἄνω ἀναβῆναι, μήτε κάτω κατελθεῖν, ἀλλὰ εἰς τὸ μεσαίτατον πα-
γεῖσά τε καὶ ἐκτεταμένη ἔμεινε. Κάτω μὲν γὰρ κατενεχθῆναι οὐκ ἠδύ-
νατο, ὅτι οὐκ ἦν συγγενής· ἄνω δὲ οὐκ ἠδύνατο χωρεῖν, διὰ τὸ βα-
ρεῖσθαι ἐκ τῆς ὕλης ἧς προσέλαβε. Κατὰ δὲ τὴν αὐτῆς ἄγνοιαν προ-
βληθεὶς ὁ Ἰαλθαβαὼθ ἦλθεν εἰς τὰ κατώτατα, καὶ ἐποίησεν ἑαυτῷ
ἑπτὰ υἱοὺς, οἵτινες ἑαυτοὺς οὐρανοὺς ἑπτὰ ἐποίησαν, αὐτὸς δὲ ἀπο-
κλείσας τὰ ὑπὲρ αὐτὸν ἀπέκρυπτεν, ἵνα οἱ ὑπ' αὐτοῦ υἱοὶ προβληθέν-
τες ἑπτὰ μὴ γινώσκωσι τὰ ὑπὲρ αὐτὸν, κατώτεροι ὄντες, αὐτοῦ, ἀλλ'
αὐτὸν μονωτάτως. Καὶ οὗτός ἐστι, φασὶν, ὁ θεὸς τῶν Ἰουδαίων ὁ
Ἰαλδαβαώθ. Ἀλλ' οὐκ ἔστιν οὕτως, μὴ γένοιτο. Ἀλλὰ μέλλει κρίνειν
pag. 271. αὐτοὺς ὁ θεὸς ὁ παντοκράτωρ, θεὸς ὢν καὶ Ἰουδαίων καὶ Χριστιανῶν
καὶ πάντων, [4] καὶ οὐ Ἰαλδαβαώθ τις ὢν κατὰ τὴν αὐτῶν ληρώδη μυ-
θολογίαν.

Κεφ. δ'. Εἶτά φασιν· Ἀποκεκλεισμένων τῶν ἄνω διὰ τῆς τοῦ Ἰαλδαβαὼθ
ἐπινοίας οὗτοι οἱ ἀπ' αὐτοῦ γεγεννημένοι ἑπτὰ υἱοὶ, ἤτοι Αἰῶνες, ἤτοι
θεοὶ, ἤτοι ἄγγελοι (καλοῦνται γὰρ παρ' αὐτοῖς ὀνόμασι διαφόροις) κατὰ
τὴν ἰδέαν τοῦ αὐτῶν πατρὸς Ἰαλδαβαὼθ ἔπλασαν τὸν ἄνθρωπον· οὐ
ῥαδίως, οὐδὲ ταχέως, ἀλλὰ τῷ αὐτῷ τρόπῳ ᾧ καὶ αἱ πρότεραι αἱρέσεις
ἐμηχανήσαντο ἐν τῇ αὐτῶν κενοφωνίᾳ. Φασὶ γὰρ καὶ οὗτοι· Ἦν ἑρπε-
τὸν ὁ ἄνθρωπος ὡς σκώληξ, μὴ δυνάμενος μήτε ἀνακύφειν, μήτε ὀρ-
θοῦσθαι. Πρὸς ἐπιβουλὴν δὲ τοῦ Ἰαλδαβαὼθ ἡ ἄνω Μήτηρ, ἡ κα-
λουμένη Προύνεικος, βουλομένη κενῶσαι τὸν Ἰαλδαβαὼθ ἀπὸ τῆς αὐτῆς
δυνάμεως ἧς ἐξ αὐτῆς μετέσχεν ἐνήργησεν ἐν αὐτῷ, εἰς τὸν ἄνθρωπον
τὸν ἀπὸ τῶν τέκνων αὐτοῦ πεπλασμένον κενῶσαι τὴν αὐτοῦ δύναμιν,
καὶ ἀποστεῖλαι ἀπ' αὐτοῦ σπινθῆρα ἐπὶ τὸν ἄνθρωπον, τὴν ψυχὴν
δῆθεν, [1] διανοουμένη. Καὶ τότε, φησὶν, ἔστη ὁ ἄνθρωπος ἐπὶ τοὺς
πόδας, καὶ ὑπερβέβηκε τῇ διανοίᾳ τοὺς ὀκτὼ οὐρανοὺς, καὶ ἐπέγνω
καὶ ᾔνεσε τὸν ἄνω πατέρα τὸν ἐπάνω τοῦ Ἰαλδαβαώθ. [2] Καὶ τότε ὁ
Ἰαλδαβαὼθ πόνῳ φερόμενος διὰ τὸ ἐπιγνωσθῆναι τὰ ἀνώτατα αὐτοῦ
ἐπέβλεψε κάτω ἐν πικρίᾳ πρὸς τὴν ὑποστάθμην τῆς ὕλης, καὶ γεγέν-
νηκε δύναμιν ὀφιόμορφον εἰδέαν ἔχουσαν, ὃν καὶ υἱὸν αὐτοῦ καλοῦσι.

2. Pro τὸν libri habent ὁ.
3. Προυνίκου volebat Petavius.
4. καὶ οὐ emendatio est Cornarii et Petavii. Libri habent καὶ ὁ.

infimus est Ialdabaoth, quem ex imbecillitate ignorantiaque suae matris exortum referunt; hoc est illius supremae quam Prunicum appellant. Hanc enim narrant in aquas delapsam iisque commistam evolare minime potuisse, quod materiae gravitate esset implicita; cui quidem perinde ut aquis inserta recedere ultra nequiverit. Ac cum se violenter efferret atque extendendo niteretur, coelum illud superius effectum est. Ipsa vero ubi defixa semel est, haesit in eodem statu, neque aut attolli sursum aut deorsum descendere potuit, sed in medio immobilis extentaque permansit. Non enim inferiorem in locum vergeret, quo cum ei affine nihil esset; sursum autem emergere non poterat, cum eam materia illa cui se adiunxerat suopte pondere gravaret. Igitur ex huius ignorantia editus Ialdabaoth ad infima subsidit, septemque sibi liberos genuit, qui totidem coelestes orbes condiderunt. At ille quae supra se erant interclusit suorumque subtraxit oculis, ne septem illi quos susceperat quicquam quod se ipso superius esset praeter se unum agnoscerent. Hunc Ialdabaoth Iudaeorum esse deum asserunt. Quod absit ut esse verum putemus. Imo ille ipse est a quo iudicandi sunt, omnipotens deus, Iudaeorum, inquam, ut et Christianorum, adeoque communis omnium deus, non ille nescio quis ex commentitiis istorum nugis depromptus Ialdabaoth. De quo ita narrare pergunt.

Cum, ut dictum est, Ialdabaothis calliditate aditus esset ad superiora praeclusus, septem illi ab eo geniti liberi, sive Aeones, sive dii, sive demum angeli, diversa enim ab illis nomina tribuuntur, ad parentis sui Ialdabaothis imaginem hominem producunt; ne id quidem facile vel celeriter, sed ad eundem modum quo haereses reliquae stolidissime finxerunt. Sic enim pronuntiant: Hominem principio vermis instar humi reptantem sursum erigi aut attolli nequisse, coelestem deinde Matrem, quae et Prunicus appellatur, adversus Ialdabaoth tale quid esse machinatam, ut ei vim illam quam eidem impertierat, auferret, ideoque in hominem, quem illius liberi finxerant, vim ipsius transfundere, ac scintillam quandam, hoc est animam, infundere voluisse. Tunc, inquiunt, pedibus suis homo constitit, atque octo coelestes orbes cogitatione trauscendens Patrem illum Iadalbaothe superiorem agnovit ac laudibus extulit. At Iadalbaoth aegre ferens ea quae supra se erant cuiusquam ad notitiam pervenisse, stomachi plenus ad materiae faecem demisit oculos, et Virtutem quandam serpentis specie genuit, quem eius Filium vocant, idem- Cap. IV.

Cap. IV. — 1. διανοουμένη *restituit Petavius pro eo quod vulgo legitur* διανοούμενοι.

2. *Verba* Καὶ τότε ὁ Ἰαλδαβαὼθ *Petavius primum adiecit ex cod. Vaticano.*

Καὶ οὕτως, οὗτός φησιν, ἀπεστάλη καὶ ἠπάτησε τὴν Εὔαν. Ἡ δὲ ἤκουσεν αὐτοῦ, καὶ ἐπείσθη ὡς υἱῷ θεοῦ, καὶ πεισθεῖσα ἔφαγεν ἀπὸ τοῦ ξύλου τῆς γνώσεως.

Κεφ ε'. Εἶτα ὅταν ταύτην τὴν μωρίαν διηγήσωνται καὶ τὸ γέλοιον τῆς ἐπιτηδεύσεως, ταύτην τὴν τραγικὴν, ὡς εἰπεῖν, ποιησάμενοι [1] ὑπόθεσιν καὶ τὸ κωμικὸν τοῦτο δρᾶμα ἄρχονταί τινα ἡμῖν ὑποφαίνειν εἰς παράστασιν τῶν παρ' αὐτοῖς λεγομένων ψευδῶν θεῶν· ὅτι, Οὐχὶ καὶ τὰ ἔγκατα ἡμῶν, δι' ὧν ζῶμεν καὶ τρεφόμεθα, ὀφιοειδεῖ ὑπάρχει; Ἄλλα δὲ ὅσα τοῖς ἠπατημένοις παρειςφέρουσιν εἰς τὴν ἑαυτῶν πλάνην καὶ ληρώδη ὑπόνοιαν. Διὰ τοιαύτην δὲ αἰτίαν, φασὶ, τὸν ὄφιν δοξάζομεν, ὅτι ὁ θεὸς αἴτιος τῆς γνώσεως γεγένηται τῷ πλήθει. Ὁ δὲ Ἰαλ-
pag. 272. δαβαὼθ, φασὶν, οὐκ ἤθελε μνησθῆναι τὴν ἄνω Μητέρα, οὔτε τὸν Πατέρα τοῖς ἀνθρώποις. Ἔπεισε δὲ ὁ ὄφις καὶ γνῶσιν ἤνεγκεν, ἐδίδαξέ τε τὸν ἄνθρωπον καὶ τὴν γυναῖκα τῶν ἄνω μυστηρίων τὸ πᾶν τῆς γνώσεως. Διὸ ὁ Πατὴρ ὀργισθεὶς, τουτέστιν ὁ Ἰαλδαβαὼθ, δι' ἣν ὑπέδειξε τοῖς ἀνθρώποις γνῶσιν κατέβαλεν αὐτὸν ἀπ' οὐρανοῦ. Καὶ ἔνθεν βασιλέα τὸν ὄφιν ἀπ' οὐρανοῦ λέγουσιν οἱ τὴν μερίδα τοῦ ὄφεως, καὶ οὐδὲν ἕτερον κεκτημένοι. Δοξάζουσιν οὖν αὐτὸν διὰ τὴν τοιαύτην, [2] φασὶ, γνῶσιν, καὶ ἄρτον αὐτῷ προςφέρουσιν. Ἔχουσι γὰρ φύσει ὄφιν τρέφοντες ἐν κίστῃ τινὶ, [3] οὗ πρὸς τὴν ὥραν τῶν αὐτῶν μυστηρίων τῷ φωλεῷ προςφέροντες καὶ στιβάζοντες ἐπὶ τραπέζης ἄρτους [4] προςκαλοῦνται τὸν ὄφιν. Ἀνοιχθέντος δὲ τοῦ φωλεοῦ πρόεισι. Καὶ οὕτως ἀνελθὼν κατὰ τὴν [5] αὐτοῦ φρόνησιν ὁ ὄφις καὶ πανουργίαν ἤδη γινώσκων τὴν αὐτῶν μωρίαν ἄνεισιν ἐπὶ τὴν τράπεζαν καὶ ἐνειλεῖται τοῖς ἄρτοις. Καὶ ταύτην φασὶν εἶναι τελείαν θυσίαν. Ὅθεν καὶ, ὡς ἀπό τινος ἀκήκοα, οὐ μόνον κλῶσι τοὺς ἄρτους, ἐν οἷς ὁ αὐτὸς ὄφις εἰλήθη, καὶ ἐπιδιδόασι τοῖς λαμβάνουσιν, ἀλλὰ καὶ ἕκαστος ἀσπάζεται τὸν ὄφιν ἐκ στόματος, ἤτοι γοητείᾳ τινὶ ἐπᾳσθέντος τοῦ ὄφεως εἰς ἡμερότητα, ἢ ἐξ ἑτέρας ἐνεργείας διαβόλου πρὸς ἀπάτην τούτων ὑποκοριζομένου τοῦ ζώου. Προςκυνοῦσι δὲ τὸν τοιοῦτον, καὶ εὐχαριστίαν ταύτην ἐπιφημίζουσι, τὴν δι' αὐτοῦ ἐνειληθέντος γεγενημένην, καὶ αὖθις δι' αὐτοῦ, ὥς φασι, τῷ ἄνω Πατρὶ ὕμνον ἀναπέμποντες οὕτως τὰ μυστήρια αὐτῶν ἐπιτελοῦσι.

Κεφ. ϛ'. Μωρίαν δὲ εἴποι τις ἂν καὶ χλεύης ἔμπλεων, καὶ οὔτε ἀνατροπῆς ἀπὸ θείας γραφῆς ἐπιζητουμένης [1] δεῖ τοῦτο, ἀλλ' αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ τῷ τὸν νοῦν ἔχοντι ἐρρωμένον κατὰ θεὸν γελοιῶδες δειχθήσεται. Εὐθὺς γὰρ πᾶσα ἡ αὐτῶν κενοφωνία ληρώδης τις εὑρεθήσε-

Cap. V. — 1. ὑπόθεσιν cod. Vatic. Vulgo συμφωνίαν.
2. Correxi φασὶ. Libri habent φησὶ.
3. οὗ — — τῷ φωλεῷ mea est emendatio. Libri enim habent scripturam mendosam ὃν — — τοῦ φωλεοῦ.
4. Suspicor προκαλοῦνται.
5. Verba αὐτοῦ φρόνησιν ὁ ὄφις καὶ

que sic immissus Evam fefellit. Huic enim auscultans illa tanquam dei filio facile ut de arbore scientiae vesceretur in animum induxit.

Deinde postquam aniles istas nugas ac ridicule affectatas fabulas hoc modo proposuerunt, tragicum quendam istiusmodi actum, sive comicum potius, instituentes nonnulla ad fictos illos deos comprobandos in medium afferunt. Nonne, inquiunt, et intestina nostra, quibus vivimus et alimur, serpentis effigiem referunt? Addunt et alia pleraque, quae ad errorum ac deliriorum suorum faciendam fidem sectatoribus suis obiiciunt. Propterea enim, inquiunt, serpentem colimus, quod deus iste multitudini hominum scientiae ac cognitioni caussam attulit. Ialdabaoth supremae Matris ac Parentis memoriam extinctam inter homines esse cupiebat. Sed iis persuasit serpens, ac scientiam importavit, totamque adeo divinorum mysteriorum cognitionem cum viro ac muliere communicavit. Ob id iratus Pater Ialdabaoth, ac derivatam in illos eiusmodi scientiam iniquo animo ferens, e coelo illum deturbat. Inde regem e coelo delapsum serpentem esse dictitant ii qui non alterius se quam serpentis partibus addixerunt. Igitur propter hanc ab illo concessam scientiam venerari se serpentem fatentur, eique panem insuper obiiciunt. Verum quippe serpentem in cista nutriunt, quem mysteriorum tempore stipatis ad eius cavernam in mensa panibus invitant: isque aperto foramine e latebris erumpit, atque ubi pro sua calliditate stoliditatem illorum agnovit, mensam conscendens circum panes implicatur. Hanc absolutissimum esse sacrificium censent. Unde, ut a quodam accepi, non modo panes istos quibus circumvolutus est serpens frangunt ac distribuunt, sed etiam quilibet admoto ore serpentem exosculatur, sive cantionibus quibusdam ad mansuetudinem bestia mollitur, sive alio daemonis artificio innocua redditur. Hanc quidem adorant miseri et eucharistiam vocant, cum appositos panes tortuosis flexibus ac circumvolutionibus ambierit. Ac demum supremum parentem per illum, ut aiunt, celebrantes mysteria sua perficiunt. Cap. V.

Quas quidem ineptias vanissimas esse ludibrioque dignissimas nemo non dixerit, neque vero divinis ex scriptura depromptis testimoniis acrius refellendas, cum per sese cuilibet, qui sit nonnullo ingenio praeditus quam ridiculum sit totum illud negotium demonstrari possit. Nihil enim praeter contemptissimas fabulas ac deliria Cap. VI.

πανουργίαν ἤδη γινώσκων τὴν *desiderantur in edit. princ. Reposuit ea Petavius ex cod. Vaticano.*

Cap. VI. — 1. *Rescripsi* δεῖ *pro* εἰς, *quod omnes tenent libri, sed praeter structuram atque sententiam.*

ται. Εἰ γὰρ Προύνεικόν φασιν εἶναι, πῶς ἀπ' αὐτοῦ τοῦ ὀνόματος οὐ τὸ σαθρὸν τῆς διανοίας αὐτῶν φωραθήσεται, ὡς ἤδη προεῖπον; Πᾶν γὰρ τὸ [2] προυνεικευόμενον ἄχρηστον· εἰ δὲ ἄχρηστον, οὐκ ἐν τοῖς προκριτέοις τακτέον. Καὶ πῶς ἐπαινετὸν εἴη τὸ ἄχρηστον; Πῶς δὲ οὐχὶ μυθῶδες τὸ λέγειν ὅτι ἡ Προύνεικος τὸν Ἰαλδαβαὼθ ἐκένωσε, καὶ ὁ σπινθὴρ εἰς τὰ κάτω κατῆλθεν ἀπὸ τοῦ κενωθέντος; ἐν δὲ τῷ
pag. 213. ἄνω γεγονὼς ἐπέγνω τὸν ἀνώτερον τοῦ κεκενωμένου; καὶ θαῦμα μέγιστον, ὡς ὁ ἄνθρωπος, ἐν ᾧ ὁ ἐλάχιστος σπινθὴρ, ἐπιγινώσκει ὑπὲρ τοὺς πεπλακότας ἀγγέλους. Οἱ γὰρ πεποιηκότες τὸν ἄνθρωπον ἄγγελοι, εἴτουν υἱοὶ τοῦ Ἰαλδαβαὼθ, οὐκ ἐπέγνωσαν τὰ ἐπάνω τοῦ Ἰαλδαβαώθ· ὁ δὲ ὑπ' αὐτοῦ γεγενημένος διὰ τοῦ σπινθῆρος ἐπέγνω. Αὐτοὶ τοίνυν ἑαυτοὺς ἀνατρέπουσι διὰ τῶν ἰδίων δογμάτων, πὴ μὲν τὸν ὄφιν δοξάζοντες, πὴ δὲ ἀπατηλὸν αὐτὸν πρὸς τὴν Εὔαν γεγενημένον φάσκοντες, ἐν τῷ εἰπεῖν, Ἠπάτησε τὴν Εὔαν. Καὶ πὴ μὲν Χριστὸν αὐτὸν καταγγέλλουσι, πὴ δὲ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνωτέρου Ἰαλδαβαὼθ, τοῦ τοὺς υἱοὺς ἀδικήσαντος, ἐν τῷ ἀποκλεῖσαι ἀπ' αὐτῶν τὴν ἄνω γνῶσιν, καὶ τὴν μητέρα ἀθετήσαντος, καὶ τὸν ἄνω πατέρα, εἰς τὸ μὴ ἐᾶν δοξάζειν τοὺς ὑπ' αὐτοῦ γεγεννημένους υἱοὺς τὸν ἀνώτερον αὐτοῦ πατέρα. Πῶς οὖν βασιλεὺς ἐπουράνιος ὁ ὄφις, εἴπερ κατὰ τοῦ πατρὸς ἐγήγερται; πῶς δὲ εἰ τὴν γνῶσιν δίδωσιν, ἐν ἀπάτῃ καταγγέλλεται ἠπατηκέναι τὴν Εὔαν; Ὁ δὲ δι' ἀπάτης γνῶσιν [3] ἐντιθεὶς οὐκέτι γνῶσιν δίδωσιν, ἀλλὰ ἀντὶ γνώσεως ἀγνωσίαν· ὡς καὶ ἀληθές ἐστιν ἰδεῖν ὅτι τοῦτο ἐν αὐτοῖς τελειοῦται. Ἀγνωσίαν γὰρ ἔχοντες γνῶσιν ταύτην νομίζουσιν, ἐν τούτῳ [4] ἀλιτεύοντες, ἐν τῷ τὴν ἑαυτῶν ἀπάτην καὶ ἀγνωσίαν γνῶσιν λέγειν.

Κεφ ζ'. Φέρουσι δὲ καὶ ἄλλας μαρτυρίας λέγοντες, ὅτι καὶ Μωϋσῆς ἐν τῇ ἐρήμῳ τὸν ὄφιν τὸν χαλκοῦν ὕψωσε προστησάμενος, ἵνα ἴαμα τοῖς ὑπὸ ὄφεως δακνομένοις γένηται. Εἶναι γὰρ τοῦτο τὸ εἶδος ἰατικὸν τοῦ δήγματος λέγουσι. Πάλιν δὲ καθ' ἑαυτῶν ταῦτα ὁρίζονται. Εἰ γὰρ ὄφεων ἦν τὰ δήγματα, βλαβερὰ δὲ ταῦτα, ἄρα ὁ ὄφις οὐκ ἀγαθόν. Τὸ δὲ ὑψωθὲν ὑπὸ Μωϋσέως τότε διὰ τῆς θεωρίας τὴν ἴασιν ἐποιεῖτο, οὐ διὰ τὴν τοῦ ὄφεως φύσιν, ἀλλὰ τὴν τοῦ θεοῦ εὐδοκίαν δι' ὄφεως ὥσπερ ἀντίδοτον τοῖς τότε δεδηγμένοις ἐργαζομένου. Οὐδὲν δὲ θαυμαστὸν, εἰ δι' ὧν τις ἐβλάβη διὰ τούτων θεραπείας ἔτυχε. Καὶ μή τις

2. De hoc vocabulo et eius significatu v. Epiphanium ipsum sui interpretem haer. XXV, 4.

3. ἐντιθεὶς cod. Vatic. ἐνθεὶς reliqui libri.

4. ἀλιτεύοντες scripsi pro ἀληθεύοντες.

continere facile deprehenditur. Nam si Prunicum esse aliquam existimant, quis ex ipso statim vocabulo non animadvertat quam imbecillum ac leve sit quod isti profitentur, ut iam ostendimus. Quicquid enim Prunicum fieri dicitur, id inutile est, adeoque minime inter eximia numerandum. Qui enim laudari potest quod inutile sit! Quam est praeterea stolidum a Prunico exhaustum esse Ialdabaothem, ab eoque scintillam ad infima illa excussam arbitrari! Itemque, qui in sublimi collocatus esset eum agnovisse qui exhausto esset illo superior. Enim vero quale illud miraculum est, ut homo, cui tenuissima quaedam sit aspersa scintilla, maiorem illis ipsis a quibus productus est angelis cognitionem adeptus fuerit? Si quidem auctores isti hominis ac fabricatores angeli, sive Ialdabaothis filii, quae Ialdabaothe superiora erant ignorarunt. Qui autem ab illis formatus est, scintillae beneficio cognovit. Quamobrem suis illi se dogmatibus induunt et evertunt, cum partim serpentem venerari instituant, partim Evam illius fraudulentia deceptam existiment, partim Christum eundem esse velint, partim superioris illius Ialdabaothis filium, qui interclusa coelestium contemplatione summam liberis suis iniuriam imposuit, matrem repudiavit ac contempsit, non minus quam supremum Parentem, quem ab iis quos genuerat coli ac praedicari minime sit passus. Qui vero serpentem convenit coelestem esse regem, cum adversus Parentem insurrexerit? Aut quomodo, si cognitionem impertiat, Evae imposuisse dicitur? Nam qui fraude aliqua scientiam affert, non is scientiam, sed pro ea ignorationem communicat. Quod illis accidere certissima ratione conficitur. Cum enim summa in inscitia versentur, eam nihilominus scientiam esse putant. Qua in re vehementer hallucinantur, dum errorem suum et ignorantiam scientiae appellatione dissimulant.

Sed alia quaedam insuper testimonia proferunt. Veluti Moysen Cap. VII.
aeneum serpentem in deserto sustulisse, palamque proposuisse, ut Num. 21, 8.
illis remedio esset quos serpens momorderat. Hoc enim ipsum praesentem vim contra venenatos morsus habere iactitant. Sed vel illud contra se manifeste pronuntiant. Si enim morsus illi serpentium erant, iidemque perniciosi, consequitur minime bonum esse serpentem. Quod vero tum a Moyse est erectum, sola sui contemplatione medebatur; non utique quod ita serpentis natura ferret, sed quod ita deo visum esset, qui quos serpentes pupugerant, iis per serpentem mali remedium paraverat. Neque vero mirum esse cuiquam oportet, si unde quispiam laesus fuerat, inde medicinam acceperit.

quod libri tenent omnes. Quod idem Cornarius corrigendum putasse videtur, qui errantes *convertit. Verbum* ἀλιτεύειν *Suidas* ἁμαρτάνειν *interpretatur.*

κακίζειν τὴν τοῦ θεοῦ κτίσιν, ὡς ἄλλοι πλανώμενοι πάλιν λέγουσι. Προσεκυνοῦντο δὲ τοῦτο τοῖς ἐν τῇ ἐρήμῳ διὰ τὴν αἰτίαν ἣν ἐλθὼν ὁ κύριος λέγει ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, ὅτι, Ὡς ὕψωσε Μωϋσῆς τὸν ὄφιν ἐν τῇ ἐρήμῳ, οὕτως ὑψωθῆναι δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου· ὃ καὶ γέγονε. Δίκην γὰρ ὄφεως ἀτιμάσαντες τὸν σωτῆρα ἀπὸ ἐπιβουλῆς τῆς τοῦ ὄφεως ἠδικοῦντο, φημὶ δὲ τοῦ διαβόλου. Καὶ καθάπερ ἐν τῷ ὑψώματι τοῦ ὄφεως ἴασις ἐγίγνετο τοῖς δεδηγμένοις, οὕτως ἐπὶ τῇ τοῦ Χριστοῦ σταυρώσει λύτρα γέγονε ταῖς ἡμῶν ψυχαῖς ἀπὸ τῶν ἐν ἡμῖν γενομένων δηγμάτων τῆς ἁμαρτίας. Φέρουσι δὲ καὶ αὐτὸ τοῦτο τὸ ῥητὸν πρὸς μαρτυρίαν οἱ αὐτοὶ λέγοντες ὅτι, Οὐχ ὁρᾷς ὡς εἶπεν ὁ σωτήρ, Ὃν τρόπον ὕψωσε Μωϋσῆς τὸν ὄφιν ἐν τῇ ἐρήμῳ, οὕτως ὑψωθῆναι δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου; Καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἐν ἄλλῳ τόπῳ, [1] φασὶ, λέγει ὅτι, Γίνεσθε φρόνιμοι ὡς [2] ὁ ὄφις, καὶ ἀκέραιοι ὡς [3] περιστεραί. Καὶ τὰ εἰς σύμβολα διδασκαλίας ἐκ θεοῦ καλῶς τετυγμένα οὗτοι εἰς τὴν ἑαυτῶν ἐπίνοιαν τὴν ἠπατημένην φέρουσιν.

Κεφ. η΄. Ὁ γὰρ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς καὶ θεὸς Λόγος, ὁ ἐκ Πατρὸς πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ἀνάρχως καὶ ἀχρόνως γεννηθεὶς, οὐκ ὄφις, μὴ γένοιτο, ἀλλὰ κατὰ τοῦ ὄφεως αὐτὸς ἦλθεν. Ἐὰν δὲ εἴπῃ, Γίνεσθε φρόνιμοι ὡς ὁ ὄφις, καὶ ἀκέραιοι ὡς αἱ περιστεραὶ, δεῖ ἡμᾶς ἐρωτᾶν καὶ γινώσκειν διὰ τί τὰ δύο ταῦτα πρόσωπα ἡμῖν εἰς διδασκαλίαν παρεισήγαγε, τῆς τε περιστερᾶς καὶ τοῦ ὄφεως. Οὐδὲν δὲ ἐν τῷ ὄφει φρόνιμον, πλὴν δύο τούτων, ὅτι ἐν τῷ διώκεσθαι γινώσκων ὅτι ἐν τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ ἡ πᾶσα ζωὴ αὐτοῦ τυγχάνει, καὶ δεδιὼς τὴν ἀνωτέραν πρὸς αὐτὸν εἰρημένην ἀπὸ τοῦ θεοῦ διὰ τὸν ἄνθρωπον προσταγὴν ὅτι, Φυλάξεις αὐτοῦ κεφαλὴν, αὐτὸς δέ σου πτέρναν, ὅλον τὸ σῶμα ἐνειλήσας ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ κρύπτει μὲν τὸ κρανίον ἑαυτοῦ, παραδίδωσι δὲ τὸ ἄλλο σῶμα ἐν ὑπερβολῇ πανουργίας. Οὕτω θέλει ἡμᾶς ὁ μονογενὴς θεὸς, ὁ ἐκ Πατρὸς προελθὼν, ἐν καιρῷ διωγμοῦ καὶ ἐν καιρῷ πειρασμοῦ τὰ πάντα ἡμῶν παραδιδόναι μαχαίρᾳ τε καὶ πυρὶ, φυλάττειν δὲ ἑαυτῶν τὴν κεφαλὴν, τουτέστι Χριστὸν μὴ ἀρνεῖσθαι· ἐπειδήπερ, Κεφαλὴ παντὸς ἀνθρώπου Χριστὸς, κεφαλὴ δὲ γυναικὸς ὁ ἀνὴρ, κεφαλὴ δὲ Χριστοῦ ὁ θεὸς, κατὰ τὸν ἀπόστολον. Ἕτερον πάλιν ἔχει φρονιμώτατον ὁ ὄφις, ὥς φασιν οἱ φυσιολόγοι περὶ τούτου τοῦ ζώου. Ὅταν γὰρ διψήσας ἀπὸ τοῦ φωλεοῦ προέλθοι ἐπί
pag. 275. τι ὕδωρ ἵνα πίῃ, οὐ συμπαραλαμβάνει τὸν ἰὸν μεθ' ἑαυτοῦ, ἀλλὰ ἐν τῷ φωλεῷ καταλιμπάνει, καὶ οὕτως ἐλθὼν λαμβάνει τὸ πόμα τῶν ὑδάτων. Καὶ αὐτοὶ οὖν τοῦτο μιμησώμεθα, ἵνα, ὅταν ἐρχώμεθα ἐπὶ τὴν ἁγίαν τοῦ θεοῦ ἐκκλησίαν, ἢ εἰς εὐχὴν, ἢ εἰς τὰ τοῦ θεοῦ μυστήρια,

Cap. VII. — 1. λέγει, φασὶ habet cod. Vatic.

Nec est quod idcirco conditae res a deo vituperentur quod nonnulli rursus incredibili errore faciunt. Illud enim figurae instar Iudaeis in solitudine degentibus ostensum est; ob eam ipsam rationem quam in evangelio dominus expressit. Nimirum: *Sicut exaltavit Moyses serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis;* quod postea contigit. Nam Iudaei Christum dominum velut serpentem ignominiose tractantes ipsimet serpentis insidiis, hoc est diaboli, vehementer offensi sunt. Sed ut erecto serpente ii qui morsu erant appetiti repente liberati sunt, ita Christo in crucem sublato animae nostrae a peccati morsibus sunt exemptae. Atque hanc ipsam domini sententiam ad erroris sui patrocinium afferunt. Nonne vides, inquiunt, ita pronuntiasse Christum: *Quomodo exaltavit Moyses serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis?* Propterea et alio loco sic praecipit: *Estote prudentes ut serpentes, et simplices sicut columbae.* Sic igitur isti quas imagines ac signa coelestem ad doctrinam praeclare deus transtulit, ea ad dogmatum suorum falsitatem asserendam impudenter accommodant.

Ioann. 3, 14.

Matth. 10, 16.

Cap. VIII.

Siquidem Iesus Christus dominus noster, idemque deus Verbum, a Patre ante secula omnia sine principio ac tempore ullo genitus, nequaquam est serpens. Procul absit ut ita sentiamus. Sed contra serpentem advenit. Qui si quandoque dixerit: *Estote prudentes ut serpentes, et simplices sicut columbae,* illud interrogare nos ac cognoscere par est, cur illa duo, columbam scilicet ac serpentem, nobis erudiendis proposuerit. Nullum enim in serpente, praeter duplex illud prudentiae specimen apparet, primum quod appetitus ab aliquo, cum in capite vitam omnem suam residere sentiat, velut interdictum illud veritus quod propter hominem deus olim in sese pronuntiavit: *Caput ab ipso custodies, ille a te calcaneum,* toto in caput complicato corpore, illudque protegens et occultans, summa calliditate reliquum corpus opponit. Sic nos unigena dei Filius a Patre progressus, sive hoste persequente, sive quavis ingruente calamitate, iubet nostra omnia ferro ac flammis exponere, solumque tutari caput, hoc est minime abnegare Christum. Quoniam, *Caput omnis viri est Christus, vir autem mulieris caput est, caput vero Christi deus,* ut apostolus loquitur. Inest vere et alterum in serpente prudentiae genus, ut de eo physiologi testantur. Cum enim e cavea sitiens ad aquam bibendi gratia prorepit, virus secum non effert, sed in latibulo relinquit, itaque ad potum egreditur. Quod quidem nobis imitandum proponitur: ut cum ad sanctam dei ecclesiam orandi gra-

Gen. 3, 15.

1. Cor. 11, 3.

2. ὁ om. cod. *Rhedig.*
3. περιστεραὶ codd. *Vatic. Rhedig.*, et edit. *Petav.* περιστερά edit. princ.

μὴ φέρωμεν μεθ᾽ ἑαυτῶν κακίαν, ἢ ἡδονὴν, ἢ ἔχθραν, ἤ τι ἕτερον ἐν ταῖς διανοίαις [1] αὐτῶν. Ἐπεὶ πῶς ἂν ἔχωμεν δυνατῶς καὶ τὴν περιστερὰν μιμήσασθαι, μὴ ἐκτὸς γενόμενοι κακίας; καί τοί γε τοῦ γένους τῆς περιστερᾶς ἐν πολλοῖς πράγμασιν οὐκ ἐπαινουμένου. Ἀκόλαστον γὰρ γένος περιστερᾶς, καὶ πολυμιξίας μὴ ἀνακοπτόμενον, λάγνον τε καὶ καθ᾽ ὥραν ἡδονῇ προσανακείμενον, πρὸς δὲ τούτοις ἄτονον καὶ βληχρόν. Διὰ δὲ τὸ ἄκακον καὶ μακρόθυμον καὶ ἀμνησίκακον τοῦ ζώου, ἔτι μὴν καὶ διὰ τὸ ἐν εἴδει περιστερᾶς πεφάνθαι τὸ ἅγιον πνεῦμα, μιμήσασθαι ἡμᾶς βούλεται ὁ θεῖος λόγος τοῦ ἁγίου πνεύματος τὴν βούλησιν καὶ τῆς ἀκάκου περιστερᾶς τὴν ἀκακίαν, ὄντας μὲν ἡμᾶς φρονίμους εἰς τὸ ἀγαθὸν, ἀκεραίους δὲ εἰς τὸ κακόν. Καὶ λέλυται ἡ τούτων πᾶσα δραματουργία. Εὐθὺς γὰρ ὁ ἅγιος ἀπόστολος τὸ πανοῦργον καὶ ἐπίβουλον οὐχ ὁρίζεται περισσοτέρως, ἀλλὰ κατὰ τοῦ διαβόλου καὶ τοῦ ὄφεως, λέγων, Φοβοῦμαι δὲ μή πως, ὡς ὁ ὄφις ἠπάτησεν Εὔαν, ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτοῦ φθαρῇ τὰ νοήματα ὑμῶν ἀπὸ τῆς ἁπλότητος καὶ ἁγνείας Χριστοῦ καὶ δικαιοσύνης. Ὁρᾷς ὡς φθορὰν ἀπέφηνεν ὁ ἀπόστολος καὶ πανουργίαν δεινὴν καὶ ἀπάτην τὰ ὑπὸ τοῦ ὄφεως πρὸς τὴν Εὔαν πεπραγματευμένα, καὶ οὐκ ἐπαινετόν τι παρὰ τοῦ αὐτοῦ γεγενημένον ὑπέδειξε.

Κεφ. ϛʹ. Πανταχόθεν τοίνυν φωρατὴ καὶ ἔκδηλος ἡ τούτων ἄνοιά ἐστι
παντὶ τῷ βουλομένῳ εἰδέναι τὴν τῆς ἀληθείας διδασκαλίαν καὶ πνεύ-
ματος ἁγίου γνῶσιν. Ἵνα δὲ μὴ ἀναλίσκω χρόνον, καὶ ταύτην διασει-
σάμενος τὴν χαλεπὴν καὶ δύπλουν τοῦ πελάγους ζάλην, ἐπὶ τὰς ἑτέρας
θαλαττίους ποντοπορίας τὸ σκάφος ὁπλίσομαι, ἐπιμελῶς τοὺς αὐχένας
κρατῶν ἐν τῇ τοῦ θεοῦ δυνάμει καὶ εὐχαῖς ἁγίων, ὅπως παραπλέοντες
κατοπτεύσωμεν τῶν ἀγρίων κυμάτων τὴν κύρτωσιν, καὶ τῶν ἐν τοῖς
πελάγεσι θηρίων ἰοβόλων τὰς μορφὰς, ἄπληκτοι δὲ ἀπὸ σμυραινώδους
ἰοῦ καὶ τρυγόνος καὶ δρακαίνης καὶ καρχαρίου καὶ σκορπαίνης περά-
σαι, καὶ τοῦ εὐδίου τῆς ἀληθείας λιμένος δι᾽ εὐχῆς καὶ ἱκεσίας ἐπιτυ-
pag. 276. χεῖν δυνηθείημεν· πληρουμένου καὶ ἐν ἡμῖν τοῦ ῥητοῦ, τοῦ, Οἱ κατα-
βαίνοντες εἰς θάλασσαν τὰς ἀρετὰς τοῦ κυρίου διηγήσονται. Ἐφ᾽ ἑτέ-
ραν τοίνυν ταύτην καθεξῆς τὴν πορείαν ποιήσομαι πρὸς διήγησιν.

ΚΑΤΑ *ΚΑΙΑΝΩΝ,

ἑκτωκαιδεκάτη, ἡ καὶ τριακοστὴ ὀγδόη.

Κεφ. αʹ. Καιανοί τινες ὀνομάζονται, ἀπὸ τοῦ Κάϊν εἰληφότες τὴν ἐπωνυμίαν τῆς αἱρέσεως. Οὗτοι γὰρ τὸν Κάϊν ἐπαινοῦσι, καὶ πατέρα ἑαυτῶν τοῦτον τάττουσι, καὶ αὐτοὶ, ὡς εἰπεῖν, ὡς ἀπὸ διαφορᾶς ἐπαινε-

Cap. VIII. — 1. *Vulgo* αὐτῶν. *) καϊνῶν cod. Rhedig.

tia vel ad usurpanda dei mysteria convenimus, nullum nobiscum scelus, voluptatem nullam, nullas cum quoquam simultates, nullum denique in animis nostris improbitatis vestigium efferamus. Alioqui quomodo columbam imitabimur, nisi malitiae simus expertes? Quamquam genus illud avium non omni ex parte laudabile sit. Est enim propensius in libidinem, ac coitu frequentius utitur, utpote salacissimum et voluptuosum animal, adde imbecillum et ignavum. Sed quod idem minime malum patiensque sit, nec iniuriae meminerit, tum vero quod columbae specie spiritus sanctus apparuerit, idipsum quod spiritui sancto gratum ac iucundum est, innocentis columbae simplicitatem imitari nos dei Verbum admonuit; ut, quod ad bonum attinet, prudentes et callidi, ad malum vero simplices esse videamur. Qua ratione omnis illorum machinatio dissolvitur. Nam et apostolus veteratoriam calliditatem et malitiam abundantiorem nulli quam diabolo ac serpenti tribuit. *Timeo*, inquit, *ne sicut serpens Hevam se-* 2. Cor. 11, 3.
duxit astutia sua, ita corrumpantur sensus vestri, et excidant a simplicitate et castitate Christi ac iustitia. Vide ut quae contra Hevam a serpente structa sunt corruptelam et nequissimam astutiam ac fraudem apostolus esse pronuntiet, neque laude dignum quicpiam ab illo perpetratum definiat.

Quocirca omni ex parte illorum constringitur ac declaratur Cap. IX.
amentia, si quis veritatis doctrinam ac spiritus sancti scientiam velit percipere. Sed ne tempus ultra conteram, hac velut difficili ac periculosa pelagi tempestate perfunctus, scapham ad alios navigationum cursus expediam; adeo ut fauces ipsas studiose teneam, divina vi ac sanctorum precibus confisus, ut et vehementes irati maris fluctus et venenatarum ibidem bestiarum species praetereundo videamus, nihilque nobis interim muraenarum aut pastinacae aut dracaenae aut carcharii vel scorpaenae virus exitii afferat, ac demum ad felicem veritatis portum precibus et orationibus freti navigium appellamus, ut haec in nobis vera sit scripturae sententia: *Qui navigant mare* Psalm. 107, 24.
virtutes domini narrant. Ad alteram igitur deinceps, ut id narrare possimus, profectionem accingimur.

ADVERSUS CAIANOS,
quae est haeresis XVIII., sive XXXVIII.

Qui Caiani vulgo nuncupantur haeresin suam a Caino cognomi- Cap. I.
narunt. Hunc enim praedicant, et parentem suum appellant. Qui quidem variis, ut ita dicam, e fluctuum iactationibus emersi eodem

στάσεως κυμάτων ὁρμώμενοι, οὐκ ἔξω ὄντες τοῦ αὐτοῦ σάλου καὶ κλύδωνος, καὶ ὡς ἀπὸ ἀκανθώδους ὕλης προκύψαντες, οὐκ ἐκτὸς ὄντες παντὸς τοῦ σωροῦ τῶν ἀκανθῶν, εἰ καὶ διάφοροι τῷ ὀνόματί εἰσιν. Ἀκανθῶν μὲν γὰρ γένη πολλὰ, ὅμως ἐν ἅπασι τὸ μοχθηρὸν τῆς κεντρώδους ἀδικίας ἔνεστιν.

Οὗτοί φασι τὸν Κάϊν ἐκ τῆς ἰσχυροτέρας Δυνάμεως ὑπάρχειν, καὶ τῆς ἄνωθεν αὐθεντίας· ἀλλὰ καὶ τὸν Ἠσαῦ καὶ τοὺς περὶ Κορὲ καὶ τοὺς Σοδομίτας, τὸν δὲ Ἄβελ ἐκ τῆς ἀσθενεστέρας Δυνάμεως ὑπάρχειν. Εἶναι δὲ τούτους πάντας παρ' αὐτοῖς ἐπαινετοὺς, καὶ τῆς αὐτῶν συγγενείας. Σεμνύνονται γὰρ συγγενεῖς εἶναι τοῦ Κάϊν καὶ τῶν Σοδομιτῶν καὶ Ἠσαῦ καὶ Κορέ. Καὶ οὗτοι, φασὶν, εἰσὶ τῆς τελείας καὶ ἄνωθεν γνώσεως. Διὸ καὶ τὸν ποιητὴν τοῦ κόσμου τούτου φασὶ περὶ τὴν τούτων ἀνάλυσιν ἐσχολακότα μηδὲν δεδυνῆσθαι αὐτοὺς βλάψαι. Ἐκρύβησαν γὰρ ἀπ' αὐτοῦ, καὶ μετεβλήθησαν εἰς τὸν ἄνω Αἰῶνα, ὅθεν ἡ ἰσχυρὰ Δύναμίς ἐστι. Πρὸς ἑαυτὴν γὰρ ἡ Σοφία αὐτοὺς προςήκατο, ἰδίους αὐτῆς ὄντας. Καὶ τούτου ἕνεκεν τὸν Ἰούδαν ἀκριβῶς τὰ περὶ τούτων ἐπεγνωκέναι λέγουσι. Καὶ τοῦτον γὰρ θέλουσιν εἶναι συγγενῆ ἑαυτῶν, καὶ ἐν γνώσεως ὑπερβολῇ τὸν αὐτὸν καταριθμοῦσιν· ὥςτε καὶ συνταγμάτιόν τι φέρειν ἐξ ὀνόματος αὐτοῦ, ὃ Εὐαγγέλιον τοῦ Ἰούδα καλοῦσι. Καὶ ἄλλα τινὰ συγγράμματα ὡςαύτως πλάττονται κατὰ τῆς Ὑστέρας· ἣν Ὑστέραν τὸν ποιητὴν τοῦ παντὸς τούτου τοῦ κύτους, οὐρανοῦ τε καὶ γῆς, καλοῦσι. Καὶ μὴ δύνασθαί φασι σωθήσεσθαί τινα, ἐὰν μὴ διὰ πάντων χωρήσωσιν, ὡς καὶ ὁ Καρποκράτης λέγει.

Κεφ. β'. Ἕκαστος γὰρ αὐτῶν δῆθεν διὰ τὴν πρόφασιν ταύτην ἄρρητα ποιῶν
pag. 277. καὶ αἰσχρουργίας ἐπιτελῶν, ἁμαρτήματά τε ὅσα ἐστὶ πράττων, ἐπικαλεῖται ἑκάστου ἀγγέλου ὄνομα, τῶν τε ὄντων ἀγγέλων καὶ τῶν παρ' αὐτοῖς πλαστῶς λεγομένων· καὶ [1] ἑκάστῳ τούτων προςάπτει τι ἔργον ἀθέμιτον τῶν ἐπὶ γῆς ἁμαρτημάτων, τὴν πρᾶξιν τὴν ἰδίαν εἰς ὄνομα οὗ βούλεται ἀγγέλου ἀναφέρων. Καὶ ὅταν ταῦτα πράττωσιν, οὕτως λέγουσιν· Ὁ δεῖνα ἄγγελε, καταχρῶμαί σου τὸ ἔργον· ἡ δεῖνα ἐξουσία, πράττω σου τὴν πρᾶξιν. Καὶ τοῦτο γνῶσις τελεία παρ' αὐτοῖς ἐστι λεγόμενον· ἐπειδὴ ἀδεῶς ἐπὶ τὰς ἀθεμίτους αἰσχρουργίας ὁρμᾶν τὰς προφάσεις δῆθεν ἀπὸ τῶν προειρημένων μητέρων καὶ πατέρων αἱρέσεων, φημὶ Γνωστικῶν καὶ Νικολάου καὶ τῶν σὺν αὐτοῖς Οὐαλεντίνου τε καὶ Καρποκράτους, ἐσχήκασιν. Ἤδη δὲ διῆλθεν εἰς ἡμᾶς καὶ βιβλίον ἐν ᾧ ἐπλάσαντο ῥήματά τινα ἀνομίας πλήρη, οὕτως περιέχον ὅτι, φησὶν, Οὗτός ἐστιν ὁ ἄγγελος ὁ τὸν Μωϋσέα τυφλώσας, καὶ οὗτοί εἰσιν οἱ ἄγγελοι οἱ τοὺς περὶ Κορὲ καὶ Δαθὰν καὶ Ἀβειρὼν κρύψαντες καὶ μεταστήσαντες.

Cap. II. — 1. *Cum Petavio scripsi* ἑκάστῳ *pro* ἑκάστου, *quod libri habent.*

in salo et procella conflictantur, ac velut e spinis et vepribus eminentes, unaque spinarum strue comprehensi, duntaxat appellationibus discrepant. Nam spinarum genera quidem varia sunt, sed ad pungendum nocendumque vis omnibus est communiter insita.

Igitur Caiani a potentiori quadam Virtute ac coelesti auctoritate derivatam esse Cainum praedicant, nec non et Esau et Core, cum suis, itemque Sodomitas: Abelum vero ab imbecilliori Virtute prodiisse. Quamobrem illos omnes opinione sua laudandos ac secum necessitudine coniunctos asserunt, deque eiusmodi cum Caino et Sodomitis, Core et Esau cognatione gloriantur ac perfectae sublimiorique scientiae illos adscribunt. Ideo mundi huius opificem putant, cum ad eos funditus profligandos incumberet, nocere nihil omnino potuisse. Ab eo quippe semetipsos occultasse, et in supremum Aeonem esse commutatos, unde et fortissima illa Virtus est. Nam illos ad sese Sapientia utpote necessarios admisit. Propterea Iudam accurate omnia haec habuisse perspecta memorant. Quem quidem affinem esse suum iactitant, eidemque excellentem quandam vim cognitionis attribuunt. Quod usque adeo defendunt, ut eius nomine inscriptum opusculum circumferant quod Iudae Evangelium appellant. Cui similia quaedam alia volumina confinxerunt adversus Hysteram, hoc est Uterum, quo nomine totius universitatis, hoc est coeli terraeque, fabricatorem vocant. Negant porro liberari ullos posse nisi per omnia transierint, quod et Carpocrates opinatus est.

Quilibet enim illorum huius occasione dogmatis nefaria quaedam perpetrans, seque execrandis in libidinibus ac flagitiorum genere omni volutans, singulorum angelorum nomina tam verorum quam ab ipsis confictorum invocans unicuique detestandum aliquod facinus ac peccatum velut praecipuum attribuit, ac qualecumque suum scelus certi cuiuspiam ad angeli nomen accommodat. Cum enim eiusmodi aliquid committunt, hunc in modum praefari solent. O angele N., tuum opus exerceo! O potestas N., actione tua fungor! Atque istud ipsum est, quod ab illis absoluta cognitio dicitur; quandoquidem ut per nefanda omnia flagitiorum genera impune ita volitarent, a superioribus sectis velut parentibus, Gnosticorum videlicet ac Nicolai, iisque affinium Valentinianorum et Carpocratis dogmatibus occasionem nacti sunt. Pervenit et ad nos certus eorundem liber, in quo sceleratissima nescio quae vocabula commenti sunt, in eoque ista continentur: Hic est, inquit, angelus, a quo Moyses excaecatus est, iique angeli sunt, a quibus Core, Dathan et Abiron, eorumque sectatores, occultati subtractique sunt. Quin alium insuper Cap. II.

Πάλιν δὲ ἄλλο συνταγμάτιον πλάττουσιν ἐξ ὀνόματος Παύλου τοῦ ἀποστόλου, ἀρρητουργίας ἔμπλεων, ᾧ καὶ οἱ Γνωστικοὶ λεγόμενοι χρῶνται, ὃ Ἀναβατικὸν Παύλου καλοῦσι, τὴν πρόφασιν εὑρόντες ἀπὸ τοῦ λέγειν τὸν ἀπόστολον ἀναβεβηκέναι ἕως τρίτου οὐρανοῦ, καὶ ἀκηκοέναι ἄρρητα ῥήματα, ἃ οὐκ ἐξὸν ἀνθρώπῳ λαλῆσαι. Καὶ ταῦτα, φασὶν, ἐστὶ τὰ ἄρρητα ῥήματα. Διδάσκουσι δὲ ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα, τοὺς πονηροὺς τιμῶντες, καὶ τοὺς ἀγαθοὺς ἀπαγορεύοντες. Εἶναι γὰρ, ὡς προεῖπον, τὸν Κάϊν τῆς ἰσχυροτέρας Δυνάμεως, καὶ τὸν Ἄβελ τῆς ἀσθενεστέρας. Ταύτας δὲ τὰς Δυνάμεις τῇ Εὔᾳ προςπλακείσας γεγεννηκέναι τὸν Κάϊν καὶ τὸν Ἄβελ, καὶ εἶναι τῆς μὲν τὸν Κάϊν, τῆς δὲ τὸν Ἄβελ. Εἶναι δὲ τὸν Ἀδὰμ καὶ τὴν Εὔαν ἀπὸ τῶν τοιούτων δυνάμεων, εἴτουν ἀγγέλων, γεγεννημένους, καὶ τοὺς γεννηθέντας παῖδας, Κάϊν τέ φημι καὶ Ἄβελ, ἐρίσαι πρὸς ἀλλήλους, καὶ τὸν γεγεννημένον ἀπὸ ἰσχυρᾶς Δυνάμεως πεφονευκέναι τὸν ἀπὸ τῆς ἥττονος Δυνάμεως καὶ ἀσθενεστέρας.

Κεφ. γ'. Τὰ δὲ αὐτὰ μυθώδη καὶ οὗτοι παραπλέκουσι τῇ περὶ τῶν αὐτῶν
pag. 278. δηλητηρίων τῆς ἀγνωσίας δόσει, τοῖς πειθομένοις ἐπιβουλεύοντες· ὅτι δεῖ πάντα ἄνθρωπον ἑαυτῷ ἑλέσθαι τὴν ἰσχυροτέραν Δύναμιν, καὶ τῆς ἥττονος καὶ ἀτόνου ἀποχωρίζεσθαι, τουτέστι τῆς τὸν οὐρανὸν ποιησάσης, καὶ τὴν σάρκα καὶ τὸν κόσμον, καὶ ὑπερβαίνειν εἰς τὰ ἀνώτατα διὰ τῆς τοῦ Χριστοῦ σταυρώσεως. Διὰ γὰρ τοῦτο, [1] φασὶν, ἦλθεν ἄνωθεν, ἵνα ἐν αὐτῷ ἐπιτελεσθῇ Δύναμις ἰσχυρὰ, κατὰ τῆς ἀσθενεστέρας Δυνάμεως τὸ τρόπαιον λαβοῦσα καὶ τὸ σῶμα παραδοῦσα. Καὶ οἱ μὲν αὐτῶν τοῦτο λέγουσιν, ἄλλοι δὲ ἄλλα. Οἱ μὲν γὰρ λέγουσι διὰ τὸ πονηρὸν εἶναι τὸν Χριστὸν παραδοθῆναι αὐτὸν ὑπὸ [2] τοῦ Ἰούδα, βουλόμενον διαστρέφειν τὰ κατὰ τὸν νόμον. Ἐπαινοῦσι γὰρ τὸν Κάϊν καὶ τὸν Ἰούδαν, ὡς ἔφην, καὶ λέγουσι, Τούτου ἕνεκεν παραδέδωκεν αὐτὸν, ἐπειδὴ ἠβούλετο καταλύειν τὰ καλῶς δεδιδαγμένα. Ἄλλοι δὲ [3] τῶν αὐτῶν οὐχί φασιν, ἀλλὰ ἀγαθὸν αὐτὸν ὄντα παρέδωκε κατὰ τὴν ἐπουράνιον γνῶσιν. Ἔγνωσαν γὰρ, [4] φασὶν, οἱ Ἄρχοντες ὅτι, ἐὰν ὁ Χριστὸς παραδοθῇ σταυρῷ, κενοῦται αὐτῶν ἡ [5] ἀσθενὴς δύναμις· καὶ τοῦτο, [6] φασὶ, γνοὺς ὁ Ἰούδας ἔσπευσε καὶ πάντα ἐκίνησεν, ὥςτε παραδοῦναι αὐτὸν, ἀγαθὸν ἔργον ποιήσας ἡμῖν εἰς σωτηρίαν. Καὶ δεῖ ἡμᾶς ἐπαινεῖν, καὶ ἀποδιδόναι αὐτῷ τὸν ἔπαινον, ὅτι δι' αὐτοῦ κατεσκευάσθη ἡμῖν ἡ τοῦ σταυροῦ σωτηρία, καὶ ἡ διὰ τῆς τοιαύτης ὑποθέσεως τῶν ἄνω ἀποκάλυψις. Κατὰ πάντα δὲ τρόπον οὗτοι ἠπάτηνται, οὐκ ἀγαθόν τινα τιμῶντες ἢ ἐπαινοῦντες· δῆλον δὲ ὅτι ἐκ τοῦ διαβόλου αὐτοῖς ταῦτα ὑπέσπαρται, τὰ τῆς ἀγνοίας λέγω καὶ ἀπάτης. Πληροῦται δὲ ἐπ' αὐτοῖς τὸ γεγραμμένον, Οὐαὶ τοῖς λέγουσι τὸ καλὸν

Cap. III. — 1. φασὶν rescripsi pro φησὶν, quod libri habent. 2. τοῦ Petavius ex cod. Vatic. adiecit. 3. τῶν uncinis notavit Petavius.

Pauli apostoli nomine libellum excogitarunt praepostera libidine refertum, quem et ii quos Gnosticos vocant adhibere solent, quod Pauli Anabaticum vocant; cuius suppositii operis ansam ex eo ceperunt, quod apostolus ipse testetur se in tertium usque conscendisse 2.Cor.12,4. coelum, et arcana ibidem audisse verba, quae non licet homini loqui. Haec autem, inquiunt, arcana illa verba sunt. Quae quidem omnia, iisque similia, ita quemadmodum monuimus docent; ut et malis honorem habeant et bonos repudient. Nam Cainum fortioris cuiusdam esse Virtutis, et Abelum infirmioris sentiunt. Quas ipsas Virtutes cum Eva congressas utrumque genuisse sic affirmant, ut alterius Abelus sit, Cainus alterius. Quin Adamum atque Evam iisdem a Virtutibus, sive angelis, originem traxisse, quosque genuere postea liberos, Cainum inquam et Abelum, secum invicem rixatos esse, et qui fortiori ab Virtute propagatus fuerat inferioris imbecilliorisque sobolem occidisse.

Cap. III. Haec omnia mendaciorum portenta in tradendis pestiferis ignorantiae suae mysteriis ad sectatorum perniciem aspergunt, idque admonent, debere quemlibet fortiorem sibi adoptare Virtutem, atque ab inferiori et imbecilliori secerni, ea videlicet quae et coelum et carnem et mundum fabricaverit, sicque ad superiora per Christi evolare supplicium. Hanc enim fuisse caussam volunt cur e coelo delapsus sit, nimirum ut fortis in ipso solidiorque Virtus perficeretur, ac de infirmiore triumphum referret corpusque traderet. Haec nonnulli ex ipsis, alii vero alia praedicant. Quidam enim Christum, quod malus esset ac legis instituta violare auderet, a Iuda proditum existimant. Cainum enim, ut diximus, Iudamque venerantur; eiusque rei gratia, inquiunt, illum prodidit, quod praeclare tradita antiquare vellet. Alii vero aliter sentiunt, ut tametsi bonus esset, ex coelesti quadam cognitione sit proditus. Norant enim, aiunt, Principes, si Christus in crucem tolleretur, ipsorum exhaustum iri potentiam omnem; quod cum Iudas non ignoraret, maturavit omnemque lapidem movit ut eum Iudaeis traderet. Qua in re egregie saluti nostrae consuluit. Ac propterea laudibus eum remunerari nos oportet, cuius opera crucis nobis salus est illa comparata, nec non coelestium rerum eadem ex occasione communicata cognitio. Sed cum isti minime bonum aliquem honore ac laude prosequantur, toto coelo, quod aiunt, aberrant. Neque obscurum illud est, haec ignorantiae fraudisque semina ipsis a diabolo aspersa fuisse. In quibus illud est e scriptura perfectum: *Vae qui dicunt bonum malum, et ma-* Isai.5,20.

4. *Libri habent* φησὶν. 6. *Libri habent* φησί.
5. ἀσθενὴς *uncinis notavit Petavius.*

πονηρὸν, καὶ τὸ πονηρὸν ἀγαθὸν, οἱ τιθέντες τὸ σκότος φῶς, καὶ
τὸ φῶς σκότος, οἱ λέγοντες τὸ γλυκὺ πικρὸν, καὶ τὸ πικρὸν γλυκύ.
Πάντη γὰρ ἐκφωνεῖ παλαιὰ καὶ καινὴ διαθήκη τοῦ Κάϊν τὴν ἀσέβειαν
ἐπικηρυκευομένη. Οὗτοι δὲ τοῦ σκότους ὄντες ἐρασταὶ καὶ τῶν κακο-
ποιῶν μιμηταὶ τὸν Ἄβελ μισοῦσι, τὸν δὲ Κάϊν ἀγαπῶσι, καὶ τῷ Ἰούδᾳ
τὸν ἔπαινον διδόασι· φθοριμαίαν δὲ γνῶσιν ἔχουσι, δύο τάττοντες Δυ-
νάμεις, ἀσθενεστέραν τε καὶ δυνατωτέραν, ἀντιμαχομένας δὲ πρὸς
pag. 279. ἀλλήλας, ποιούσας δὲ ἐν τῷ κόσμῳ οὐ γνώμης ἀλλοίωσιν, ἀλλὰ τῶν
γεγενημένων τοὺς μὲν κατὰ φύσιν ἀπὸ κακίας τὴν οὐσίαν ἔχειν, τοὺς
δὲ ἀπὸ ἀγαθότητος. Οὐδένα δὲ κατὰ γνώμην ἀγαθὸν ἢ φαῦλον λέγου-
σιν, ἀλλὰ κατὰ φύσιν.

Κεφ. δ'. Καὶ πρῶτον ἴδωμεν περὶ τοῦ Κάϊν ὡς ἡ μὲν παλαιὰ διαθήκη φη-
σὶν, Ἐπικατάρατος σὺ ἀπὸ τῆς γῆς, ἥτις ἔχανε τὸ στόμα αὐτῆς δέξα-
σθαι τὸ αἷμα τοῦ ἀδελφοῦ σου, ἐκ τῆς χειρός σου· καὶ πάλιν, Ἐπι-
κατάρατος σὺ ἐν τοῖς ἔργοις σου, καὶ ἔσῃ στένων καὶ τρέμων ἐπὶ τῆς
γῆς. Συνῳδὰ δὲ τῇ παλαιᾷ διαθήκῃ ὁ κύριος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ περὶ
τούτου λέγει, ὅτε Ἰουδαῖοι ἔλεγον, Ἡμεῖς πατέρα ἔχομεν τὸν θεόν· ὁ
δὲ κύριος πρὸς αὐτοὺς ἔφη, Ὑμεῖς υἱοί ἐστε τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ δια-
βόλου, ὅτι ψεύστης ἐστὶν, ὅτι ὁ πατὴρ αὐτοῦ ψεύστης ἦν· ἐκεῖνος
ἀνθρωποκτόνος ἦν, καὶ ἐν τῇ ἀληθείᾳ οὐκ ἔμεινεν· ὅταν λαλεῖ, τὸ
ψεῦδος ἐκ τῶν ἰδίων λαλεῖ, ὅτι καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ ψεύστης ἦν. Ὅθεν
καὶ αἱ ἄλλαι αἱρέσεις ἀκούουσαι τὸ ῥῆμα τοῦτο πατέρα μὲν τῶν Ἰου-
δαίων φάσκουσιν εἶναι τὸν διάβολον, ἔχειν τε πατέρα ἄλλον καὶ τὸν
αὐτοῦ πατέρα πάλιν πατέρα. Ἀλλὰ ἀθυρογλώττως φθέγγονται, τὴν
διάνοιαν τυφλώττοντες. Καὶ γὰρ ἐπὶ τὸν πάντων δεσπότην θεὸν Ἰου-
δαίων τε καὶ Χριστιανῶν καὶ πάντων τὴν συγγένειαν [1] ἐκείνῳ ἀνάγουσι,
τοῦτον πατέρα τοῦ ἐκείνου πατρὸς εἶναι λέγοντες, τὸν νομοθετήσαντα
διὰ Μωϋσέως καὶ τοσαῦτα θαυμάσια πεποιηκότα. Οὐκ ἔστι δὲ τοῦτο,
ὦ [2] ἀγαπητοί. Αὐτὸς γὰρ εὐθύς φησιν ὁ κύριος, ἐν ἅπασιν ἡμῶν τὴν
ἐπιμέλειαν ποιούμενος, ἵνα μὴ ἐν παρεκβάσει γενώμεθα τοῦ προκειμέ-
νου, ἕτερα ἀνθ' ἑτέρων σοφιζόμενοι καὶ διανοούμενοι [3] ὅτι λέγει πα-
τέρα [4] αὐτῶν εἶναι τὸν διάβολον, [5] Ἰούδαν, ὃν καὶ Σατανᾶν κέκληκε,
καὶ διάβολον λέγων πρὸς τοὺς μαθητὰς, Οὐχὶ τοὺς δώδεκα ὑμᾶς ἐξελε-
ξάμην; καὶ εἷς ἐξ ὑμῶν διάβολος· οὐχὶ διάβολος λέγων φύσει, ἀλλὰ
κατὰ γνώμην. Πάλιν δὲ ἐν ἑτέρῳ τόπῳ λέγει, Πάτερ, κύριε οὐρανοῦ
καὶ γῆς, τήρησον τούτους οὓς δέδωκάς μοι· ὅτε ἤμην μετ' αὐτῶν, ἐφύ-
λαξα αὐτοὺς, καὶ οὐδεὶς ἐξ αὐτῶν ἀπώλετο, εἰ μὴ ὁ υἱὸς τῆς ἀπω-
λείας. Πάλιν ἄλλοτε λέγει ὅτι, Δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου παραδο-
θῆναι κατὰ τὸ γεγραμμένον περὶ αὐτοῦ· οὐαὶ δὲ δι' οὗ παραδοθήσεται·
pag. 280. συνέφερε γὰρ αὐτῷ εἰ οὐκ ἐγεννήθη, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἄρα γοῦν ἐξάπαν-

Cap. IV. — 1. ἐκείνου correxit Petavius.

lum bonum, qui ponunt tenebras lucem, et lucem tenebras, qui dicunt dulce amarum, et amarum dulce. Nam in veteri et novo testamento Caini impietas aperta ac clara voce praedicatur. Illi autem tenebrarum amatores ac maleficorum imitatores Abelum oderunt, et Cainum amant, et Iudam praeconio suo celebrant. Sed et perniciosissime sentiunt, dum Virtutem duplicem constituunt, imbecillam et firmiorem, quae secum invicem dissideant, ac non voluntatum in mundo varietatem inferant, sed illud perficiant, ut qui in lucem prodeunt, alii primam a malo naturae originem, alii a bono derivatam accipiant. Neminem enim illi ex animi deliberatione bonum esse vel malum, sed natura ipsa definiunt.

Sed de Caino primum quid vetere in testamento scriptum sit in- Cap. IV.
spiciamus. *Maledictus,* inquit, *eris a terra, quae aperuit os suum* Gen. 4, 11.
et suscepit sanguinem fratris tui de manu tua, erisque gemens et tremens super terram. Quibus ea consentiunt, quae de eodem dominus in evangelio loquitur, cum Iudaei dixissent, *Patrem habemus deum.* Sic enim dominus occurrit: *Vos filii estis patris vestri diaboli, quo-* Ioann. 8,
niam mendax est, quoniam pater eius mendax est: ille homicida fuit 41, 44.
ab initio, et in veritate non stetit. Cum loquitur, mendacium ex proprio loquitur, quoniam et pater eius mendax erat. Ex quo et haereses aliae cum hanc vocem audiunt, Iudaeorum patrem diabolum esse dicunt, cui et alius sit pater, huicque itidem alius. Sed excaecata mente effrenataque lingua ista iactitant. Siquidem ad universorum dominum ac Iudaeorum et Christianorum, adeoque omnium deum illius cognationem referunt, eumque patrem esse parentis illius putant qui Moysi legem praescripserit, ac tam multa prodigia patraverit. Sed longe se res aliter habet, o carissime! Nam subinde dominus nostri in omnibus curam gerens, ne pro aliis alia subdole fingeremus, aut illorum patrem revera existimaremus esse diabolum,
ita discipulos suos alloquitur: *Nonne duodecim vos elegi, et unus ex* Ioann. 6, 70.
vobis diabolus est? non eum natura, sed animo diabolum esse significans. Iterum alio in loco: *Pater domine coeli ac terrae, serva eos* Ioann.
quos dedisti mihi. Cum eram cum ipsis, servabam eos, et nemo ex 17, 11.
illis periit, nisi filius perditionis. Alias item: *Oportet filium hominis* Matth.
tradi, sicut scriptum est de eo: Vae autem et per quem tradetur; bonum 26, 24.
enim erat ei, si natus non fuisset homo ille etc. Hoc igitur manifeste

2. ἀγαπητοί *cod. Vatic.* ἀγαπητέ *reliqui libri.*

3. ὅτι *particulam, quae necessaria est, repetivi ex finali syllaba* c. διανοούμενοι.

4. ἑαυτῶν *edit. princ.*

5. *Verba* Ἰούδαν, ὃν καὶ Σατανᾶν κέκληκε, καὶ διάβολον *adieci ex cod. Vatic., desiderantur in reliquis.*

τος ἔγνωμεν ὡς περὶ τοῦ Ἰούδα ἔλεγε τοῖς Ἰουδαίοις· ᾧ γάρ τις ἥττηται, τούτῳ καὶ δεδούλωται, καὶ ᾧ τις πείθεται, τοῦτον πατέρα ἔσχηκε καὶ ἀρχηγὸν τῆς αὐτοῦ πειθοῦς. Φησὶν οὖν ὁ κύριος, Ὑμεῖς υἱοὶ τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ διαβόλου ἐστέ, ἐπειδὴ ἀντὶ τοῦ Χριστοῦ τῷ Ἰούδᾳ ἐπείσθησαν, καθάπερ ἀπὸ θεοῦ ἐκκλίνασα ἡ Εὕα τῷ ὄφει ἐξ ἀρχῆς ἐπείσθη· ἔπειτα ὅτι καὶ ψεύστης ἦν οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ κλέπτης, κατὰ τὸ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ εἰρημένον. Διὸ καὶ αὐτῷ παρέδωκε τὸ γλωσσόκομον, ἵνα ἀναπολόγητος ᾖ, διὰ φιλαργυρίαν τὸν ἴδιον δεσπότην παραδοὺς εἰς χεῖρας ἀνθρώπων. Τίς οὖν ὁ τούτου πατὴρ, ὁ πρὸ αὐτοῦ ψεύστης ὑπάρχων, ἀλλ' ἢ ὁ Καΐν, οὗ μιμητὴς ὁ Ἰούδας; [6] Ἐκεῖ γὰρ ψευσάμενος τῷ ἀδελφῷ ὡς ἐν φιλαδελφίᾳ ἠπάτησε, καὶ παρέπεισε διὰ τοῦ ψεύδους, καὶ ἐξαγαγὼν αὐτὸν ἐν τῷ πεδίῳ ἐπάρας τὴν χεῖρα ἀπέκτεινεν. Οὕτω καὶ ὁ Ἰούδας, Τί θέλετέ μοι, φησὶ, δοῦναι, καὶ ἐγὼ αὐτὸν παραδώσω ὑμῖν; καὶ, Ὃν ἂν φιλήσω, αὐτός ἐστι, κρατήσατε αὐτόν· καὶ ἐλθὼν ὁ προδότης, Χαῖρε [7] Ῥαββὶ, ἔλεγε, τοῖς χείλεσι τιμῶν, καρδίαν δὲ πόρρω ἀπέχουσαν θεοῦ κεκτημένος.

Κεφ. ε'. Ἄρα γοῦν οὗτος ὁ Ἰούδας πατὴρ αὐτῶν γενόμενος, κατὰ τὴν ἀρνησιθεΐαν καὶ προδοσίαν Σατανᾶς ὑπάρξας καὶ διάβολος, οὐ τῇ φύσει, ἀλλὰ τῇ γνώμῃ, υἱὸς γεγένηται οὗτος τοῦ Καΐν κατὰ μίμησιν τοῦ ἀνθρωποκτόνου καὶ ψεύστου· ἐπειδὴ καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ πρὸ αὐτοῦ ψεύστης ἦν, οὐχ ὁ Ἀδὰμ, ἀλλ' ὁ διάβολος, οὗ τὴν μίμησιν ἔσχεν ἐν τῇ ἀδελφοκτονίᾳ, μίσει καὶ τῷ ψεύδει καὶ πρὸς θεὸν ἀντιλογίᾳ, τῷ λέγειν, Μὴ φύλαξ εἰμὶ τοῦ ἀδελφοῦ μου; οὐκ οἶδα ποῦ ἐστιν. Οὕτω καὶ ὁ διάβολος τῷ κυρίῳ φησὶ, Μὴ δωρεὰν σέβεται Ἰὼβ τὸν θεόν; Ἐπειδὴ γὰρ αὐτὸς ὁ διάβολος τῷ ψεύδει ἀπατᾷ τὴν Εὔαν καὶ τὸν Ἀδὰμ, ἕτερα ἀνθ' ἑτέρων λέγων, καὶ φιλίαν προσποιητὴν ἐνδεικνύμενος, ὅτι, Ἔσεσθε ὡς θεοὶ, καὶ οὐκ ἀποθανεῖσθε, τοῦτον μιμούμενος ὁ Καΐν προσχήματι φιλαδελφίας ἠπάτα τὸν ἀδελφὸν, λέγων, Διέλθωμεν εἰς τὸ πεδίον. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ ἅγιος Ἰωάννης εἶπεν, Ὁ μισῶν
pag. 281. τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, οὗτος οὐ τετελείωται ἐν τῇ ἀγάπῃ, ἀλλ' ἐκ τοῦ Καΐν ἐστὶν, ὅτι ἀπέκτεινε τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ. Καὶ διὰ τί αὐτὸν ἀπέκτεινεν; ὅτι ἦν πονηρὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ, καὶ ἐζήλωσε τὰ ἔργα αὐτοῦ, ὅτι ἦν καλά. Οὕτω καὶ οὗτοι μᾶλλον φθονοῦντες τῷ Ἄβελ, τῷ καλὰ ἔχοντι ἔργα, τὸν δὲ Καΐν τιμῶντες, πῶς οὐκ ἐλέγχονται διαρρήδην τοῦ σωτῆρος λέγοντος καὶ ἀπότομον ἀπόφασιν ὁρίζοντος αὐτοῖς, ὅτι, Ζητηθήσεται ἀπὸ τῆς γενεᾶς ταύτης πᾶν αἷμα δίκαιον [1] ἀπὸ Ἄβελ τοῦ δικαίου τὸ ἀπ' ἀρχῆς ἐκκεχυμένον ἕως Ζαχαρίου τοῦ προφήτου, ὃν ἀπεκτείνατε μέσον τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου καὶ τὰ ἑξῆς.

6. *Repone* Ἐκεῖνος *pro* Ἐκεῖ. *Neque aliter convertit uterque interpres Latinus.*

7. Ῥαββὴ *vulgo legitur.*

Cap. V. — 1. *Verba* ἀπὸ Ἄβελ τοῦ

cognovimus de Iuda intellexisse cum Iudaeis loqueretur. A quo enim quisque superatus est, huius et servus est, ac cuicumque aliquis obsequitur, hunc et patris loco habet, et obsequii sui auctorem agnoscit. Quare ideo iisce verbis dominus utitur: *Vos filii patris* Ioann. 8, 44.
vestri diaboli estis, quod Iudae Christi loco paruerint, quemadmodum olim Eva a domino desciscens serpenti morem gessit. Deinde quod non solum mendax esset, sed etiam fur, pro eo atque in evangelio legimus. Ob id loculos ei commisit, ne quam haberet excusationem, cum dominum suum in hominum manus ob pecuniae cupiditatem traderet. Ecquis vero pater huius alius est, qui ante ipsum mendax fuerit praeter Cainum, quem Iudas imitatus est? ille siquidem fratri suo mentitus caritatis eum fraternae specie decepit ac mendacio persuasit, et in agrum seducens violentas illi manus attulit. Neque aliter Iudas: *Quid vultis,* inquit, *mihi dare, et ego eum vobis tradam?* Matth. 26, 15.
Et: *Quemcumque osculatus fuero ipse est, tenete eum.* Et accedens Marc. 14, 44.
traditor: *Ave,* inquit, *Rabbi, labiis honorans, cor autem longe a deo* Matth. 15, 8.
remotum gerens.

Quamobrem hic ille Iudas est qui et ipsorum parens, et pro- Cap. V.
pter numinis abnegationem proditionemque Satanas fuit, et voluntate, non natura diabolus, idemque mendacis ac parricidae Caini duntaxat imitatione filius; quandoquidem et eius ante ipsum pater mendax fuit non Adamus, sed diabolus, cuius in fraterna caede odioque ac mendacio similitudinem expressit, tum eo insuper ipso quod his verbis deo contradixit: *Num custos fratris mei ego sum?* Gen. 4, 9.
Ubi sit nescio. Quemadmodum et domino diabolus loquitur: *Num* Iob. 1, 9.
frustra Iob timet deum? Quoniam enim diabolus ipse Evam et Adamum suis in fraudem mendaciis impulerat, falsa pro veris usurpans ac simulatam amicitiam obiiciens, *Eritis,* inquit, *sicut dii, et non* Gen. 3, 5.
moriemini, hunc aemulatus Cain fraternae caritatis specie germanum decepit, his verbis alloquens: *Egrediamur foras.* Idcirco beatus Ioannes ita scribit: *Qui odit fratrem suum, hic in caritate perfectus* 1. Ioann. 3, 12.
non est, sed est ex Caino, quoniam fratrem suum occidit. Et propter quid occidit eum? Quoniam opera eius maligna erant, et illius invidit operibus, quoniam erant honesta. Sic illi Abelo potius invidentes, cuius opera mala sunt, et Cainum honorantes, nonne vel ipsis salvatoris verbis manifeste redarguuntur, qui in illos severe ac sine ulla tergiversatione sententiam hoc modo tulit: *Requiretur ab hac ge-* Matth. 23, 35.
neratione sanguis omnis iustus, qui effusus est ab Abel iusto a principio usque ad Zachariam prophetam, quem occidistis inter templum et altare etc.

δικαίου τὸ ἀπ' ἀρχῆς, *quae desiderantur in edit. princ., Petavius adiecit ex cod. Vaticano.*

Κεφ. ϛ'. Οὐκ ἄρα τοίνυν, ὡς οὗτοί φασι, διὰ γνῶσιν ὁ Ἰούδας παρέδωκε τὸν σωτῆρα, οὐδὲ Ἰουδαῖοι μισθὸν ἔχουσι σταυρώσαντες τὸν κύριον, καί τοί γε διὰ σταυροῦ ἐχόντων ἡμῶν τὴν σωτηρίαν. Οὔτε γὰρ παρέδωκεν αὐτὸν ὁ Ἰούδας ἵνα γένηται ἡμῖν εἰς σωτηρίαν, ἀλλὰ κατὰ ἄγνοιαν, ζῆλον καὶ φιλαργυρίαν ἀρνησιθεΐας. Κἄν τε γὰρ εἴπῃ ἡ γραφὴ τὸν Χριστὸν μέλλοντα σταυρῷ παραδίδοσθαι, ἢ κἂν εἴποι ἡ θεία γραφὴ τὰ ἐπ' [1] ἐσχάτων ἡμερῶν δι' ἡμῶν ἐπιτελούμενα ἀτοπήματα, οὐ πάντως εὕροι ἄν τις ἡμῶν τῶν τὰ παράνομα πραττόντων ἀπολογίαν τὴν τῆς γραφῆς μαρτυρίαν προφέρων, προθεσπιζούσης ταῦτα ἔσεσθαι. Οὐ γὰρ ὅτι εἶπεν ἡ γραφὴ ποιοῦμεν, ἀλλ' ὅτι ἐμέλλομεν ποιεῖν, προεῖπεν ἡ γραφὴ, διὰ τὴν τοῦ θεοῦ πρόγνωσιν, καὶ ἵνα θεὸς ἀγαθὸς ὑπάρχων, ἐπιφέρων δὲ τὴν ὀργὴν κατὰ τῶν ἁμαρτανόντων, μὴ ὑποληφθῇ πάθει συνεχόμενος. Ἡ γὰρ καθ' ἕκαστον τῶν ἁμαρτανόντων παρὰ θεοῦ ὀργὴ οὐκ ἀπὸ πάθους ὁρμᾶται. Ἀπαθὲς γὰρ τὸ θεῖον· ἐπιφέρει δὲ τὴν ὀργὴν κατὰ [2] ἄνθρωπον οὐ πάθει ληφθὲν ἀγανακτήσεως, οὐδὲ ὀργῇ ἡττηθὲν [3] καὶ κρατούμενον. Δείκνυσι γὰρ τὸ ἀπαθὲς ὁ θεὸς προειπὼν [4] ἡμῖν τὴν ἐσομένην κρίσιν καὶ τὴν δικαίαν [5] παρ' αὐτοῦ τιμωρίαν γινομένην, ἵνα τὸ ἀπαθὲς σημάνῃ τῆς θεότητος. Προεῖπε τοίνυν ἡ γραφὴ κατὰ πρόγνωσιν προασφαλιζομένη καὶ διδάσκουσα, ἵνα μὴ ἐμπέσωμεν εἰς ὀργὴν ἀνήκεστον θεοῦ, τὴν οὐ πάθει ὁρισθεῖσαν, οὐδὲ συμβαίνουσαν ἀπὸ ἥττης, ἀλλὰ δικαιότατα τοῖς τὴν
pag. 282. ἁμαρτίαν ἐκτελοῦσιν ἀνθρώποις προετοιμασθεῖσαν, καὶ μὴ μετανοοῦσιν ἐξ ἀληθείας.

Κεφ. ζ'. Οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ, οὐχ ὅτι εἶπεν ἡ θεία γραφὴ, Ἐσταύρωσαν οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ, Παρέδωκεν Ἰούδας τὸν σωτῆρα, ἀλλ' ὅτι ἔμελλε παραδιδόναι Ἰούδας, καὶ Ἰουδαῖοι σταυροῦν, τούτου ἕνεκα προεῖπεν ἡ θεία γραφὴ ἐν τῇ παλαιᾷ διαθήκῃ καὶ ὁ κύριος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ. Ὥςτε οὖν οὐκ ἐν γνώσει τῆς ἐσομένης εὐεργεσίας τῷ κόσμῳ παραδέδωκε τὸν κύριον ὁ Ἰούδας, ὡς ἐκεῖνοι λέγουσιν, ἀλλ' εἰδὼς μὲν ὅτι ὁ αὐτοῦ δεσπότης ὑπῆρχεν, ἀγνοῶν δὲ ὅτι σωτηρία ἔσται τῷ κόσμῳ. Πῶς γὰρ ἂν εἴη σωτηρίας ἀνθρώπων ἐπιμελόμενος ὁ παρ' αὐτοῦ τοῦ σωτῆρος ἀκούων Ἀπωλείας υἱός; καὶ τὸ, Συμφέρει αὐτῷ εἰ οὐκ ἐγεννήθη, καὶ τὸ, Ἑταῖρε, ἐφ' ὃ πάρει; καὶ τὸ, Εἷς ἐξ ὑμῶν παραδώσει με, καὶ τὸ, Ὁ ἐσθίων μετ' ἐμοῦ τὸν ἄρτον ἐπῆρε κατ' ἐμοῦ [1] πτερνισμὸν, ὡς ἔχει τὸ εὐαγγέλιον [2] ἐκ προαγούσης μαρτυρίας τοῦ ψαλτηρίου,

Cap. VI. — 1. ἐσχάτων cum Petavio reposui pro ἐσχάτῳ τῶν, quod vulgo extat.
2. ἀνθρώπων placuit Petavio.
3. καὶ ex cod. Vatic. reposuit Petavius.
4. ἡμῖν adieci ex cod. Vaticano.
5. παρ' αὐτοῦ, quod in edit. princ. desideratur, Petavius adiecit ex cod. Vatic.

Cap. VII. — 1. πτερνισμὸν cod. Vatic. πτέρναν vulgata scriptura est.

Falsum igitur est, quod isti iactitant, Iudam ob eam quam habebat scientiam salvatorem prodidisse; adeoque nec ipsi Iudaei Christo in cruce suffixo mercedem consecuti sunt, quamvis crucis nobis beneficio salus obvenerit. Non enim ut salutem nobis afferret Iudas illum tradidit, sed partim ignorantia, partim invidia et avaritia ductus, quam cum dei abnegatione coniunxerat. Etenim licet in crucem actum iri Christum scriptura praedixerit, ac quae postremis temporibus a nobis committenda sunt scelera diu ante significarit, nullam, si male quicpiam egerimus, ex iisce scripturae testimoniis, quae id futurum praenuntiant, excusationem habebimus. Neque enim quod scriptura praedixerit, idcirco facimus, sed quod facturi eramus, scriptura praedixit; ob antecedentem dei videlicet cognitionem, atque ut deus ipse, qui bonus est, cum adversus peccatores iram exercet, non perturbatione aliqua commotus esse videatur. Dei siquidem adversus peccatores quoslibet indignatio non ab ulla animi perturbatione proficiscitur; caret enim omni perturbatione deus. Sed iram more hominum exercere dicitur, non ullo sensu doloris affectus, nec iracundia superatus. Imo vero quantopere ea vacet hoc ipso declarat, quod futurum iudicium ac iustissimam animadversionem denunciat, ut se commotionis omnis expertem esse demonstret. Hoc igitur futurorum praescia scriptura significat, uti cautiores nos reddat ac condocefaciat, ne inexpiabilem dei in offensionem incurramus quae non perturbatione definitur ulla, nec velut victo ac succumbenti accidit, sed hominibus iis, quos scelerum quae commiserunt vere atque animo non poenitet, praeparata dicitur. Cap. VI.

Idem et de crucis supplicio cogitare debemus. Non enim propterea quod ita fore scriptura praedixit, Christus aut in crucem a Iudaeis est actus aut a Iuda proditus, sed quod et proditurus eum Iudas esset, et in crucem acturi Iudaei, ob id tam in vetere testamento scriptura quam in evangelio dominus ipse futurum aliquando pronuntiavit. Quamobrem non ex certa singularis illius beneficii scientia, quod in mundum ex eo derivaret, dominum Iudas prodidit, ut illi mentiuntur, sed ita potius ut et suum esse dominum sciverit, et quam idipsum mundo salutare esset ignorarit. Fierine potest is ut salutis hominum curam gerat qui ab ipsomet salvatore perditionis filius appellatus fuerit, et illud audierit, *Bonum ei erat, si natus non fuisset homo ille:* item, *Amice, ad quid venisti?* et, *Unus ex vobis me traditurus est:* et, *Qui manducat mecum panem, levavit contra me calcaneum,* ut e Psalmorum libro evangelium expressit: item, *Vae ei* Cap. VII. Ioann. 7, 70. Matth. 26, 24. Id. 26, 50. Ioann. 13, 18. Psalm. 41, 9.

2. ex praecedente testimonio psalterii recte vertit Cornarius. *Eadem significatione verbum* προάγειν *occurret infra haer. LXIX,* 6. *positum.*

καί, Οὐαὶ δι' οὗ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται. Αὐτὸς γὰρ Ἰούδας περὶ ἑαυτοῦ τὸ πᾶν ὑπέφηνε, καὶ τὴν τῶν ἐπαινούντων αὐτὸν ἄνοιαν καὶ ἑαυτοῦ ἤλεγξεν, εἰ καὶ ἄκων, ἀλλ' ὅμως μετὰ τὸ λαβεῖν τὸ τίμημα τὰ τριάκοντα ἀργύρια, ὕστερον μεταμεληθεὶς καὶ ἀποστρέψας τὰ ἀργύρια, ὡς κακόν τι πεπραχώς, κακὸν μὲν ἑαυτῷ, κακὸν δὲ καὶ τοῖς σταυρώσασιν. Ὁ δὲ κύριος ἀγαθὸν δι' ἑαυτοῦ ἐπιτελῶν ἡμῖν τε καὶ τῷ κόσμῳ ἑαυτὸν παραδέδωκεν, ἵνα γένηται ἡμῖν σωτηρία. Ἆρα οὖν οὐχὶ τῷ Ἰούδᾳ τῷ προδότῃ ὁμολογοῦμεν τὴν χάριν, ἀλλὰ τῷ ἐλεήμονι σωτῆρι, τῷ τὴν ψυχὴν θέντι ὑπὲρ ἡμῶν τῶν ἰδίων αὐτοῦ προβάτων, καθὼς αὐτὸς εἶπε. Πῶς γὰρ ὁ νομίσας ἀγαθὸν ἐπιτελέσαι ὕστερον λέγει ὅτι, Μεταμεμέλημαι, παραδεδωκὼς αἷμα ἀθῷον, καὶ ἀπέστρεψε τὰ ἀργύρια, καθὼς ἦν περὶ αὐτοῦ γεγραμμένον ἐν τοῖς προφήταις, Καὶ ἀπέστρεψε τοὺς τριάκοντα ἀργύρους, τὴν τιμὴν τοῦ τετιμημένου παρὰ τῶν υἱῶν Ἰσραήλ· καὶ πάλιν ἐν ἄλλῳ προφήτῃ, Εἰ δίκαιόν ἐστιν ὑμῖν, δότε τὸν μισθόν μου, ἢ ἀπείπασθε· καὶ πάλιν ἐν ἄλλῳ προφήτῃ, Καὶ ἔδωκαν τὸ ἀργύριον τὴν τιμὴν τοῦ τετιμημένου, καὶ εἶπε, Κάθες αὐτὸ εἰς τὸ χωνευτήριον, ἴδε εἰ δόκιμόν ἐστιν, ὡς ἐδοκιμάσθην [3] ὑπὸ τῶν υἱῶν Ἰσραήλ.

Κεφ. η'. Καὶ πόσα ἐστὶν ἀπὸ τῆς θείας γραφῆς συλλέγειν περὶ τῶν τελειω-
pag. 283. θέντων ἐν τῷ κυρίῳ ἡμῶν, οὐ κατὰ τὴν Ἰούδα πρὸς τὸ ἀγαθὸν ἐνέργειαν, ἀλλὰ κατὰ τὴν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν καὶ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ὑπὲρ ἡμῶν, οὐ κατὰ ἀνάγκην, ἀλλὰ ἐκ προαιρέσεως ἑαυτοῦ παράδωσιν, καὶ οἰκονομίαν τοῦ σταυροῦ, ὑπὲρ τῆς ἡμῶν σωτηρίας; Οἶδα δὲ εἰς πολὺν ὄγκον ἄγων τὰς μαρτυρίας, ὡς λέγει πάλιν ἄλλος προφήτης, Γενέσθω ἡ ἔπαυλις αὐτοῦ ἔρημος, καὶ τὴν ἐπισκοπὴν αὐτοῦ λάβοι ἕτερος· ὃς πρηνὴς γενόμενος ἐλάκησε μέσος, καὶ ἐξεχύθη πάντα τὰ [1] σπλάγχνα αὐτοῦ. Καὶ τὸ πέρας ἀγχόνῃ χρησάμενος ἔδειξε τὸ πᾶν τῆς αὐτοῦ σωτηρίας διολέσας, τῷ διαπεσεῖν τῆς ἐλπίδος κατὰ τὴν αὐτοῦ ἄτακτον καὶ προπετῆ κατὰ τοῦ δεσπότου αὐτοῦ ἐπιβουλὴν καὶ ἕνεκεν φιλαργυρίας ἐπ' ἀρνησιθείαν· ὡς καὶ οἱ ἀπόστολοι ἀντ' αὐτοῦ εἰς τὸν αὐτῶν ἀριθμὸν Ματθίαν κατέστησαν, λέγοντες, Ἀφ' οὗ παρέβη Ἰούδας ἀπελθεῖν εἰς τὸν τόπον τὸν ἴδιον. Ποῖον δὴ τοῦτον, ἀλλ' ἢ ὃν ἀπεφήνατο αὐτῷ ὁ σωτὴρ λέγων ὅτι ἐστὶν υἱὸς ἀπωλείας ἔνθα ἔσχεν ἀντὶ μερίδος μερίδα, καὶ ἀντὶ ἐπισκοπῆς ἀποστολικῆς τὸν τόπον τῆς ἀπωλείας.

Περὶ τούτου δὲ ἱκανῶς ἔχειν τὰ εἰρημένα νομίσαντες καθεξῆς πάλιν ἐφ' ἑτέραν ἴωμεν, ὦ ἀγαπητοί, [2] τὰ σκολιὰ πάλιν καὶ θηριώδη

3. ἀπὸ cod. *Vatic.*

Cap. VIII. — 1. σπλάγχνα cod. *Vatic.* ἔγκατα *vulgo scriptum est.*

2. τὰ σκέλια πάλιν καὶ θηριώδη καὶ ἰοβόλα δήγματα cod. *Vatic.* τὰ σκόλια καὶ ἰοβόλα διδάγματα *ed. princ.* τὰ σκόλια καὶ θηριώδη διδάγματα καὶ ἰοβόλα cod. *Rhedig.* τὰ σκόλια πάλιν καὶ θη-

per quem filius hominis traditur! Etenim Iudas haec in se comprobavit omnia, atque et laudatorum suorum et suammet ipse dementiam vel invitus ostendit. Nam posteaquam tamen triginta illos argenteos accepit, poenitentia ductus pecuniam illam restituit, tanquam mali aliquid perpetrasset cum sibi, tum iis qui cruci Christum affixerunt. Dominus vero, per se quod nobis atque universo bonum erat efficiens, seipsum tradidit, ut saluti omnibus esset. Non igitur proditori Iudae, sed benignissimo salvatori gratias agimus, qui animam pro nobis, ovibus videlicet suis, exposuit, ut et ipse dixit. Quomodo enim is qui boni aliquid moliri se crederet postea dixit,
Poenitet me, quod tradiderim sanguinem iustum: et retulit argenteos? Matth. 27, 4.
pro eo ac prophetae de eo scripserant: *Et retulit XXX argenteos pre-* Zach. 11, 12.
tium appretiati a filiis Israel. Item apud alium prophetam: *Si iustum est vobis, date mercedem meam, aut abdicate.* Item alius propheta: *Dederunt argentum pretium appretiati. Et dixit, Mitte infundibulum, et vide an probum sit, ut probatus sum a filiis Israel.*

Quam multa possumus e scripturis sacris afferre, de iis quae in Cap. VIII.
Christo domino perfecta sunt, non ea quidem ab Iuda ex ulla commodandi voluntate profecta, sed ex eo nimirum, quod salvator noster ac dominus Iesus Christus deus pro nobis sese non necessitate compulsus, sed sponte sua, tradidit et administrandae salutis nostrae caussa crucem subiit. Ego vero non ignoro quam infinitum sit testimonia omnia persequi. Velut quod ab alio propheta scriptum est:
Fiat habitatio eius deserta, et episcopatum eius accipiat alter. Qui Psalm. 108, 8.
suspensus crepuit medius, diffusa sunt omnia viscera eius. Ac postre- Act. 1, 20.
mo laqueo gulam frangens quid egisset ostendit, cum omni se salute spoliasset, eo ipso quod ob subitam illam ac temere susceptam contra dominum perfidiam ab aeternitatis spe in divini numinis abnegationem incidisset. Unde et apostoli eius loco Matthiam in numerum suum
allegerunt, dicentes, *Ex quo Iudas praevaricatus est, ut abiret in lo-* Act. 1, 25.
cum suum. Quemnam obsecro, nisi quem salvator eidem ostenderat, cum eum perditionis filium appellavit? Hic enim illi perditionis attributus est locus: in quo partis loco partem alteram, hoc est illam pro apostolico episcopatu exitii sedem adeptus est.

De quo cum satis superque, quantum opinor, hactenus a nobis disputatum sit, ad aliam haeresim transeamus, ac tortuosa, vene-

ριώδη διδάγματα καὶ ἰοβόλα *edit. Petav. Cornarius vertit:* obliqua et venenata dogmata revelantes, eorum qui ex conficta diabolica versutia mundo corruptionis gratia immissi sunt.

καὶ ἰοβόλα δήγματα ἀποκαλύπτοντες τῶν παρὰ ταῖς λοιπαῖς ἐξ ἐπιπλάστου διαβολικῆς ἐπινοίας τῷ κόσμῳ λύμης ἕνεκα ἐμβεβροντημένων. Τῶν γὰρ τοιούτων τὴν γνώμην τῶν τοῦ χείρονος ὀρεγομένων, ἐφκυῖαν τῷ γένει τοῦ βουπρήστου κανθάρου, ἀποκαλύψαντες, οὖσάν τε ἐπιβλαβῆ ἐν τῇ τοῦ θεοῦ δυνάμει καταθλάσαντες, ἐπὶ τὴν τῶν ἄλλων ἔρευναν τὸν νοῦν ἐπιβαλόμενοι τὸν θεὸν ἀρωγὸν ἐπικαλεσώμεθα, ὦ Χριστοῦ παῖδες [3]).

pag. 281.

ΚΑΤΑ ΣΗΘΙΑΝΩΝ,
ἐννεακαιδεκάτη, ἡ καὶ τριακοστὴ ἐννάτη.

Κεφ. α΄. Σηθιανοὶ πάλιν αἵρεσις ἑτέρα ἐστὶν οὕτω καλουμένη. Οὐ πανταχοῦ δὲ αὕτη εὑρίσκεται, οὔτε ἡ πρὸ ταύτης ἡ τῶν Καϊανῶν λεγομένη· τάχα δὲ ἤδη καὶ αἱ πλείους τούτων ἐξερριζώθησαν ἐκ τοῦ κόσμου. Τὸ γὰρ οὐκ ἐκ θεοῦ ὂν οὐ σταθήσεται, ἀλλὰ καιρῷ μὲν ἀκμάζει, εἰς τὸ παντελὲς δὲ διαρκῶς οὐκ ἐμπαραμένει. Τάχα δὲ οἶμαι ἐν τῇ τῶν Αἰγυπτίων χώρᾳ συντετυχηκέναι καὶ ταύτῃ τῇ αἱρέσει (οὐ γὰρ ἀκριβῶς τὴν χώραν μέμνημαι, ἐν ᾗ αὐτοῖς συνέτυχον)· καὶ τὰ μὲν κατὰ ἱστορίαν φύσει αὐτοψίᾳ περὶ ταύτης ἔγνωμεν, τὰ δὲ ἐκ συγγραμμάτων.

Οὗτοι γὰρ οἱ Σηθιανοὶ ἀπὸ Σὴθ τοῦ υἱοῦ Ἀδὰμ σεμνύνονται τὸ γένος κατάγειν, αὐτὸν δὲ δοξάζουσι, καὶ εἰς αὐτὸν πάντα ὅσαπερ ἀρετῆς [1] εἶναι ἀναφέρουσι, τά τε τῆς ἀρετῆς τεκμήρια καὶ δικαιοσύνης καὶ ὅσα τοιαῦτα ὑπάρχει. Οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ Χριστὸν αὐτὸν ὀνομάζουσι, καὶ αὐτὸν εἶναι τὸν Ἰησοῦν διαβεβαιοῦνται. Διδάσκουσι δὲ αὐτῶν τὴν διδασκαλίαν οὕτω, ὅτι, [2] φασὶ, ἐξ ἀγγέλων γεγένηται τὰ πάντα, καὶ οὐκ ἐκ τῆς ἄνω δυνάμεως.

Κεφ. β΄. Οὗτοι γὰρ συνῳδὰ λέγουσι τῇ πρώτῃ αἱρέσει τῶν Καϊανῶν κατὰ τοῦτο τὸ μέρος· γεγενῆσθαι ἐξ ὑπαρχῆς εὐθὺς δύο ἀνθρώπους, καὶ ἐκ τῶν δύο εἶναι τὸν Κάϊν καὶ τὸν Ἄβελ. Περὶ τούτων τε στασιάσαντας τοὺς ἀγγέλους εἰς ἀλλήλους ἥκειν, οὕτω τε πεποιηκέναι ἀποκτανθῆναι τὸν Ἄβελ ὑπὸ τοῦ Κάϊν. Ἦν γὰρ ἡ στάσις τοῖς ἀγγέλοις ἀγωνιζομένοις περὶ τῶν γενεῶν τῶν ἀνθρώπων τούτων τῶν δύο, τοῦ γεγεννηκότος τὸν Κάϊν καὶ τοῦ γεγεννηκότος τὸν Ἄβελ· κεκρατηκέναι δὲ τὴν ἄνω Δύναμιν, ἣν Μητέρα φάσκουσι καὶ Θήλειαν. Δοκεῖ γὰρ αὐτοῖς εἶναι [1] καὶ μητέρας ἄνω, καὶ θηλείας, καὶ ἄρσενας, ὀλίγου δὲ δεῖν καὶ συγγενείας καὶ πατριαρχίας λέγειν. Ἐπεὶ οὖν κεκράτηκε, φασὶν, ἡ Μήτηρ καὶ Θήλεια καλουμένη, γνοῦσα ὅτι ἀπέκτανται Ἄβελ, ἐνθυμηθεῖσα ἐποίησε γεννηθῆναι τὸν Σὴθ, καὶ ἐν τούτῳ ἔθηκε τὴν αὐτῆς δύ-

3. *Subscriptio haeresis ex cod. Vatic. annotata est haec:* ΚΑΤΑ ΚΑΙΑΝΩΝ.

Cap. I. — 1. *Parum scite iudicans Petavius de hoc* εἶναι *annotavit:* „Deest δυ-

nataque illorum dogmata detegamus, qui ceteris in sectis callido daemonis instinctu sic tanquam fulmine quodam perciti et communem ad orbis pestem ac perniciem afflati sunt. Posteaquam enim istiusmodi hominum qui deterioribus quibusque delectantur opinionem, Buprestarum generi similem (scarabeorum ea species est), patefecimus, penitusque mortiferam divina ope comminuimus, ad inquirendas ceteras eandem, o Christi filii, numinis opem ac praesidium imploremus.

CONTRA SETHIANOS,
quae est haeresis XIX. sive XXXIX.

Alia est Sethianorum haeresis, quae non ubique reperitur, uti nec Caianorum, contra quam proxime disputavimus. Ac nescio an non pleraeque sectarum istiusmodi radicitus extirpatae sint. Quicquid enim a deo non est, consistere non potest, sed etsi aliquanto tempore vigeat, perenne nihilominus esse nequit. Quod nisi me fallit memoria, puto me cum in Aegypto essem in eam haeresin incidisse, neque enim penitus loci recordor ubi cum istis congressus sum. Quamobrem quae ad eos pertinent partim oculis ipsis usurpavimus, partim ex illorum monumentis percepimus. Cap. I.

Igitur Sethiani a Setho, Adami filio, genus se traxisse gloriantur. Quem quidem magnopere praedicant, eique quae ad virtutem ac iustitiam pertinent omnia, earumque signa ac cetera generis huius attribuunt. Eundemque Christum nominant, et ipsummet Iesum fuisse confirmant. Atque hunc in modum suum illud dogma declarant. Ab angelis enim non a superiore vi producta esse dicunt omnia.

Nam cum superiore Caianorum haeresi hac ex parte consentiunt, quod asserunt, duos ab initio homines extitisse, a quibus Cainus et Abelus exorti sunt. De quibus inter se dissidentes angeli contra se mutuo venerunt, idque perfecerunt, ut Abelum fratrem Cainus occideret. Siquidem de amborum illorum hominum generationibus, a quibus Cainus et Abelus producti sunt, pugnantibus angelis, acris est coorta contentio. Sed enim victoria penes Vim illam superiorem fuit, quam Matrem esse Feminamque definiunt. Quippe matres ab his in coelo, et feminae maresque collocantur, ac propemodum etiam generis necessitudines, stirpiumque capita. Posteaquam igitur, ut aiunt, vicit illa Mater ac Femina, et Abelum interfectum esse cognovit, secum animo cogitans Sethi generationem Cap. II.

καί, vel ἐστὶ leg."
2. *Vulgo* φησί.

CAP. II. — 1. καὶ *adiecit Petavius ex cod. Vatic.*

pag. 285. ναμιν, καὶ [2] καταλαβοῦσα ἐν αὐτῇ σπέρμα τῆς ἄνωθεν Δυνάμεως καὶ τὸν σπινθῆρα τὸν ἄνωθεν πεμφθέντα εἰς πρώτην καταβολὴν τοῦ σπέρματος καὶ συστάσεως· καὶ εἶναι ταύτην σύστασιν τῆς δικαιοσύνης καὶ ἐκλογὴν σπέρματος καὶ γένους· ὅπως διὰ τῆς ταύτης συστάσεως καὶ τούτου τοῦ σπέρματος καθαιρεθῶσιν αἱ δυνάμεις τῶν ἀγγέλων τῶν τὸν κόσμον πεποιηκότων, καὶ τοὺς δύο ἀπ' ἀρχῆς ἀνθρώπους. Διὰ ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν καὶ τὸ γένος τοῦ Σὴθ ἀφορισθὲν ἐντεῦθεν κατάγεται, ἐκλογῆς ὂν καὶ διακεκριμένον τοῦ ἄλλου γένους. Προβαινόντων δὲ τῶν καιρῶν, φασὶ, καὶ ὁμοῦ ὄντων τῶν δύο γενῶν, τοῦ τε Κάϊν καὶ τοῦ Ἄβελ εἰς τὸ αὐτὸ συνελθόντων διὰ κακίαν πολλὴν, καὶ ὁμοῦ μιχθέντων, ἀποβλέψασα ἡ πάντων Μήτηρ καθαρὸν τὸ σπέρμα τῶν ἀνθρώπων ἠβουλήθη ἀπεργάσασθαι, ὡς προεῖπον, διὰ τὸ τὸν Ἄβελ ἀπεκτάνθαι, καὶ τοῦτον τὸν Σὴθ ἐξελέξατο, καὶ καθαρὸν ἔδειξε, καὶ ἐν τούτῳ τὸ γένος μόνῳ τῆς αὐτῆς δυνάμεως καὶ καθαρότητος κατέθετο.

Κεφ. γ'. Ἰδοῦσα δὲ πάλιν πολλὴν ἐπιμιξίαν καὶ ἄτακτον ὁρμὴν τῶν ἀγγέλων καὶ τῶν ἀνθρώπων, εἰς μίξιν τῶν δύο γενῶν ἐλθόντων, καὶ συστάσεις γενῶν τινας τὴν αὐτῶν ἀταξίαν ἐμποιήσασαν, πορευθεῖσα πάλιν ἡ αὐτὴ Μήτηρ τε καὶ Θήλεια κατακλυσμὸν ἤνεγκε, καὶ ἀπώλεσε πᾶσαν στάσιν ἀνθρώπου παντὸς γένους ἐναντίου· ἵνα δῆθεν τὸ καθαρὸν γένος τὸ ἀπὸ τοῦ Σὴθ, καὶ δίκαιον, μόνον μείνῃ ἐν κόσμῳ, εἰς σύστασιν τοῦ ἄνωθεν γένους τε καὶ σπινθῆρος τῆς δικαιοσύνης. Ἔλαθον δὲ αὐτὴν πάλιν οἱ ἄγγελοι καὶ εἰςέδυσαν τὸν Χὰμ εἰς τὴν κιβωτὸν, ὄντα τοῦ αὐτῶν σπέρματος. Ὀκτὼ γὰρ ψυχῶν σωθεισῶν ἐν τῇ τότε λάρνακι τοῦ Νῶε ἑπτὰ μὲν εἶναι τοῦ καθαροῦ γένους φασί· τὸν δὲ ἕνα εἶναι τὸν Χὰμ τῆς ἄλλης δυνάμεως ὑπάρχοντα, ὃν εἰςδῦναι λαθόντα τὴν ἄνω Μητέρα. Ὑπὸ τῶν ἀγγέλων δὲ τὸ τοιοῦτο συσκευασθὲν οὕτως ἀποτελεσθῆναι· Ἐπειδὴ γὰρ, φασὶν, ἔγνωσαν οἱ ἄγγελοι ὅτι μέλει πᾶν τὸ σπέρμα αὐτῶν ἀπαλείφεσθαι ἐν τῷ κατακλυσμῷ, πανουργίᾳ τινὶ τὸν προειρημένον Χὰμ εἰς διατήρησιν τοῦ ὑπ' αὐτῶν κτισθέντος γένους τῆς κακίας παρειςέβαλον. Καὶ ἐκ τούτου λήθη καὶ πλάνη περὶ τοὺς ἀνθρώπους, καὶ ἄτακτοι φοραὶ ἁμαρτημάτων, καὶ πολυμιξία κακίας ἐν τῷ κόσμῳ γεγένηται· καὶ οὕτως ὁ κόσμος εἰς τὸ ἀρχαῖον τῆς ἀτα-
pag. 286. ξίας αὖθις ἀνέκαμψε, καὶ ἐνεπλήσθη κακῶν, ὡς ἐξ ἀρχῆς πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ. Ἀπὸ δὲ τοῦ Σὴθ κατὰ σπέρμα καὶ κατὰ διαδοχὴν γένους ὁ Χριστὸς ἦλθεν αὐτὸς Ἰησοῦς, οὐχὶ κατὰ [1] γέννησιν, ἀλλὰ θαυμαστῶς ἐν τῷ κόσμῳ πεφηνὼς, ὅς ἐστιν αὐτὸς ὁ Σὴθ ὁ τότε, καὶ Χριστὸς νῦν ἐπιφοιτήσας τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων, ἀπὸ τῆς Μητρὸς ἄνωθεν ἀπεσταλμένος.

Κεφ. δ'. Ταῦτα πάντα οὕτω γεγενῆσθαί φασιν ἐκεῖνοι. Μωρὰ δὲ καὶ

2. καταβαλοῦσα *Petavius coniecit. Cornarius vertit:* et in hoc posuit suam virtutem, quum suscepisset in seipsam semen supernae virtutis, et scintillam ex

procuravit, eique vim suam indidit. Proinde vis illius superioris semina quaedam aspersit, ac scintillam immisit, quae ad primam illam seminis propagationem constitutionemque lapsa de coelo fuerat. Quam quidem iustitiae constitutionem ac seminis electionem fuisse iactant, quo utriusque beneficio angelorum vires everterentur, qui et mundum fabricaverant, et duos homines initio produxerant. Quas ob caussas Sethi genus separatim ab illa origine deductum est, utpote electum et ab reliqua stirpe seiunctum. Progredientibus deinceps temporibus, et utraque sobole in unum conflata, hoc est Caino et Abelo convenientibus invicemque permistis, omnium Mater ea re animadversa generis humani semina integra ac sincera repraesentare constituit, cum, uti diximus, Abel esset occisus. In Sethum illud delegit, et ab omni labe purum ostendit. In eumque solum coelestis illius vis suae ac sinceritatis genus immisit.

Rursum vero cum promiscuam perturbationem et angelorum hominumque temerarios impetus cerneret, quod commista simul genera illa duo fuissent, qua ex confusione nova quaedam essent genera constituta, eadem illa Parens femina progrediens aquarum eluvione contrariam omnem factionem funditus extinxit, ut incorrupta ac iusta Sethi stirps ad coeleste genus scintillamque iustitiae conflandam in terris sola retineretur. Verum clam ipsa rursus angeli Chamum e genere suo prognatum in arcam introducunt. Nam ex octo capitibus illis, quae in Noëmi arca servata leguntur, sincerioris generis septena fuisse praedicant, octavum vero nomine Chamum ab aliena vi productum latuisse coelestem Matrem, et in arcam irrepsisse, et id ipsum angelorum fraude ac consilio esse perfectum. Cum enim, ut aiunt, didicissent illi genus omne suum diluvii aquis exterminandum, mira calliditate, quo mali generis, cuius auctores erant, reliquias foverent, Chamum in arcam inculcant. A quo in humanum genus error et oblivio atque inconsiderati flagitiorum impetus et scelerum varietas multiplex in orbem terrarum erupit. Atque ita mundus ad pristinam perturbationem denuo revolutus perinde atque ante diluvium malorum copia redundavit. Ceterum a Setho continuata generis successione Iesus Christus prodiit, non ipse quidem generis stirpe procreatus, sed in hunc mundum admirabiliter introductus. Idem enim qui illis temporibus Sethus fuit, modo Christus appellatus a coelesti Matre de coelo missus ad homines descendit. Cap. III.

Hoc modo illi universa statuunt. Verum quam stolida, quam Cap. IV.

supernis missam in primam deiectionem seminis ac constitutionis.

Cap. III. — 1. γέννησιν *cod. Vatic.* γένη *vulgata scriptura est.*

ἀδρανῆ καὶ κενοφωνίας ἔμπλεα τὰ τοιαῦτα κηρύγματα, ὡς παντὶ τῷ δῆλόν ἐστιν. Οὐ γὰρ δύο ἄνθρωποι ἐπλάσθησαν, ἀλλὰ εἷς ὁ Ἀδάμ, καὶ ἐκ τοῦ Ἀδὰμ ὅ τε Κάϊν καὶ Ἄβελ καὶ Σήθ· καὶ οὐκέτι ἐκ δύο ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐξ ἑνὸς, ἕως τοῦ κατακλυσμοῦ, τῶν γενῶν ὅλων τοῦ Ἀδὰμ ἐχόντων τὰς ἑαυτῶν συστάσεις ἐν τῷ κόσμῳ· ἀπὸ δὲ τοῦ κατακλυσμοῦ ἐκ τοῦ Νῶε πάλιν τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου, καὶ οὐκ ἐκ διαφόρων, ἀλλὰ ἀπὸ ἑνὸς τοῦ Νῶε, τοῦ κατὰ διαδοχὴν ἐκ σπέρματος τοῦ Σήθ, πᾶν γένος τῶν ἀνθρώπων, οὐκ εἰς δύο [1] διαιρούμενον, ἀλλὰ εἰς ἓν γένος. Ἀφ' οὗπερ καὶ Νῶε καὶ ἡ αὐτοῦ γυνὴ, καὶ Σὴμ καὶ Χὰμ καὶ Ἰάφεθ, οἱ τούτου παῖδες, καὶ τρεῖς γυναῖκες τῶν αὐτοῦ παίδων· ἀπὸ τοῦ Σὴθ τὸ γένος κατάγουσι πάντες, καὶ οὐχὶ ἀπὸ δύο ἀνθρώπων τῶν μὴ γενομένων κατὰ τὴν τούτων μυθοποιΐαν.

Κεφ. ε'. Βίβλους δέ τινας συγγράφοντες ἐξ ὀνόματος μεγάλων ἀνδρῶν, ἐξ ὀνόματος μὲν Σὴθ ἑπτὰ λέγοντες εἶναι βίβλους, ἄλλας δὲ βίβλους ἑτέρας Ἀλλογενεῖς οὕτω καλοῦσιν. Ἄλλην δὲ ἐξ ὀνόματος Ἀβραάμ, ἣν καὶ Ἀποκάλυψιν φάσκουσιν εἶναι, πάσης κακίας ἔμπλεων· ἑτέρας δὲ ἐξ ὀνόματος τοῦ Μωϋσέως, καὶ ἄλλας ἄλλων. Εἰς μωρίαν δὲ πολλὴν τὸν νοῦν ἑαυτῶν κατάγοντες γυναῖκά τινα Ὡραίαν λέγουσιν εἶναι τοῦ Σήθ. Ὅρα δέ μοι, [1] ἀγαπητὲ, τὴν τούτων ἄνοιαν, ἵνα κατὰ πάντα τρόπον καταγνῷς τῆς αὐτῶν δραματουργίας καὶ μυθώδους ματαιοφροσύνης καὶ ἐπιπλάστου ληρολογίας. Εἰσὶ μὲν γὰρ ἄλλαι τινὲς αἱρέσεις, αἵτινες Δύναμίν τινα εἶναι λέγουσιν ἣν καλοῦσιν ὀνομαστικῶς Ὡραίαν, τὴν παρ' ἄλλοις τοίνυν νομιζομένην Δύναμιν, Ὡραίαν τε καλουμένην οὕτω γυναῖκα τοῦ Σὴθ λέγουσιν. Ὅθεν δυνάμεθά τε ἀποδεῖξαι, ὡς ἴστε ἀγαπητοὶ, καὶ φύσει ἄνθρωπον τὸν Σήθ, καὶ οὐχὶ ἄνωθέν τι pag. 287. παρηλλαγμένον, ἀδελφὸν δὲ ὄντα φύσει τοῦ Κάϊν καὶ Ἄβελ ἐξ ἑνὸς πατρὸς καὶ μιᾶς μητρός. Ἔγνω γὰρ, φησὶν, Ἀδὰμ Εὔαν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ συλλαβοῦσα ἔτεκε τὸν Κάϊν. Καὶ ἐπέθετο αὐτῷ ὄνομα Κάϊν, ὅπερ ἑρμηνεύεται Κτίσις, λέγων, Ἐκτησάμην υἱὸν διὰ κυρίου θεοῦ. Καὶ πάλιν τὸν Ἄβελ· Ἔγνω Ἀδὰμ Εὔαν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ συλλαβοῦσα ἔτεκεν υἱὸν, καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἄβελ. Καὶ μετὰ πολλὰ μετὰ τὸ ἀποθανεῖν τὸν Ἄβελ· Καὶ ἔγνω Ἀδὰμ Εὔαν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ συλλαβοῦσα ἔτεκεν υἱὸν, καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Σήθ, ὅπερ ἑρμηνεύεται Ἀνταλλαγή· Ἀνέστησε γάρ μοι ὁ θεὸς σπέρμα ἀντὶ Ἄβελ, ὃν ἀπέκτεινε Κάϊν. Τὸ δὲ, Ἐκτησάμην διὰ θεοῦ, καὶ, Ἀνέστησέ μοι ὁ θεὸς, ἵνα θεὸν δείκνυσι, τὸν πάντων ποιητὴν καὶ δότην τῶν γεγεννημένων. Ὅτι δὲ οὗτοι ἔσχον γυναῖκας, ὅ τε

CAP. IV. — 1. διαιρούμενον cod. Vatic. αἱρούμενον vulgo scriptum est.

CAP. V. — 1. Reponendum, ni fallor, ἀγαπητοί. Sic paulo infra etiam ὡς ἴστε ἀγαπητοί. Idem vitium sustulimus supra haer. XXXVIII, 4. ope cod. Vaticani.

porro imbecilla ac vana sint quae ab illis iactantur, nemo non videt. Neque enim duo conditi sunt homines, sed unus duntaxat Adamus, a quo Cain et Abel Sethusque geniti. Tum reliquae deinceps ad Gen. 5. diluvium usque generationes non a duobus hominibus, sed ex uno solum capite, nimirum Adamo, profecta sunt. Sed et ab uno rursus Noëmo post diluvium, non a diversis, insequentium origo deducitur, a Noëmo inquam, qui e Sethi prosapia fuit, genus hominum omne derivatum est, non bifariam divisum, sed una stirpe comprehensum. Ex qua tam Noëmus, quam eius uxor prodiit, eorumque Gen. 11. liberi Sem, Cham, Iaphet: nec non et singulorum coniuges; qui quidem omnes unius e Sethi genere procreati sunt, non a duobus hominibus producti, qui nunquam in terris fuerunt, quemadmodum isti fabulantur.

Atenim certos libros clarissimorum virorum nominibus inscri- Cap. V. ptos circumferunt. Ex quibus septem omnino Setho tribuunt, alios vero *Ἀλλογενεῖς*, hoc est generis alterius, nuncupant. Est et alius liber falso Abraami nomine, quem pro Apocalypsi venditant, omni nequitia refertus. Praeter quem alterum a Moyse, reliquos ab aliis editos esse mentiuntur. Ad haec, quae est illorum stoliditas ac vecordia, uxorem Sethi Horaeam nescio quam nominatim vocant. In quo vide, quaeso, quam inepti sint, ut illorum velut scenica commenta stultissimasque fabulas ac temere conficta mendacia omni ex parte condemnes. Nam cum nonnullae sint haereses, quae Vim quandam esse statuunt quae Horaea nominetur, illi Vim eiusmodi Horaeamque Sethi coniugem extitisse praedicant. Ex quo demonstrari, ut videtis, illud potest hominem fuisse Sethum illum, nec ab aliis origine diversum, utpote Caini et Abeli germanum, ab iisdemque parentibus in lucem editum. *Cognovit enim*, ut scriptura dicit, Gen. 4, 1. *Adam uxorem suam Evam, quae concepit, et peperit Cain.* Hoc enim ei nomen imposuit, quod possessionem significat, dicens, *Possedi filium per dominum deum.* Ac rursus Abelum peperit. *Cognovit*, inquit, *Adam Evam coniugem suam, quae concepit, et peperit filium, quem Abelum vocavit.* Tum multis interiectis post Abeli mortem, *Cognovit*, inquit, *Adam uxorem Evam, quae concepit, et peperit filium, et vocavit Sethum*, quod compensationem sonat. *Excitavit enim*, inquit, *mihi deus stirpem pro Abelo, quem interfecit Cain.* Iam cum ita loquitur: *Possedi hominem per deum*, et, *Excitavit mihi deus*, unum esse deum indicat, qui et universa condiderit, et eos ipsos qui geniti sunt benigne concesserit. Quod vero uxores ambo

Κάϊν καὶ ὁ Σὴθ, δῆλον. Ὁ γὰρ Ἄβελ νεώτερος ἀπεκτάνθη, μηδέπω γήμας.

Κεφ. ϛ'. Ὡς δὲ ἐν τοῖς Ἰωβηλαίοις εὑρίσκεται, τῇ καὶ Λεπτογενέσει καλουμένῃ, καὶ τὰ ὀνόματα τῶν γυναικῶν τοῦ τε Κάϊν καὶ τοῦ Σὴθ ἡ βίβλος περιέχει· ἵνα κατὰ πάντα τρόπον οὗτοι καταισχυνθῶσιν, οἱ τοὺς μύθους τῷ βίῳ ῥαψῳδήσαντες. Τοῦ γὰρ Ἀδὰμ γεννήσαντος υἱοὺς καὶ θυγατέρας ἀνάγκη γέγονε κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἀδελφαῖς ταῖς ἰδίαις συναφθῆναι τοὺς παῖδας. Οὐ γὰρ ἦν παράνομον τὸ τοιοῦτον, ἐπεὶ μηδὲν ἕτερον γένος ἦν. Καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ὁ Ἀδὰμ τῇ ἰδίᾳ θυγατρὶ σχεδὸν τῇ ἐκ τοῦ σώματος αὐτοῦ πλασθείσῃ συνήφθη, κατὰ συζυγίαν αὐτῷ ἐκ θεοῦ πεπλασμένῃ, καὶ οὐκ ἦν παράνομον· οἵ τε τούτου υἱοὶ συνήφθησαν ὁ μὲν Κάϊν τῇ ἀδελφῇ τῇ μείζονι Σαυὴ, οὕτω καλουμένῃ, ὁ δὲ Σὴθ τρίτος υἱὸς μετὰ τὸν Ἄβελ γεννηθεὶς τῇ λεγομένῃ αὐτοῦ ἀδελφῇ Ἀζουρᾷ. Γεγόνασι δὲ τῷ Ἀδὰμ καὶ ἄλλοι υἱοὶ, ὡς ἡ Λεπτὴ Γένεσις περιέχει, ἐννέα μετὰ τοὺς τρεῖς τούτους· ὡς εἶναι αὐτῷ δύο μὲν θυγατέρας, ἄρρενας δὲ δεκαδύο, ἕνα μὲν ἀποκτανθέντα, ἕνδεκα δὲ περιλειφθέντας τῷ βίῳ. Ἔχεις δὲ καὶ τούτων τὴν ἔμφασιν ἐν τῇ Γενέσει τοῦ Κόσμου καὶ πρώτῃ βίβλῳ παρὰ Μωϋσεῖ οὕτω φασκούσῃ· Καὶ ἔζησεν Ἀδὰμ ἔτη ἐννακόσια τριάκοντα, καὶ ἐγέννησεν υἱοὺς καὶ θυγατέρας, καὶ ἀπέθανε.

Κεφ. ζ'. pag. 2[illegible]. Πλατυνθέντων δὲ τῶν ἀνθρώπων, καὶ τῆς γενεᾶς τοῦ Ἀδὰμ ἐκεκτεινομένης, ἡ ἀκρίβεια ἡ κατὰ τὸν γάμον τὸν σεμνὸν ἐπλατύνετο καθεξῆς προβαίνουσα, καὶ ἐπείπερ γεγόνασι παῖδες τῷ Ἀδὰμ καὶ παῖδες παίδων, θυγατέρες δὲ ἐκ τούτων κατὰ διαδοχὴν γένους ἐγεννήθησαν, λοιπὸν οὐκέτι τὰς αὐτῶν ἀδελφὰς πρὸς γάμον ἤγοντο, ἀλλὰ εἰς εὐνομίαν κατέστη καὶ πρὸ τοῦ διὰ Μωϋσέως ἐγγράφου νόμου ὁ κατὰ τὸν σεμνὸν γάμον θεσμὸς, καὶ ἐκ τῶν πατραδέλφων αὐτῶν τὰς γαμετὰς ἑαυτῶν ἤγοντο. Καὶ οὕτως πλατυνομένων ἄρτι τῶν ἀνθρώπων ἐμίγη τὰ δύο γένη, τοῦ τε Κάϊν πρὸς τὸ γένος τοῦ Σὴθ, καὶ τοῦ Σὴθ πρὸς θάτερον, καὶ τὰ ἄλλα τῶν υἱῶν τοῦ Ἀδὰμ γένη. Ἐντεῦθεν λοιπὸν τοῦ κατακλυσμοῦ ἄρδην τὸ πᾶν τῆς στάσεως τῶν ἀνθρώπων ἀπολέσαντος διαπεφύλακται μόνος Νῶε, εὑρὼν χάριν παρὰ τῷ θεῷ, δίκαιος εὑρεθεὶς ἐν τῇ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ γενεᾷ· λάρνακα δὲ κατὰ τὰ ἤδη πρότερον ἡμῖν εἰρημένα κατεσκεύασεν ἑαυτῷ ἐκ προστάγματος θεοῦ, ὡς ἔχουσιν αἱ ἀληθιναὶ γραφαὶ, ἐν ᾗ διασεσῶσθαι ἡ αὐτὴ φάσκει τῆς ἀληθείας βίβλος αὐτόν τε καὶ τὰς προειρημένας αὐτῷ ἅμα ἑπτὰ ψυχάς· φημὶ δὲ τήν τε ἰδίαν σύζυγον καὶ τοὺς τρεῖς υἱοὺς, γυναῖκάς τε τούτων ὁμοίως τρεῖς. Ἐκ τούτου δὲ λείψανα γεγενῆσθαι τῆς κατὰ τὸν ἄνθρωπον συστάσεως ἐν κόσμῳ πάλιν ἡ ἀλήθεια συνίστησιν· ὅθεν κατὰ γε-

illi, Cainus ac Sethus, habuerint, minime est obscurum. Nam Abelus matura nondum aetate sublatus est e medio, neque se matrimonio coniunxerat.

Extant in Iubilaeis, qui liber Genesis Parva dicitur, uxorum Caini Sethique nomina, ut qui confictas illas fabulas in hominum vitam invexerunt pudore omnino suffundantur. Etenim cum Adamus utriusque sexus liberos suscepisset, necesse per illa tempora fuit ut filii matrimonia cum sororibus inirent. Neque id erat interdictum; propterea quod genus aliud erat hominum nullum. Quin etiam Adamus ipse cum sua, ut ita dicam, filia coniugio sociatus est, quam de eius corpore deus effinxerat: nefas enim illud non erat. Et ex illius liberis Cainus sororem natu maiorem duxit, Savem nomine. Sethus porro Adami filiorum tertius post Abelum genitus cum alia sorore Azura coniunctus est. Fuerunt et alii Adamo liberi, ut in Parva illa Genesi scriptum est, novem scilicet secundum priores illos tres, ut in totum filias duas, mares duodecim susceperit, e quibus occisus unus, undecim superstites relicti sunt. Quae omnia in Mundi Originibus ac primo Mosis volumine his verbis significantur: *Et vixit Adam annis DCCCCXXX, et genuit filios et filias, et mortuus est.*

Cap. VI. — Gen. 5.

Ceterum amplificato hominum genere auctoque posterorum Adami numero honestissimi matrimonii pudori accuratioribus paulatim legibus est consultum. Ubi enim Adamo filii ac nepotes obtigerunt, ex iisque filiae generis successione procreatae, tum demum sorores in matrimonio habere non licuit. Itaque vel ante scriptam a Moyse legem honestarum nuptiarum status optimis decretis constitutus est. Ergo consobrinas ducere mos fuit. Qua ratione factum est ut multiplicatis hominibus duo in unum genera miscerentur, Caini videlicet ac Sethi, tum deinceps reliquae filiorum Adami stirpes promiscue iungerentur. Postea cum aquarum exundatio humani generis statum funditus delevisset, unus ex omnibus Noëmus servatus est, qui gratiosus apud deum extiterat, quod aetate sua iustus esset inventus. Hic, ut ante memoravimus, arcam sibi deo iubente fabricatus est, quemadmodum germana divinae legis monumenta testantur. Qua quidem in arca servatum Noëmum in eodem sincerae scripturae volumine proditum est, cum eoque septem, quae ante nominavimus, capita, hoc est coniugem ipsius cum tribus liberis, ac totidem eorum uxoribus. Quamobrem generis humani reliquias in hunc mundum a Noëmo productas esse veritatis ipsius testimonio constat. Ex quo

Cap. VII. — Gen. 7. — Gen. 11.

νεὰν προβαινόντων, καὶ κατὰ διαδοχὴν υἱοῦ πατέρα διαδεχομένου, εἰς γενεὰς πέντε ὁ αἰὼν ἐλήλακε.

Κεφ. η'. Καὶ γέγονε κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἡ τῆς Βαβυλῶνος κτίσις ἐν τῇ τῶν Ἀσσυρίων γῇ, καὶ ὁ ὑπ' αὐτῶν οἰκοδομηθεὶς τότε πύργος. Ἦσαν δὲ κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν, ὡς ἤδη ἐν ταῖς πρότερον αἱρέσεσι διηγησάμην, κατὰ τὸν εἱρμὸν τῶν ἄνω μοι γενεῶν πραγματευθεισῶν οἱ πάντες ἑβδομηκονταδύο ἄνδρες τὸν ἀριθμὸν, ἀρχηγοί τε καὶ κεφαλαιῶται τοῦ μὲν Χὰμ γένους τριακονταδύο, καὶ τοῦ [1] Ἰάφεθ δεκαπέντε, τοῦ δὲ [2] Σὴμ εἰκοσιπέντε. Καὶ οὕτως ὁ πῦργος καὶ ἡ Βαβυλὼν ἐγένετο. Ἐκ τούτων διεσπάρησαν ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν φυλαί τε καὶ γλῶσσαι. Καὶ ἐπείπερ οἱ ἑβδομηκονταδύο τότε τὸν πύργον οἰκοδομοῦντες ταῖς γλώσσαις διεσκεδάσθησαν συγχυθέντες, καὶ ἀπὸ μιᾶς ἧς ᾔδεσαν ἐμπνευσθέντες ἐκ θεοῦ βουλήσεως ἄλλος ἄλλην ἐσχήκασιν. Ἐξ ὧνπερ καὶ
pag. 289. μέχρι δεῦρο ἡ σύστασις τῶν λαλιῶν ἐνέστηκεν. Ὥςτε βουλομένῳ ἔνεστιν εὑρεῖν ἕκαστον ἀρχηγὸν ἑκάστης γλώσσης· ὡς [3] Ἰωυὰν μὲν τὴν Ἑλληνίδα ἔσχεν, ἐξ οὗπερ καὶ Ἴωνες κέκληνται οἱ τὴν παλαιὰν γλῶσσαν τῶν Ἑλλήνων ἔχοντες, Θήρας δὲ τῶν Θρακῶν, Μοσὸχ τὴν Μοσσυνοίκων γλῶσσαν, Θωβὲλ τὴν τῶν Θετταλῶν, Ἐλοὺδ τὴν Λυδῶν, Γεφὲρ τὴν Γασφηνῶν, Μιστρὲμ τὴν τῶν Αἰγυπτίων, Ψοῦς τὴν τῶν Ἀξουμιτῶν, Ἀρμὼτ τὴν τῶν Ἀράβων, καὶ τῶν λοιπῶν ἕκαστος, ἵνα μὴ καθένα λέγω, ἰδίαν ἐνεπνεύσθη γλῶσσαν. Καὶ οὕτως ἑκάστης γλώσσης ἡ διαδοχὴ ἐν τῷ κόσμῳ πεπλάτυνται.

Κεφ. θ'. Πόθεν τοίνυν οὗτοι ἐψευδηγόρησαν αὐτῶν τὰ ῥήματα, παρενθέντες τὴν ἑαυτῶν μυθοποιΐαν φανταζόμενοι, καὶ ὀνειροπολοῦντες τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα, καὶ τὰ ὄντα τῆς ἑαυτῶν διανοίας διασκεδαννύντες; Ἀλλὰ τὸ πᾶν τοῦ διαβόλου βούλημα τοῦτο ἐνεκίσσησε ταῖς τῶν ἀνθρώπων ψυχαῖς· ἔστι δὲ ἰδεῖν καὶ θαυμάσαι ὡς ἐν πολλοῖς μὲν ἀτοπήμασι τὸν ἄνθρωπον ἠπάτησε καὶ εἰς παρανομίαν κατέσπασεν, εἴς τε πορνείας καὶ μοιχείας καὶ ἀσελγείας, εἰδωλομανίας τε καὶ γοητείας καὶ αἱματεκχυσίας, ἁρπαγάς τε καὶ ἀπληστίας, κυβείας τε καὶ ἀδηφαγίας, καὶ ὅσα τοιαῦτα. Οὐδαμοῦ δὲ πρὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας ἐτόλμησεν εἰς τὸν ἑαυτοῦ δεσπότην φθέγξασθαι βλάσφημόν τινα λόγον, ἢ ἄνταρσιν ἐννοῆσαι. Ἀνέμενε γὰρ τὸν τοῦ Χριστοῦ παρουσίαν, ὡς λέγει, Περὶ σοῦ γέγραπται ὅτι, τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐντελεῖται περὶ σοῦ, καὶ ἐπὶ χειρῶν ἀροῦσί σε. Ἤκουε γὰρ ἀεὶ τῶν προφητῶν καταγγελλόντων τὴν Χριστοῦ παρουσίαν, λύτρωσιν ἐσομένην τῶν ἁμαρτησάντων, καὶ διὰ Χριστοῦ μετανοούντων, ἐνόμιζέ τε τεύξασθαί τινος ἐλέους. Ὅτε δὲ εἶδεν ὁ τάλας τὸν Χριστὸν μὴ δεξάμενον αὐτοῦ τὴν περὶ σωτηρίας ἱκε-

CAP. VIII. — 1. *Libri habent* Σὴμ. δὲ Σὴμ εἰκοσιπέντε.
2. *Libri habent* Ἰάφεθ. — *Petavius proposuit* τοῦ δὲ Ἰάφεθ δεκαπέντε, τοῦ δὲ Σὴμ εἰκοσιπέντε.
3. Ἰωΐὼν, *si recte lego, annotatum est ex cod. Vaticano.*

multiplicata prole perpetuaque sobolis successione quinque in terris stirpium sunt facta divortia.

Quo tempore Babylon in Assyria ab iisdem illis extructa, qui Cap. VIII.
et Turrim condiderunt. Erantque tum, uti in superioribus haeresibus ex generationum a nobis instituta serie demonstratum est, ho- Gen. 10.
mines ferme LXXII stirpium auctores et capita. Nimirum ex Chami progenie XXXII, e genere Sem XV, e Iapheti vero stirpe XXV, cum turris illa cum Babylone conderetur. Ab his in universum orbem nationes omnes ac linguae dissipatae sunt. Posteaquam septuaginta illi duo, qui turrim moliebantur, confusis linguis huc illucque dispersi sunt, et pro una quam callebant alius aliam ex afflatu dei ac voluntate sortitus est. Ex quo ad hanc usque diem linguarum omnis est conflata varietas; quarum uniuscuiusque licet auctorem nullo negotio deprehendere. Sic enim Iavan Graeci sermonis princeps extitit, a quo sunt Iones cognominati, penes quos veteris est Graecae linguae possessio. A Thera Thracum lingua profecta est, Mossynoecorum a Mosocho, a Thobele Thessalorum. Elud porro Lydorum sermonis auctor fuit, uti Gasphenorum Gephar, Aegyptiorum Mistrem, Psus Axumitarum, Armot Arabum ac deinceps, ne singillatim percenseam, suae cuiusque linguae reliquis est impertita scientia. Atque ita singularum successio est paulatim in orbe dilatata progressaque longius.

Quae cum ita sint, unde, quaeso, Sethiani falsas illas narra- Cap. IX.
tiones acceperunt, dum et fictas fabulas obtrudunt, et quae nunquam facta sunt pro veris velut somniantes effutiunt? Quae autem vera solidaque sunt, procul a suis ipsi mentibus reiiciunt. Sed nimirum totum istud ex mali voluntate daemonis afflatuque conceptum humanis ingeniis adhaesit. Qua in re non minus considerandum illud quam admirandum venit, quemadmodum ille cum homines in absurda indignaque quam plurima fraudulenter pellexerit, atque in scelus pertraxerit, stupra videlicet, adulteria, libidines, idolorum superstitiones ac praestigias, profusiones sanguinum, rapinas et insatiabiles cupiditates, aleam, voracitatem, aliaque id genus flagitia, nunquam tamen ante Christi servatoris adventum, contumeliosam in dominum suum iactare vocem vel rebellare sit ausus. Expectabat siquidem dum Christus adveniret, ut vel ipse profitetur his verbis: *De te* Luc. 4, 10.
scriptum est, quoniam, angelis suis mandabit de te, et in manibus Psalm. 90, 11.
portabunt te. Illud enim perpetuo a prophetis nuntiatum audierat, Christi domini praesentiam eorum redemptionem fore qui peccassent ac poenitentiam susciperent. Quare et ipse misericordiae nonnihil se consecuturum sperabat. Verum ubi suam ad obtinendam salutem

στροφὴν, ἀνοίξας τὸ στόμα κατὰ τοῦ ἰδίου δεσπότου τὴν βλασφημίαν
ἐξήμεσε, τοῖς ἀνθρώποις ὑπόνοιαν ἐμβαλὼν, ἀρνεῖσθαι μὲν τὸν ὄντα,
τὸν δὲ μὴ ὄντα ζητεῖν. Οὕτως τοίνυν καὶ οὗτοι ἐλέγχονται κατὰ πάντα
τρόπον ἠπατημένοι. Ὁ γὰρ Σὴθ τέθνηκε, καὶ τὰ ἔτη αὐτοῦ ἀναγέ-
γραπται. Βιώσας γὰρ ἔτη ἐννακόσια δεκαδύο τὸ χρεὼν ἀπέδωκε, γεν-
νήσας υἱοὺς καὶ θυγατέρας, ὥς φησιν ἡ θεία γραφή. Κατὰ διαδοχὴν
pag. 290. δὲ ὁ τούτου παῖς, Ἐνὼς δὲ ἦν τούτῳ ὄνομα, καὶ αὐτὸς βιώσας ἔτη
ἐννακόσια πέντε, ὑπήλλαξε τὸν καθ' ἡμᾶς βίον, γεννήσας υἱοὺς καὶ
θυγατέρας, ὡς ἔχει ἡ αὐτὴ βίβλος τῆς ἀληθείας.

Κεφ. ι'. Πόθεν τοίνυν ὁ Σὴθ ὁ τότε τελευτήσας, οὗ καὶ υἱοὶ κατὰ διαδοχὴν βιώσαντες τοῦ βίου ἐπαύσαντο, εὑρεθήσεται κύριος ὁ ἀπὸ Μαρίας γεννηθεὶς τῆς ἀειπαρθένου, εὐδοκήσας ἐπὶ ζωῇ τῶν ἀνθρώπων, ὁ γεννηθεὶς ἀχρόνως, ὁ ὢν πρὸς τὸν πατέρα ἀεὶ, ἐνυπόστατος Θεὸς Λόγος, ἐλθὼν δὲ ἐπ' [1] ἐσχάτων ἡμερῶν, καὶ εἰς ἑαυτὸν δὲ ἀναπλασάμενος ἀπὸ μήτρας παρθενικῆς σάρκα καὶ ψυχὴν τὴν ἀνθρωπείαν εἰληφὼς οὕτως ἐνηνθρώπησε τελειότατα, κηρύξας ἡμῖν ζωῆς τὰ μυστήρια, δικαιοσύνης τε ἐργάτας τοὺς αὐτοῦ μαθητὰς καταστήσας, καὶ τὴν αὐτοῦ διδασκαλίαν δι' ἑαυτοῦ τε καὶ δι' αὐτῶν παιδεύσας τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων, οὐ τὰ τῶν Σηθιανῶν ἀποκαλύψας, οὐδὲ Σὴθ ἑαυτὸν ὀνομάσας, ὡς οὗτοι ληροῦντες καὶ μέθῃ τινὶ συνεχόμενοι ἀπὸ τῆς ἀληθείας ἐκπεπτώκασι;

Τὰ δὲ νῦν συντόμως οὔσης τῆς αἱρέσεως, οὐκ ἐνδεηθεὶς ἐπεκτεῖναι τὸν κατ' αὐτῆς ἔλεγχον, ἀρκοῦμαι τοῖς παροῦσι μόνοις. Εὔτρωτος γὰρ ἡ τούτων ἄνοια, καὶ ἑαυτὴν δυναμένη τε ἐλέγξαι καὶ φωράσαι, οὐ μόνον περὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ ἀγωγῆς καὶ σεσυκοφαντημένης διδασκαλίας τοῦ τὸν Σὴθ αὐτὸν νομίζειν τε καὶ διαβεβαιοῦσθαι εἶναι, ἀλλὰ καὶ εἰς τὴν περὶ τῶν δύο ἀνθρώπων ὑπόθεσιν. Εἰ γὰρ αἱ Δυνάμεις ἄνωθεν ἐσχήκασι τὴν ἀρχὴν, οὐκ ἂν ἄνευ τῆς μιᾶς, ἣν δὴ καὶ Μητέρα φάσκουσι τῶν ὅλων εἶναι, ἐγένετό τε καὶ ἐπράχθη τὰ ὑπὸ τῶν δύο πραχθέντα. Εὑρίσκεται γὰρ ἡ μία αἰτία τῶν δύο Δυνάμεων, καὶ ἄνευ αὐτῆς μηδὲν τῶν γενομένων γεγονέναι. Καὶ ἀναδραμοῦνται πάλιν ἐπὶ τὸ ὁμολογεῖν ἕνα εἶναι δεσπότην τῶν πάντων, καὶ δημιουργὸν καὶ κτιστὴν τῶν ὅλων, ἅπαξ μιᾶς δεικνυμένης ἀρχῆς. Ἀλλὰ καὶ περὶ ταύτης τῆς αἱρέσεως ταῦτα φήσαντες, καὶ ἀποκαλύψαντες τὸν ἰὸν τῆς

Cap. X. — 1. *Rescripsi* ἐπ' ἐσχάτων ἡμερῶν *pro* ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν. *Idem vitium sustulimus supra haer.* 39, 6.

conversionem a Christo repudiari infelix animadvertit, os illico contra dominum aperuit, ac maledicentiam omnem evomuit. Quin eam mentem hominibus iniecit, ut vero contempto deo alium qui nuspiam esset inquirerent. Hoc igitur modo Sethianos in fraudem impulsos esse undequaque constabit. Siquidem Sethus olim mortuus est, suntque eius aetatis anni perscripti. Nam cum annos vixisset XII supra DCCCC, ex hac vita discessit, ubi sexus utriusque liberos suscepit, ut divinis literis proditum est. Successit patri filius, Enos nomine, qui annos vixit DCCCCV, et prole sexus utriusque similiter auctus vivendi finem fecit; ut eadem illa verissima scripta testantur.

Quaenam ergo ratio patitur Sethum istum, qui et illo tempore Cap. X. mortuus est et filios reliquit, qui suum quoque vitae tempus obierunt, Christum esse dominum, qui repraesentandae hominum vitae ac salutis desiderio de virgine sit Maria natus, cum idem ante omne tempus esset a patre genitus, apud quem perpetuo manet, deus ipse, Verbumque subsistens? Qui postremis temporibus venit in mundum, et ex virginis matris utero effícta sibi carne atque circumfusa tum assumpta simul anima numeris omnibus absolutus homo factus est, postea vero quam vitae nobis mysteria praedicasset, iustitiae in agendo cultores discipulos constituit, ac tum per sese, tum per illos humanum genus disciplinae suae documentis erudiit. Neque tamen aut Sethianorum illa dogmata tradidit, aut sibi ipsi Sethi nomen imposuit; id quod strenui illi nugatores, ac velut ebrii, mendacissime praedicant.

Verum cum hodie summam ad paucitatem haeresis ista redacta sit, non necesse habui uberiori illam oratione refellere; proindeque quae hactenus sunt dicta sufficiant. Praesertim quod illorum amentia expugnari facile potest, seque adeo ipsam convincit ac detegit; non solum quod ad educendi Christi rationem attinet plenissimamque illam calumniae doctrinam, qua Sethum eundem esse cum Christo statuunt ac pertinacissime tuentur, verum etiam quod de duobus illis hominibus asseverant. Nam si mentes illae, quas Δυνάμεις vocant, superiorem aliquam originem agnoscunt, profecto quae a duabus sunt gesta, non sine unius auxilio, quam omnium Matrem esse definiunt, fieri perficique potuerunt. Ab una quippe caussa ambae illae mentes profectae sunt, sine qua nihil omnino ex iis quae sunt produci potuit. Ita tandem eo necessario recurrent, unum ut dominum rerum omnium et auctorem ac conditorem universorum admittant, ubi semel principium unicum esse comprobatum fuerit. His adversus hanc haeresin disputatis, ac pestifero illorum velut aspidum veneno

ἑρπετώδους αὐτῶν ἐκ γένους ἀσπίδων γονῆς, ἐφ' ἑτέραν πάλιν ἴωμεν, ἀγαπητοὶ, τῇ αὐτῇ ἀκολουθίᾳ τῆς πραγματείας [2].

pag. 291.

ΚΑΤΑ ΑΡΧΟΝΤΙΚΩΝ,
εἰκοστὴ, ἡ καὶ τεσσαρακοστή.

Κεφ. α'. Ἀρχοντικῶν τις αἵρεσις τούτοις ἕπεται, οὐκ ἐν πολλοῖς δὲ τόποις αὕτη φαίνεται, ἢ μόνον ἐν τῇ Παλαιστίνων ἐπαρχίᾳ. Μετήνεγκαν δὲ τὸν αὐτῶν ἰὸν ἤδη που καὶ εἰς τὴν μεγάλην Ἀρμενίαν, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ μικρᾷ Ἀρμενίᾳ τοῦτο τὸ ζιζάνιον ἤδη ἔσπαρται ὑπὸ ἀνδρός τινος ἐπιδημήσαντος τῇ Παλαιστίνων γῇ ἀπὸ Ἀρμενίας, ἐν χρόνοις Κωνσταντίου, περὶ τὴν αὐτοῦ τελευτὴν, Εὐτάκτου ὀνόματι, μᾶλλον δὲ Ἀτάκτου τὸν τρόπον, καὶ μαθόντος τὴν κακοδιδασκαλίαν ταύτην, εἶτα ἐπανελθόντος εἰς τὰ οἰκεῖα καὶ διδάξαντος. Μετέλαβε δὲ, ὡς ἔφην, ἐν Παλαιστίνῃ ὡς ὑπὸ ἀσπίδος ἰὸν ἀπὸ Πέτρου τινὸς γέροντος, ἀναξίως Πέτρου καλουμένου, ὃς κατῴκει ἐν τῇ τῆς Ἐλευθεροπόλεως [1] καὶ Ἱερουσαλὴμ ἐνορίᾳ, ἐπέκεινα τῆς Χεβρὼν σημείοις τρισί· [2] Καφαρβαριχὰ τὴν κώμην καλοῦσιν. Οὗτος ὁ γέρων τὰ πρῶτα ἔνδυμα εἶχεν ἔκπληκτον, ὑποκρίσεως γέμον. Ἔξωθεν μὲν γὰρ ἀληθῶς κώδιον προβάτου ἠμφίεστο, ἠγνοεῖτο δὲ ἔνδοθεν λύκος ὑπάρχων ἅρπαξ. Ἀναχωρητὴς γὰρ ἐδόκει εἶναι, ἐν σπηλαίῳ τινὶ καθεζόμενος, ὃς πολλοὺς δῆθεν συνήγαγεν εἰς ἀπόταξιν· καὶ πατὴρ δῆθεν διά τε τὸ γῆρας καὶ τὸ σχῆμα ἐκαλεῖτο, τά τε αὐτοῦ ὑπάρχοντα πτωχοῖς διένειμε, καὶ καθ' ἡμέραν ἐλεημοσύνας ἐποίει. Ἐν δὲ τῇ πρώτῃ ἡλικίᾳ αὐτοῦ ἐν πολλαῖς αἱρέσεσιν ἐξητάσθη· ἐπὶ Ἀετίου δὲ τοῦ ἐπισκόπου κατηγορηθεὶς καὶ ἐλεγχθεὶς τότε τὴν τῶν Γνωστικῶν μετιὼν αἵρεσιν καθῃρέθη ἀπὸ τοῦ πρεσβυτερίου. Ἦν γὰρ κατασταθείς ποτε πρεσβύτερος [3] τοῦ τόπου. Μετὰ δὲ τὸν ἔλεγχον ὑπὸ Ἀετίου ἐδιώχθη, καὶ ἀπελθὼν κατῴκησεν ἐν τῇ Ἀραβίᾳ ἐν Κωχάβῃ, ἔνθα αἱ τῶν Ἐβιωναίων τε καὶ Ναζωραίων ῥίζαι ἐνήρξαντο, ὡς καὶ ἐν πολλαῖς αἱρέσεσι περὶ τοῦ τόπου τούτου ἐσήμανα. Ὕστερον δὲ ὡς σωφρονισθεὶς πρὸς τὸ γῆρας πάλιν ἐπανῆλθε φέρων ἑαυτῷ ταύτην τὴν ἰοβολίαν κρύβδην, καὶ παρὰ πᾶσιν ἀγνοούμενος, ἕως ὅτε εἰς ἔσχατον ἀφ' ὧν εἰς ὦτά τινων ἐψιθύρισε ῥημάτων ἐλεγχθεὶς τοιοῦτος ὑφ' ἡμῶν ἀνεθεματίσθη καὶ ἐλήλεγκται διὰ τῆς ἡμῶν βραχύτητος. Καὶ ἐκάθισεν ἐν τῷ σπηλαίῳ λοιπὸν βδελυχθεὶς ὑπὸ πάν-
pag. 292. των, καὶ μονωθεὶς ἀπὸ τῆς ἀδελφότητος καὶ ἀπὸ πλείστων τῶν τῆς ζωῆς ἑαυτῶν ἐπιμελουμένων. Πρὸς τοῦτον τὸν γέροντα καταχθεὶς ὁ προειρημένος Εὔτακτος, εἴγε Εὔτακτος, ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου διερχό-

2. Subscriptio haeresis ex cod. Vatic. annotata est ΚΑΤΑ ΣΗΘΙΑΝΩΝ.

Cap. I. — 1. καὶ addidi de coniectura, Petavium secutus.

2. καὶ φαρβαριχὰ (non Βαρβαριχὰ, ut in marg. ed. Petav.) τὴν κώμην cod. Va-

detecto, ad aliam deinceps, quo nos instituti operis series vocat, convertenda rursus oratio.

ADVERSUS ARCHONTICOS,
quae est haeresis XX. vel XL.

Proxima huic est Archonticorum haeresis, quae tamen haud plerisque extra Palaestinam in locis cernitur. Cap. I. Quamquam virus suum in Maiorem etiam Armeniam diffuderunt. Imo et in Armenia Minore lolium istud certo ab homine disseminatum est, qui paulo ante Constantii imperatoris obitum ex Armenia in Palaestinam profectus est, Eutactus nomine, sive Atactus potius, hoc est moribus perturbatus. Qui cum infelix illud dogma combibisset, in patriam reversus profiteri coepit quod didicerat. Eiusmodi porro velut ab aspide venenum a sene quodam hauserat, nomine Petro, sed minime hac appellatione digno, qui in Eleutheropolis et Hierosolymorum finibus habitabat, tertio ab Hebrone lapide, oppido quod Cabarbaricha nominant. Huic porro seni vestitus erat initio asperitate ipsa horribilis et ad simulationem affectatus, ac cum extrinsecus ovis pelle esset indutus, lupus erat intus rapacissimus et occultus. Anachoreta quippe esse videbatur in spelunca degens. Qui quidem plerosque abdicatis fortunis omnibus ad sese pertraxit, Paterque vulgo cum ob aetatem, tum ob habitum ipsum appellari solebat. Idem quicquid habebat in egenos distribuere, ac quotidie stirpem erogare. Sed ab ineunte aetate variis se haeresibus addixerat. Postea ad Aëtium episcopum delatus ac Gnosticorum haeresis convictus a sacerdotio exautoratus est. Illius quippe loci creatus olim fuerat presbyter. Deprehensus itaque et ab Aëtio pulsus in Cochaben Arabiae oppidum profectus est, ubi Ebionaeorum ac Nazoraeorum semina pullulare coeperant, ut in multis refutandis haeresibus antea monuimus. Postremo, velut aetatis maturitate sapientior factus, postliminio rediit, abditum illud virus in pectore ferens, et ignotus omnibus, donec tandem nonnullis e sermonibus, quos in aliquorum aures insusurrabat, pro haeretico compertus a nobis excommunicatus et mediocritatis nostrae opera convictus est. Unde in speluncam deinceps abscessit, omnium execratione damnatus, et tam a fratribus derelictus quam a plerisque, a quibus necessaria vitae praesidia suppetebant. Ad hunc itaque senem ille, quem dixi, Eutactus, si hoc nomine vocandus est, cum ex Aegypto venisset, ab eoque impiis

lic. χαβαρβαριχὰ τὴν πόλιν *cod. Rhedig., et editi libri.* 3. *Libri habent* τοῦ τε τόπου.

μενος, καὶ μεταλαβὼν τῆς τοῦ γέροντος κακοδιδασκαλίας, ὡς μεγάλην ἐμπορίαν τὸ δηλητήριον τοῦτο λαβὼν, εἰς τὴν ἑαυτοῦ πατρίδα ἐπεκόμισεν. Ἦν γὰρ ἀπὸ τῆς μικρᾶς Ἀρμενίας, ὡς ἔφην, ὁρμώμενος, τῶν Σατάλης πλησίον τόπων. Ἐπανελθὼν εἰς τὴν ἑαυτοῦ πατρίδα πολλοὺς ἔχρανε τῆς αὐτῆς μικρᾶς Ἀρμενίας, προςφθαρείς τισι πλουσίοις, συγκλητικῇ τέ τινι, καὶ ἄλλοις περιβλέπτοις, δι' ὧν διαφανῶν ἀνδρῶν πολλοὺς ἐκεῖσε ἀπώλεσε. Τάχιον δὲ αὐτὸν ὁ κύριος τοῦ βίου ἐξήλειψε. πλὴν ὅτι ἔσπειρε τὸ ἑαυτοῦ ζιζάνιον.

Κεφ. β'. Καὶ οὗτοι δὲ [1] ὅμως βίβλους ἑαυτοῖς ἐπλαστογράφησάν τινας ἀποκρύφους, ὧν τὰ ὀνόματά ἐστι ταῦτα. Τὸ μὲν γὰρ Συμφωνίαν, μικρὸν δῆθεν βιβλίον καλοῦσι, τὸ δὲ μέγα Συμφωνίαν· ἀλλὰ καὶ ἄλλα τινὰ βιβλία ἑαυτοῖς ἐπισωρεύουσιν, [2] οἷς ἂν συντύχωσιν, ἵνα δόξωσι τὴν ἑαυτῶν πλάνην διὰ πολλῶν [3] βεβαιουμένην συνειςφέρεσθαι. Ἤδη δὲ καὶ τοῖς Ἀλλογενέσι καλουμένοις κέχρηνται· βίβλοι γάρ εἰσιν οὕτω καλούμεναι. Λαμβάνουσι δὲ λαβὰς ἀπὸ τοῦ Ἀναβατικοῦ Ἠσαΐου ἔτι δὲ καὶ ἄλλων τινῶν ἀποκρύφων. Τὸ δὲ πᾶν ἐκ τοῦ Συμφωνία καλουμένου βιβλίου. Ἐν ᾧ ὀγδοάδα τινὰ λέγουσιν εἶναι [4] οὐρανῶν, καὶ ἑβδομάδα, [5] εἶναι δὲ καθ' ἕκαστον οὐρανὸν Ἄρχοντας· καὶ τοὺς μὲν εἶναι τοὺς ἑπτὰ οὐρανοὺς, καθ' ἕνα οὐρανὸν ἕνα Ἄρχοντα, τάξεις δὲ εἶναι ἑκάστῳ Ἄρχοντι, καὶ τὴν Μητέρα τὴν φωτεινὴν ἀνωτάτω ἐν τῷ ὀγδόῳ εἶναι, καθάπερ αἱ ἄλλαι αἱρέσεις. Καί τινες μὲν αὐτῶν κατὰ τὰ σώματα [6] κεχραμμένοι ἀσελγείᾳ τυγχάνουσιν, ἄλλοι δὲ δῆθεν προςποιητὴν νηστείαν ὑποκρίνονται, ἀπατῶσι δὲ τοὺς ἀφελεστέρους ἀνθρώπους προσχήματι μοναζόντων, ἀποταξίαν τινὰ σεμνυνόμενοι. Φασὶ δὲ εἶναι καθ' ἕκαστον οὐρανὸν, ὡς προεῖπον, Ἀρχὴν καὶ Ἐξουσίαν καὶ ἀγγελικάς τινας ὑπηρεσίας, ἑκάστου Ἄρχοντος ἑαυτῷ γεγεννηκότος καὶ πεποιηκότος ὑπηρεσίαν· μὴ εἶναι δὲ σαρκὸς ἀνάστασιν, ἀλλὰ μόνον ψυχῆς. Ἀναθεματίζουσί τε τὸ λουτρὸν, κἄν τε εἶέν τινες ἐν αὐτοῖς προειλημμένοι καὶ βεβαπτισμένοι, τήν τε τῶν μυστηρίων μετοχὴν καὶ
pag. 293. ἀγαθότητα ἀθετοῦσιν, ὡς ἀλλοτρίαν οὖσαν, καὶ εἰς ὄνομα Σαβαὼθ γεγενημένην. [7] Τοῦτον γὰρ θέλουσιν εἶναι κατά τινας τῶν ἄλλων αἱρέσεων ἐν τῷ ἑβδόμῳ οὐρανῷ τυραννοῦντα καὶ κατὰ τῶν ἄλλων κατισχύοντα. Βρῶμα δὲ λέγουσιν εἶναι Ἀρχῶν καὶ Ἐξουσιῶν τὴν ψυχήν· ἄνευ δὲ αὐτοῦ μὴ δύνασθαι αὐτοὺς ζῆν, διὰ τὸ ἀπὸ τῆς ἄνωθεν ἰκμάδος αὐτὴν εἶναι καὶ δύναμιν αὐτοῖς παρέχειν, ἐν γνώσει δὲ ταύτην γενομένην, καὶ φυγοῦσαν τὸ βάπτισμα τῆς ἐκκλησίας καὶ τὸ ὄνομα τοῦ Σαβαὼθ τοῦ τὸν νόμον δεδωκότος, ἀνιέναι καθ' ἕκαστον οὐρανὸν, καὶ

CAP. II. — 1. *Corrigendum videtur* ὁμῶς.

2. οἷς ἂν *mea est emendatio. Libri habent* οἷς ἐὰν.

3. βεβαιουμένην συνειςφέρεσθαι *rescripsi pro* βεβαιοῦν ἐπισυνειςφέρεσθαι, *quod libri habent. Terminatio* ενην *videlicet a vocabulo suo divisa et in* επι *mutata per errorem cum sequente coaluerat verbo* συνειςφέρεσθαι. *Petavius coniecit* βεβαίαν.

dogmatibus esset imbutus, talem pestem velut exquisitas merces secum in patriam revexit. Erat haec, ut diximus, Armenia Minor in vicina Satalae regione. Quo cum esset reversus, contagione sua quam plurimos illic infecit. Nam se in locupletum quorundam ac senatorii ordinis feminae, aliorumque primariorum, amicitiam insinuans per eos utpote principes viros infinitis hominibus exitium attulit. Sed eum dominus celeriter e medio sustulit, cum iam zizania sua sparsisset.

Ceterum isti apocryphos quosdam libros finxerunt. E quibus duo sunt Symphoniae nomine, Maior videlicet ac Minor. Praeter quos nonnullos alios iis quibus cum agunt percensere solent, ut errorem suum multis auctoritatibus affirmare ac probare videantur. Habent et quos *Ἀλλογενεῖς*, hoc est *Alienigenas*, vocant, sic inscriptos libellos. Item ex Anabatico Esaiae, et id genus apocryphis, argumenta depromunt. Sed eo libro cui Symphoniae nomen est uti potissimum solent; in quo coelestes orbes octo vel septem esse definiunt. Horum in singulis residere Principes, ita ut per septenos orbes distributi sint atque unus in quolibet Princeps existat. Certos porro unicuique Principi ordines esse descriptos. Supra quos omnes octavo in coelo lucidam Matrem ceterarum haereseon more constituunt. Sed eorum aliqui foedissimis libidinibus corpora sua contaminant. Alii ieiunia simulantes monachorum specie simplicioribus illudunt, ac se bonorum omnium abdicatione venditant. Iam vero in unoquoque, ut dictum est, coelo Principem et Potestatem cum angelis aliquot apparitoribus collocant. Quemlibet enim Principem suos sibi genuisse ac procreasse satellites. Carnem negant resurgere, idque soli animae tribuunt. Baptismum damnant; tametsi inter eos sint, qui Baptismo antea initiati fuerint. Mysteriorum communionem ac bonitatem repudiant tanquam alienam et in nomine Sabaoth repertam. Hunc enim, ut et aliae quaedam haereses, septimo in orbe versari, ac tyrannidem exercere, praedicant, cetérosque violenter opprimere. Principatuum Potestatumque cibum animam appellant, sine qua vivere illos non posse, quod a coelesti rore procreata vegetet illos ac foveat. Quae cum ad cognitionem pervenerit, ac baptismum ecclesiae nomenque Sabaoth, qui auctor legis est, effugerit, ad singulos evolare coelestes orbes, seque apud Cap. II.

Cornarius vertit: — apud se accumulant, quo in congressibus videantur suum errorem per multos confirmare et in medium afferre.

4. οὐρανῶν *rescripsi pro* οὐρανόν, *quod vulgo extat.*

5. εἶναι *scripsi ex Cornarii atque Petavii emendatione. Libri enim habent* εἰδέναι.

6. κεχραμμένοι *cod. Vatic.* κεχραμμένων *vulgo reperitur.*

7. ταυτὸν *ed. princ.*

ἀπολογίαν διδόναι ἑκάστῃ Ἐξουσίᾳ, καὶ οὕτως ὑπερβαίνειν πρὸς τὴν ἀνωτέραν Μητέρα καὶ Πατέρα τῶν ὅλων, ὅθεν δὴ κατῆλθεν εἰς τόνδε τὸν κόσμον. Ἤδη δὲ εἶπον ὡς ἀναθεματίζουσι τὸ βάπτισμα, ὡς μυῖαι θανατοῦσαι σαπεριοῦσαι σκευασίαν ἐλαίου ἡδύσματος, ὡς ἐπὶ τούτων καὶ τῶν ὁμοίων αὐτοῖς ἡ παραβολὴ τῷ Ἐκκλησιαστῇ εἴρηται. Μυῖαι γάρ εἰσιν ἀληθῶς θανατοῦσαι καὶ θάνατον ἐμποιοῦσαι καὶ σαπρίζουσαι τὸ μυρεψικὸν ἔλαιον τοῦ ἡδύσματος, τὰ ἅγια τοῦ θεοῦ μυστήρια τὰ ἐν τῷ λουτρῷ ἡμῖν εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν κεχαρισμένα.

Κεφ. γ'. Θαυμάσειε δ' ἄν τις εὑρὼν καὶ παρὰ τοῖς φυσιολόγοις τινὰ ὠφελείας ἔμπλεα, ἀπεικασθεὶς τῇ τῆς μελίττης συνέσει, τῆς ἐφ' ἅπαντα μὲν τὰ βλαστήματα ἐφιζανούσης, τὰ χρήσιμα δὲ ἑαυτῇ ἐπισυναγούσης. Ὁ γὰρ συνετὸς ἄνθρωπος οὐδαμόθεν ζημιοῦται, ἀλλ' ἢ πανταχόθεν κερδαίνει· ἀσύνετος δὲ ζημιωθήσεται, ὡς καὶ ὁ ἅγιος προφήτης λέγει· Τίς συνετὸς καὶ συνήσει ταῦτα; καὶ ὁ λόγος κυρίου ἐστὶ, καὶ γνώσεται αὐτὰ, ὅτι εὐθεῖαι αἱ ὁδοὶ κυρίου, ἀσεβεῖς δὲ ἀσθενήσουσιν ἐν αὐταῖς; Εὕρομεν γὰρ καὶ παρὰ τοῖς καλουμένοις φυσιολόγοις, μᾶλλον δὲ ἡμεῖς αὐτοὶ ὁρῶμεν, ὡς τὸ τῶν κανθάρων γένος τὸ παρά τισι [1]βυλάρον καλούμενον, συνήθειαν ἔχει ἐν τῇ δυςωδίᾳ καὶ κόπρῳ ἀνακυλίεσθαι, καὶ αὕτη αὐτοῖς τροφή τε καὶ ἐργασία, ἄλλοις δὲ τὴν αὐτὴν τούτου βορβορώδη τροφὴν, εἰς μὲν ἐπάχθειαν καὶ δυςοδμίαν. Καὶ μελίσσαις μὲν αὕτη ἡ κόπρος καὶ δυςωδία θάνατος, βυλάροις δέ ἐστιν ἐργασία [2]καὶ τροφὴ καὶ πραγματεία· ταῖς δὲ μελίσσαις τοὐναντίον ἡ εὐοδμία καὶ τὰ ἄνθη καὶ τὰ μύρα εἰς ἀναψυχὴν, κτίσιν τε καὶ ἐδωδὴν, εἰς ἐργασίαν τε καὶ πραγματείαν, τοῖς δὲ κανθάροις τοῖς προειρημένοις, pag. 294. εἴτ' οὖν βυλάροις, ἐναντία τὰ τοιαῦτα. Ὁ γὰρ βουλόμενος τούτους δοκιμάσαι, ὥς φασιν οἱ φυσιολόγοι, ἀπὸ μύρου, φημὶ δὲ ὀποβαλσάμου ἢ νάρδου, λαβὼν καὶ προσενέγκας τοῖς κανθάροις θάνατον αὐτοῖς ἐμποιεῖ. Εὐθὺς γὰρ τελευτῶσι, μὴ φέροντες τὴν εὐωδίαν. Οὕτω καὶ οὗτοι, τῆς μὲν [3]γαλήνης καὶ πορνείας καὶ κακίας ὀρεγόμενοι εἰς τὰ πονηρὰ ἔχουσι τὴν ἑαυτῶν ἐλπίδα, πλησιάσαντες δὲ τῷ ἁγίῳ λουτρῷ καὶ τῇ εὐοδμίᾳ ἀποθνήσκουσιν, εἰς τὸν θεὸν βλασφημοῦντες καὶ τὴν αὐτῶν κυριότητα ἀθετοῦντες.

Κεφ. δ'. Ἐκ μιᾶς δὲ ἢ δύο μαρτυριῶν αὐτοὺς ἀνατρέψομεν. Εἰ γὰρ καὶ Ἀρχαὶ καὶ Ἐξουσίαι καλούμεναι, οὐκ ἐκτὸς θεοῦ αὗται γεγόνασι, μάλιστα ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Οἶδε γὰρ ἡ γραφὴ λέγειν Ἀγγέλους καὶ Ἀρχαγγέλους οὐκ εἰς ἐναντιότητα τεταγμένους, ἀλλὰ λειτουργικὰ πνεύματα εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα, διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν. Καὶ γὰρ ἐπὶ τῆς γῆς καθ' ἑκάστην βασιλείαν πολλαὶ Ἀρχαὶ, ἀλλὰ ὑπὸ ἕνα βασιλέα. Αἱ γὰρ οὖσαι Ἐξουσίαι ἐκ θεοῦ τεταγμέναι,

Cap. III. — 1. *Cornarius* pilularium *reddidit hoc scarabaeorum genus.*
2. καὶ τροφὴ *verba, quae absunt ab edit. princ., Petavius ex cod. Vatic. addidit.*

unamquamque Potestatem excusare, sicque ad supremam Matrem atque omnium pervenire Parentem, a quo in hunc mundum delapsa sit. Diximus baptismum ab illis reiici. *Nam muscae morientes perdunt suavitatem unguenti;* quod de istis eorumque similibus proverbii specie Ecclesiastes pronuntiat. Muscae quippe sunt mortiferae, quae conditum a seplasiariis unguentum inficiunt, divina videlicet mysteria, quae ad peccatorum condonationem nobis in baptismo collata sunt. Eccles. 10, 1.

Enimvero mirari quispiam illud poterit, quam multa in naturalium rerum scriptoribus utilitatis plena reperiat, si apis velit imitari prudentiam, quae flosculis omnibus insidens undecumque sibi utilia colligit. Etenim vir prudens ac perspicax nulla ex re detrimentum capit, sed ex omni occasione lucratur, imprudens contra incommodum ac damnum percipit, uti sanctus propheta testatur: *Quis sapiens, et intelliget haec; et verbum domini est, et cognoscet ista, quoniam rectae viae domini, impii autem infirmabuntur in eis?* Apud illos igitur, quos dixi, naturalium rerum scriptores invenimus, vel ipsimet potius cernimus, scarabaeorum genus, quod a quibusdam Bylarum vocatur, in foetore ac stercore volutari solere, unicumque illis ipsis et alimentum et opus esse, cum aliis dirus ac sordidus ille cibus molestiam ac nauseam pariat. Nam qui apes fimus ac foetor interficit, scarabaeis alimentum ac materiam praebet operis, ut illis flores et odorum fragrantia atque unguentorum suavitas, quibus omnibus ad oblectationem et mellificium ac cibum et operis exercitationem utuntur. Scarabaeis vero longe haec contraria sunt. Qui enim periculum facere voluerit, ut physiologi tradunt, si unguentem, puta opobalsamum aut nardum scarabaeis admoveat, lethum illis afferret. Statim enim suavitate odoris enecantur. Sic haeretici illi stuprorum ac libidinum et nequitiae omnis appetentes pessimis in rebus spem suam collocant, mox autem ut ad sacrum baptismum et fragrantiam illam accesserint, moriuntur, blasphemantes deum ac dominationem eius spernentes. Cap. III. Ose. 14, 10.

Quos quidem uno vel altero testimonio iugulabimus. Nam si quos Principatus ac Potestates vocamus, sine deo minime constituuntur, id in coelis ipsis locum habere maxime debet. Angelos enim et Archangelos scriptura commemorat, non eiusmodi ut contrarii deo sint, sed *Administratorios spiritus ad ministerium missos, propter eos qui haereditatem capiunt salutis.* Si quidem et in terra quodlibet regnum plures habet principatus uni regi subiectos. *Quae enim po-* Cap. IV. Rom. 13, 1. Hebr. 1, 14. Rom. 13, 1 sqq.

3. „Suspecta mihi vox est γαλήνης.“ *Petavius.* *Repono* λαγνείας.

ὡς λέγει ὁ ἀπόστολος· ὥςτε οὖν ὁ ἀνθιστάμενος τῇ Ἐξουσίᾳ τῇ τοῦ θεοῦ διαταγῇ ἀνθέστηκεν. Οἵ γὰρ Ἄρχοντες οὔκ εἰσι κατὰ τοῦ ἀγαθοῦ, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ ἀγαθοῦ, καὶ οὔκ εἰσι κατὰ τῆς ἀληθείας, [1] ἀλλ' ὑπὲρ τῆς ἀληθείας. Θέλεις δὲ, φησὶ, τὴν Ἐξουσίαν μὴ φοβεῖσθαι; τὸ [2] ἀγαθὸν ποίει, καὶ ἕξεις ἔπαινον ἐξ αὐτῆς. Οὐ γὰρ εἰκῇ φορεῖ τὴν μάχαιραν· διάκονος γάρ ἐστιν εἰς αὐτὸ τοῦτο ἐκ θεοῦ τεταγμένος τῷ τὸ κακὸν πράττοντι. Καὶ ὁρᾷς ὡς ἡ Ἐξουσία αὕτη ἡ κοσμικὴ ἐκ θεοῦ τέτακται, καὶ μαχαίρας ἔλαβε τὴν Ἐξουσίαν; οὐκ ἀλλαχόθεν δέ ποθεν, ἀλλ' ἐκ θεοῦ, εἰς ἐκδίκησιν. Καὶ οὐ δυνάμεθα λέγειν διὰ τὸ εἶναι Ἀρχὰς καὶ Ἐξουσίας ἐν κόσμῳ τὸν βασιλέα τούτων μὴ εἶναι βασιλέα, ἀλλὰ εἶναι τὰς Ἀρχὰς καὶ τὰς Ἐξουσίας ἐν κόσμῳ, εἶναι δὲ καὶ τὸν τούτων βασιλέα. Ὡς οὖν ἐπὶ γῆς ὁρῶμεν, δέδεικται [3] γὰρ, οὐκ ἐναντίας τὰς ἀρχὰς τῷ βασιλεῖ, ἀλλ' ὑποτεταγμένας εἰς διοίκησιν παντὸς τοῦ βασιλείου, καὶ εἰς εὐταξίαν γῆς, ἔνθα φόνοι καὶ μάχαι, ἄγνοιαί τε καὶ διδασκαλίαι, εὐνομίαι τε καὶ παρανομίαι, καὶ τούτου χάριν εἰσὶν ἐξουσίαι, ἵνα εἰς εὔτακτον σύνταξιν τῆς τοῦ παντὸς κόσμου διοικήσεως τὰ πάντα ἐκ θεοῦ καλῶς καταταχθῇ καὶ οἰκονομηθῇ, οὕτω καὶ ἐν οὐρανῷ, μάλιστα δὲ ἐξαιρέτως ἐκεῖ, ἔνθα οὐ φθόνος, οὐ ζῆλος, οὐ
pag. 295. παρανομία, οὐκ ἐναντιότης, οὐ στάσις, οὐχ ὅρκος, οὐχ ἁρπαγὴ, οὐδέ τι ἕτερον τῶν τοιούτων, Ἐξουσίαι τεταγμέναι εἰσὶ δι' ἄλλην πραγματείαν. Ποίαν δέ φημι, ἀλλ' ἢ διὰ τὸν ῥυθμὸν τοῦ ὕμνου, διὰ τὴν ἄνω ἀκήρατον δοξολογίαν, δι' ἣν ἠθέλησεν ὁ ἄφθονος ἡμῶν θεὸς καὶ βασιλεὺς χαρίσασθαι ἑκάστῳ τῶν ὑπ' αὐτοῦ γεγεννημένων δόξαν προςήκουσαν, ἵνα τῆς αὐτοῦ βασιλείας τὸ φαιδρὸν καὶ [4] ἀκατάληπτον καὶ ἔκπληκτον ἀεὶ δοξάζηται. Σαφῶς τοίνυν ἐκεῖνοι πεπλάνηνται, τὴν χάριν τοῦ θεοῦ ἀγνοήσαντες.

Κεφ. ε'. Φασὶ δὲ οὗτοι, ὡς καὶ ἄνω μοι προδεδήλωται, τὸν διάβολον εἶναι υἱὸν τῆς ἑβδόμης ἐξουσίας, τουτέστι τοῦ Σαβαώθ· εἶναι δὲ τὸν Σαβαὼθ τῶν Ἰουδαίων, τὸν δὲ διάβολον πονηρὸν αὐτοῦ υἱὸν, ὄντα δὲ ἐπὶ τῆς [1] γῆς ἐναντιοῦσθαι τῷ ἰδίῳ πατρί. Καὶ τὸν αὐτοῦ πατέρα μήτε τοιοῦτον εἶναι, μήτε πάλιν εἶναι τὸν ἀκατάληπτον θεὸν, ὃν πατέρα φασὶν, ἀλλὰ ἀριστερᾶς εἶναι ἐξουσίας. Ἕτερον δὲ πάλιν μῦθον λέγουσιν οἱ τοιοῦτοι, ὅτι, [2] φασὶν, ὁ διάβολος ἐλθὼν πρὸς τὴν Εὔαν, συνήφθη αὐτῇ ὡς ἀνὴρ γυναικὶ, καὶ ἐγέννησεν ἐξ αὐτοῦ τόν τε Καΐν καὶ τὸν Ἄβελ. Διὸ ἐπανέστη ὁ εἷς τῷ ἑνὶ διὰ ζῆλον ὃν εἶχον πρὸς ἀλλήλους,

Cap. IV. — 1. ἀλλ' ὑπὲρ τῆς ἀληθείας, quod non habet ed. princ., Petavius ex cod. Vatic. supplevit.
2. καλὸν cod. Vatic.
3. γὰρ ex cod. Vatic. adieci.
4. ἀκατάληπτον καὶ ἔκπληκτον cod. Vatic. ἀκατάπληκτον editi libri et cod. Rhedig. ἀκατάληκτον suspicatus est Pe-

testates sunt, a deo ordinatae sunt, ait apostolus. *Itaque qui potestati resistit, dei ordinationi resistit. Nam principes non sunt contra bonum, sed pro bono; neque sunt contra veritatem, sed pro veritate. Vis autem non timere potestatem? Bonum fac, et habebis laudem ex illa. Non enim sine caussa gladium portat. Dei enim minister ad hoc ipsum adversus scelerate quicpiam gerentem a deo constitutus.* Videsne ut haec mundi potestas a deo stabilita sit, gladiique ius obtineat? Neque vero id aliunde, quam a deo ad vindicandum accipit. Ceterum quod eiusmodi sint in mundo principatus ac potestates, nemo illorum regem propterea regem esse negaverit, sed ita principatus illos ac potestates in mundo esse fatebitur, ut interim illorum esse regem agnoscat. Igitur hoc ipsum, quod in terris accidit, demonstravimus, non esse regi principatus contrarios, sed ad imperii totius administrationem terraeque moderationem subiectos; ubi caedes videlicet ac praelia sint, ignorantiaeque ac disciplinae, observatio denique legum ac transgressio. Cuius rei gratia potestates institutae sunt, ut ad aptam totius orbis compositamque gubernationem praeclare a deo constituantur ac regantur universa. Idem et in coelo quoque contingere necesse est, eoque magis, quod illic nec invidia nec aemulatio, neque legum violatio nec seditio ulla sit, non iusiurandum, non rapina, non aliquid eiusmodi. Quare alterius negotii caussa Potestates stabilitae sunt. Cuiusnam vero? Nimirum propter divinarum laudum concentum et immortalem illam numinis praedicationem. Cuius gratia summus ille deus ac princeps omnis expers invidiae suum cuique illorum, quos produxit, ornamentum ac decus attribuit, ut imperii sui splendor atque sempiterna dignitas perpetuo celebretur. Quocirca vehementer errant isti qui dei gratiam ignorant.

Illud vero insuper affirmant, quod a me antea dictum est, diabolum septimae Potestatis, hoc est Sabaoth, esse filium. Sabaoth porro Iudaeorum esse deum, cuius malus filius sit diabolus: qui in terra consistens parenti suo reluctetur. Eundem vero parentem neque eiusmodi, hoc est malum, esse, neque deum tamen illum esse qui comprehendi nequeat, sed ad sinistram Potestatem pertinere. Addunt et aliam istiusmodi fabulam: diabolum ad Evam accedentem cum ea perinde ac vir cum muliere solet consuetudinem habuisse, deque ea Cainum et Abelum suscepisse. Ex quo factum asserunt ut in alterum unus insurgeret, pro ea videlicet invidia qua in se mutuo Cap. V.

tavius.

Cap. V. — 1. γῆς, *quod desideratur in cod. Rhedig. et editis libris, adieci ex cod. Vaticano.*

2. *Vulgo* φησὶν.

οὐχὶ διὰ τὸ [3] εὐηρεστηκέναι τὸν Ἄβελ θεῷ, ὡς ἔχει ἡ ἀλήθεια, ἀλλὰ ἕτερον πλαζόμενον λόγον λέγουσιν. Ἐπειδὴ, φασὶν, ἐρῶντες ἦσαν ἀμφότεροι τῆς ἀδελφῆς αὐτῶν τῆς ἰδίας, τούτου χάριν ἐπανέστη ὁ Κάϊν τῷ Ἄβελ, καὶ ἀπέκτεινεν αὐτόν. Φύσει γὰρ αὐτούς φασιν ἐκ τοῦ σπέρματος τοῦ διαβόλου, ὡς προεῖπον, γεγενῆσθαι. Φέρουσι δὲ μαρτυρίας, ὅταν θελήσωσιν ἀπατᾶν τινας, ἀπὸ τῶν θείων βιβλίων, ὡς καὶ ἐν ἄλλῃ μοι αἱρέσει τοῦτο εἴρηται· ὁ σωτὴρ πρὸς τοὺς Ἰουδαίους ἔλεγεν, Ὑμεῖς ἐκ τοῦ Σατανᾶ ἐστε· καὶ, Ὅταν λαλῇ τὸ ψεῦδος, ἐκ τῶν ἰδίων λαλεῖ, ὅτι καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ ψεύστης ἦν. Ἵνα δῆθεν εἴπωσι τὸν διάβολον εἶναι τὸν Κάϊν· ἐπειδὴ εἴρηκεν ὅτι ἀπ' ἀρχῆς ἀνθρωποκτόνος ἦν, καὶ ἵνα δείξῃ πατέρα μὲν αὐτοῦ εἶναι τὸν διάβολον, τοῦ δὲ διαβόλου εἶναι πατέρα τὸν Ἄρχοντα τὸν ψεύστην, ὃν βλασφημοῦντες κατὰ τῆς ἑαυτῶν κεφαλῆς φασιν αὐτὸν εἶναι τὸν Σαβαὼθ, οἱ ἀνόητοι, νομίζοντες ὄνομα εἶναι τοῦ θεοῦ [4] τινες τὸν Σαβαὼθ ὡς ἤδη καὶ ἐν ταῖς πρότερον αἱρέσεσι διὰ πλάτους ἡμῖν πεπραγμάτευται περὶ ἑρμηνείας τοῦ Σαβαὼθ, καὶ ἄλλων ὀνομασιῶν, τοῦ τε Ἠλὶ, καὶ τοῦ
pag. 296. Ἐλωῒ, τοῦ τε Ἰσραὴλ καὶ τοῦ [5] Σαδαῒ, τοῦ τε Ἐλλιὼν, τοῦ τε Ῥαββωνὶ, τοῦ τε Ἰὰ, τοῦ τε Ἀδωναῒ, τοῦ τε Ἰάβε, ὡς ὀνομασίαι εἰσὶ δοξολογιῶν ἅπασαι ἑρμηνευόμεναι, καὶ οὐκ ὀνόματά ἐστι θετὰ, ὡς εἰπεῖν, τῇ θεότητι, ἅτινα καὶ ἐνταυθοῖ σπουδασθήσονται ἑρμηνευθέντα κεῖσθαι. Τὸ Ἰσραὴλ Θεὸς, τὸ Ἐλωεὶμ Θεὸς ἀεὶ, τὸ Ἠλὶ Θεός μου, τὸ Σαδδαῒ ὁ ἱκανὸς, τὸ Ῥαββωνὶ Ὁ κύριος, τὸ Ἰὰ Κύριος, τὸ Ἀδωναῒ Ὁ ὢν κύριος, τὸ Ἰαβὲ, Ὃς ἦν καὶ ἔστι καὶ ἀεὶ ὢν (ὡς ἑρμηνεύει τῷ Μωϋσῇ, Ὁ ὢν ἀπέσταλκέ με, ἐρεῖς πρὸς αὐτούς), καὶ τὸ Ἐλλιὼν Ὕψιστος, καὶ τὸ Σαβαὼθ Δυνάμεων ἑρμηνεύεται. Κύριος οὖν Σαβαὼθ, Κύριος τῶν δυνάμεων. [6] Πάντι γὰρ [7] πρόκειται, ὅπου τοῦ Σαβαὼθ ὄνομα λέγει ἡ γραφὴ, [8] οὐ μόνον ἐκφωνεῖ λέγουσα, Εἰπέ μοι Σαβαὼθ, ἢ, Ἐλάλησε Σαβαὼθ, ἀλλ' εὐθὺς λέγει, Κύριος Σαβαώθ. [9] Οὕτω γὰρ ἡ Ἑβραῒς φάσκει· Ἀδωναῒ Σαβαώθ· ὅπερ ἑρμηνεύεται Κύριος τῶν δυνάμεων.

Κεφ. ϛ'. Καὶ [1] μάτην παρ' αὐτοῖς τε καὶ τοῖς ὁμοίοις κατὰ τὴν τύφλωσιν τῆς διανοίας αὐτῶν, τὰ καλῶς εἰρημένα συκοφαντεῖται. Οὔτε γὰρ περὶ διαβόλου τῷ σωτῆρι ἐν τῷ πρὸς Ἰουδαίους λόγῳ εἴρηται, ὡς παντί τῳ σαφὲς εὑρίσκεται τῷ τῇ ἀληθείᾳ ἀκολουθοῦντι, ἀλλὰ διὰ τὸν Ἰούδαν αὐτοῖς ἔλεγε τὸ ῥῆμα. Οὐκ ἦσαν γὰρ τέκνα τοῦ Ἀβραὰμ, τοῦ αὐτὸν ἀποδεξαμένου ὑπὸ τὴν δρῦν τὴν Μαμβρὴ πρὸ τῆς ἐνσάρκου αὐτοῦ παρουσίας, ἀλλὰ υἱοὺς ἑαυτοὺς κατεδίκασαν γενέσθαι τῆς τοῦ Ἰούδα προδοσίας, τοῦ ὑπὸ τοῦ κυρίου Σατανᾶ καὶ διαβόλου ὀνομαζο-

3. *Eieci* ὡς *particulam, quae vulgo reperitur ante* εὐηρεστηκέναι *intrusa, quae etiam Petavio suspecta erat.*

4. τινος *correxit Petavius. Mallem* ὄνομα εἶναι τοῦτο θεοῦ τινος *cett.*

5. σαδαδαῒ *ed. princ.*

6. πάντη *putabat Petavius.*

7. *Correxi* πρόκειται, *cum libri* [illegible]

concitabantur, ac non ideo quod Abelus deo esset acceptior, uti sese res habet, sed novo quodam mendacio veritatem dissimulant. Ambos enim aiunt sororis amore flagrasse. Ideo Cainum in Abelum concitatum ipsum interemisse. Nam utrumque diaboli e stirpe procreatum ut diximus, affirmant. Nec desunt illis testimonia sacris e literis deprompta, quibus ad illudendos homines abutuntur. Cuiusmodi istud est in alia a me haeresi commemoratum, quod Iudaeis salvator dixit: *Vos ex Satana estis:* et, *Quando loquitur mendacium,* Ioann. 8, 44.
ex propriis loquitur, quoniam et pater eius mendax est. Ut nimirum diabolum esse Cainum efficiant, ex eo quod dixerit, *Homicida est ab initio,* atque patrem eius esse diabolum ostendant, diaboli vero patrem mendacem illum principem, quem in caput suum blasphemantes ipsum esse Sabaoth stolidissimi homines putant, quod nomen dei cuiusdam proprium esse volunt. De qua re in superioribus haeresibus abunde disputavimus; ubi et Sabaoth aliorumque nominum interpretationem attulimus, velut *Eli* et *Eloi*, *Israel*, *Sadadai*, *Ellion*, *Rabboni*, *Ia*, *Adonai*, *Iabe.* Quas quidem voces si recte interpretemur, varias ad praedicandam dei gloriam appellationes esse, non ipsi divinitati significandae imposita nomina docuimus. Ac nos illas iterum hoc loco repetemus. Est igitur *Israel* Deus, *Eloim* Deus semper, *Eli* Deus meus, *Saddai* sufficiens, *Rabboni* Dominus, *Ia* Dominus, *Adonai* Qui est dominus, *Iabe* Qui erat et est et semper existit, quemadmodum Moysi ipse declarat: *Qui est misit me ad vos,* Exod. 3, 14.
dices ad illos; Ellion Altissimum sonat, *Sabaoth* Exercituum. Quare *Dominus Sabaoth* idem est ac Dominus exercituum. Quae vox *Dominus* addi perpetuo solet ubicumque Sabaoth nomen exprimitur. Non enim sola Sabaoth dictio ponitur, puta, Dixit mihi Sabaoth, aut, Locutus est Sabaoth, sed statim adiungitur, Dominus Sabaoth. Ita enim Hebraice scriptum, *Adonai Sabaoth,* hoc est Dominus Sabaoth.

Sed quae praeclare omnino dicta sunt, haec ab illis et illorum Cap. VI.
similibus frustra prae animi caecitate per calumniam ac malitiam depravantur. Etenim salvator noster in eo quem ad Iudaeos habuit sermone nequaquam de diabolo locutus est, ut nemo non aperte videt qui inhaerere veritati studeat, sed propter Iudam id ab eo usurpatum est. Non enim Abraami filii erant qui se antequam carnem indueret sub illa Mambre quercu olim exceperat, sed perfidiae Iudae filios, ut ita dicam, sua se sententia declaraverant, quem dominus

rent πρόςκειται.

8. ἢ σὺ μόνον *putabat Petavius.*

9. *Verba* Οὕτω γὰρ ἡ Ἑβραῒς φάσκει· Ἀδωναῒ Σαβαώθ, *quae non comparent in edit. princ., Petavius ex cod. Vatic. adiecit.*

Cap. VI. — 1. μάτην *Petavii est emendatio. Libri habent* μετὰ τὴν.

μένου, ὡς λέγει, Οὐχὶ δώδεκα ὑμᾶς ἐξελεξάμην, καὶ εἷς ἐξ ὑμῶν ἐστι διάβολος; Καὶ τούτου ἕνεκα τὰ τῆς αὐτοῦ κακοτροπίας ὁ κύριος ἑρμηνεύων ἔλεγεν ὅτι, Ὅταν λαλῇ τὸ ψεῦδος, ἐκ τῶν ἰδίων λαλεῖ. [2]Ὡς καὶ ἀλλαχοῦ τὸ εὐαγγέλιον λέγει, Ὅτι κλέπτης ἦν, καὶ τὸ γλωσσόκομον αὐτὸς ἐβάσταζεν. Οὗτος οὖν ὁ διάβολος κληθεὶς Ἰούδας πατέρα ἔσχε τὸν Κάϊν, διὰ ψεύδους ἀπατήσαντα τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ τὸν Ἄβελ, καὶ ἀποκτείναντα· ὃς καὶ ἐρωτώμενος ὑπὸ τοῦ κυρίου, Ποῦ Ἄβελ ὁ ἀδελφός σου; ψευδόμενος ἔλεγεν, Οὐκ οἶδα. Εἰκότως οὖν καὶ οὗτος τὸν φύσει διάβολον μιμησάμενος τοῖς τρόποις υἱὸς αὐτοῦ κατ' ἀξίαν ἀνηγόρευται ὑπὸ τοῦ σωτῆρος. Ὧι γὰρ ἥττηταί τις, τούτῳ καὶ δεδούλωται. Καὶ ἡμῶν δὲ ἕκαστος ὁτιοῦν ἂν ἐπιτελέσῃ, τοὺς τοῦτο προτετε-
pag. 297. λεκότας πατέρας ἕξει μιμησάμενος. Σαφῶς τοίνυν ἐφράσθη ἡ παρὰ τοῦ κυρίου λεχθεῖσα ῥῆσις ὅτι, Ὑμεῖς τέκνα ἐστὲ τοῦ διαβόλου, καὶ πάλιν, Ὅταν λαλῇ τὸ ψεῦδος, ἐκ τῶν ἰδίων λαλεῖ, ὅτι ὁ πατὴρ αὐτοῦ ψεύστης ἐστίν· ἵνα εἴπῃ Ἰούδαν καὶ Κάϊν, εἶτα, Καὶ γὰρ ὁ πατὴρ αὐτοῦ ψεύστης ἐστὶν, ἵνα εἴπῃ αὐτὸν τὸν διάβολον, διὰ τὰ ὁμοίως πεπραγματευμένα ἑκάστῳ τούτων. Ἐμπνεύσας γὰρ ἐν στόματι τοῦ ὄφεως ψευδῆ πάντα λελάληκεν ὁ διάβολος, καὶ οὕτως τότε ἐξηπάτησε τὴν Εὔαν. Καὶ ἀνῄρηται παρὰ τούτοις ἡ πεπλανημένη μυθοποιΐα, κἂν λέγει ἡ γραφὴ ὡς ὁ Κάϊν ἀπέκτεινε τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ ὅτι ἐκ τοῦ διαβόλου ἦν. Ἐδείχθη γὰρ παντάπασιν οὐχὶ διὰ τὸ τὴν Εὔαν ἐκ τοῦ σπέρματος τοῦ διαβόλου συλλαβοῦσαν, ὡς κατὰ συζυγίαν γάμου καὶ συνάφειαν σωμάτων, γεγεννηκέναι τὸν Κάϊν καὶ τὸν Ἄβελ, ὡς τούτοις ἔδοξεν, ἀλλὰ διὰ τὸ ὁμότροπον καὶ μίμημα τῆς τοῦ διαβόλου κακοτροπίας υἱὸς αὐτοῦ ἤκουσε.

Κεφ. ζ. Πάλιν δὲ λέγουσιν οἱ αὐτοὶ τὸν Ἀδὰμ συναφθέντα τῇ Εὔᾳ τῇ ἰδίᾳ γαμετῇ γεγεννηκέναι τὸν Σὴθ, φύσει ἴδιον αὐτοῦ υἱόν. Καὶ τότε φασὶ τὴν ἄνω Δύναμιν σὺν τοῖς ὑπουργοῖς τοῦ ἀγαθοῦ θεοῦ ἀγγέλοις καταβεβηκέναι, καὶ ἡρπακέναι αὐτὸν τὸν Σὴθ, ὃν καὶ ἀλλογενῆ καλοῦσι, καὶ ἀνενηνοχέναι ἄνω που, καὶ ἀναθρέψαι χρόνῳ ἱκανῷ, ἵνα μὴ ἀποκτανθῇ, καὶ μετὰ χρόνον πολὺν κατενηνοχέναι εἰς τόνδε τὸν κόσμον, καὶ πνευματικὸν ἀπεργάσασθαι αὐτὸν καὶ σωματικὸν, εἰς τὸ μὴ κατισχύειν [1] αὐτόν τε κατ' αὐτοῦ καὶ τὰς ἄλλας Ἐξουσίας καὶ Ἀρχὰς τοῦ κοσμοποιοῦ θεοῦ. Μηκέτι δὲ αὐτόν φασι λελατρευκέναι τῷ ποιητῇ τε καὶ Δημιουργῷ, ἐπεγνωκέναι δὲ τὴν ἀκατονόμαστον Δύναμιν, καὶ τὸν ἄνω ἀγαθὸν θεόν· τούτῳ λελατρευκέναι, καὶ κατὰ τοῦ ποιητοῦ τοῦ κόσμου καὶ Ἀρχῶν καὶ Ἐξουσιῶν πολλὰ ἀποκεκαλυφέναι. Ὧι δὴ καὶ

2. ὡς καὶ cod. *Vatic.*, *et inde Pelav.* καὶ ὡς *edit. princ.*

CAP. VII. — 1. αὐτόν τε κατ' αὐτοῦ *rescripsi pro* τόν τε κατ' αὐτοῦ, *quod libri praebent*, *idque voluisse Cornarium video*, *qui vertit: ut non posset contra*

Satanam ac Diabolum nominat, his verbis: *Nonne duodecim vos elegi, et unus ex vobis diabolus est?* Ioann. 6, 70. Cuius etiam rei caussa dominus eiusdem improbitatem exaggerans: *Cum loquitur*, inquit, *mendacium, de propriis loquitur.* Quo pertinet illud, quod in alio evangelii loco scriptum est: *Quoniam fur erat, et loculos portabat.* Hic igitur Diaboli insignitus nomine Iudas Cainum patrem habuit qui Abelum fratrem mendacio suo circumscripsit et occidit. Ioann. 12, 6. Qui etiam interroganti domino, *Ubi est Abel frater tuus?* mentitus respondit, *Nescio.* Merito itaque etiam iste qui verum diabolum moribus est imitatus, eius filius domini ore pronuntiatur. Gen. 4, 9. A quo enim quisque superatus est, ei et servit. Ac nos adeo quodcumque demum egerimus, eos patres habebimus, quorum exempla iisdem factis expressimus. Quocirca perspicue iam illa domini est declarata sententia: *Vos estis filii diaboli;* item, *Cum loquitur mendacium ex propriis loquitur, quoniam pater eius mendax est.* Quibus verbis Iudam et Cainum intelligit. Illud vero, *Nam et pater eius mendax est*, ad diabolum referendum est, quod ad eius imitationem ab illis sint perpetrata nonnulla. Siquidem per os serpentis inspirans diabolus falsa omnia locutus est, sicque tunc Evam fefellit. Atque hunc in modum tota ab istis conficta fabula penitus evanescit. Quod vero de Caino scriptura testatur, illum fratrem occidisse suum, quod esset ex diabolo, id omnino demonstratum est, non ex diaboli satu conceptum ab Eva fuisse fetum aliquem, ita ut velut coniugio quodam congressis copulatisque corporibus Cainum et Abelum pepererit, ut istis placuit, sed ob morum similitudinem expressamque imitatione diaboli nequitiam filium eius appellari.

Cap. VII. Quin illud etiam ab istis asseritur: Adamum ex Eva coniuge Sethum germanam suscepisse sobolem. Tum vero supremam illam Virtutem ferunt cum administris dei melioris angelis delapsam Sethum ipsum rapuisse, quem et Ἀλλογενῆ, hoc est *Alienigenam*, vocant. Quem cum sursum aliquem in locum sustulisset, ac diuturno tempore, ne forte interficeretur, aluisset, longo demum intervallo in hunc orbem intulisse, simulque et spiritalem et corporeum reddidisse, ne a Caino, vel ceteris conditoris mundi Potestatibus ac Principatibus opprimeretur. Eundem porro creatorem atque opificem desiisse venerari, et illam agnovisse Virtutem quae nullo comprehendi nomine potest, nec non adversus auctorem mundi eiusque Principatus et Potestates pleraque detexisse. Hinc etiam libros aliquot

ipsum praevalere neque ipse neque aliae potestates ac principatus mundi fabricatoris. *Petavius nomen* Κάϊν *restituendum esse suspicatus est.*

βίβλους τινὰς ἐξετύπωσαν εἰς ὄνομα αὐτοῦ τοῦ Σὴθ γεγραμμένας, παρ' αὐτοῦ αὐτὰς δεδόσθαι λέγοντες, ἄλλας δὲ εἰς ὄνομα αὐτοῦ καὶ τῶν ἑπτὰ υἱῶν αὐτοῦ. Φασὶ γὰρ αὐτὸν γεγεννηκέναι ἑπτὰ Ἀλλογενεῖς καλουμένους, ὡς καὶ ἐν ἄλλαις αἱρέσεσιν εἰρήκαμεν, Γνωστικῶν φημι καὶ Σηθιανῶν. Οὗτοι δὲ καὶ ἄλλους προφήτας φασὶν εἶναι, Μαρτιάδην τινὰ καὶ Μαρσιανὸν, ἁρπαγέντας εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ διὰ ἡμερῶν τριῶν καταβεβηκότας. Καὶ πολλά ἐστιν ἃ μυθοποιοῦντες πλαστῶς ἐκ-
pag. 298. *τυποῦσι, βλάσφημά τε πλάττοντες κατὰ τοῦ ὄντος θεοῦ παντοκράτορος, πατρὸς τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὡς Ἄρχοντος ὄντος καὶ πονηρίας εὑρετοῦ, ὡς ἀπ' αὐτῶν τῶν παρ' αὐτοῖς λόγων ἁλίσκονται. Εἰ γὰρ πονηρῶν ἐστιν εὑρετὴς καὶ κακοποιὸς, πῶς εὐθὺς οὐκ ἀγαθὸς εὑρεθείη, ὡς καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις αἱρέσεσιν εἴπαμεν, κατὰ πορνείας καὶ μοιχείας καὶ ἁρπαγῆς καὶ πλεονεξίας νομοθετήσας; Θεὸν γὰρ αὐτὸν τῶν Ἰουδαίων καὶ αὐτοὶ λέγουσι, τοῖς Ἰουδαίοις δὲ τὸν νόμον ἔδωκεν, ἐν ᾧ πάντα ταῦτα ἀπηγόρευσεν ὧν εὑρετὴν αὐτὸν λέγουσιν εἶναι. Πῶς δὲ πατὴρ τοῦ Σατανᾶ κληθείη ὁ κατ' αὐτοῦ τὰ τοσαῦτα ὑποδείξας; Καὶ εἰ ἀλλότριός ἐστι τοῦ ἄνω παρ' αὐτοῖς λεγομένου θεοῦ, καὶ οὐκ αὐτός ἐστιν ὁ θεὸς ὁ παντοκράτωρ, ὁ βασιλεὺς καὶ κύριος [2] ἡμῶν, ὁ ἐν νόμῳ καὶ ἐν εὐαγγελίοις καὶ ἐν προφήταις καὶ ἀποστόλοις αὐτὸς θεὸς κύριος, πατὴρ δὲ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ὡς αὐτὸς διδάσκει σαφῶς ἡμᾶς ὁ κύριος ἐν εὐαγγελίῳ, λέγων, Εὐχαριστῶ σοι, πάτερ, κύριε οὐρανῶν καὶ γῆς, ἵνα δείξῃ τὸν αὐτοῦ πατέρα θεὸν τὸν πάντων.*

Κεφ. η'. *Καὶ περὶ νεκρῶν ἀναστάσεως ὑποφαίνων ἔσεσθαι πάλιν φησὶ, Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν. Ναὸν δὲ ἔλεγε τὸ ἴδιον σῶμα, λυόμενον μὲν διὰ χειρῶν ἀνθρώπων, τουτέστιν ἀποκτεινόμενον. Τὸ δὲ μὴ ὂν σῶμα, ἀλλὰ δοκήσει φαινόμενον, ὡς οὗτοι πάλιν λέγουσιν, οὐκ ἂν ἠδύνατο εἰς χεῖρας ἔρχεσθαι, ἐγείρεσθαί τε τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καθὼς ἐπηγγείλατο. Δέδεικται τοίνυν σαφῶς διὰ τῆς τοιαύτης οἰκονομίας ἀναντίρρητος ἡ τῶν νεκρῶν ἀνάστασις· καὶ οὔτε χρεία ἐστὶν ἀπολογίας τῇ ψυχῇ, ἵνα λαλήσῃ πρὸς ἑκάστην Ἐξουσίαν (πλάττονται γὰρ οὗτοι καὶ τοῦτο, ὡς εἴρηται), ἀλλὰ [1] διὰ τῆς τοῦ κυρίου εὐεργεσίας τῆς διὰ τῶν ἔργων καὶ τῆς πίστεως συνισταμένης, ὡς λέγει ὁ ἁγιώτατος Παῦλος, γράφων Τιμοθέῳ διὰ τούτων τῶν λόγων· Ὅπως γινώσκοις πῶς δεῖ ἐν οἴκῳ κυρίου περιπατεῖν, ἥτις ἐστὶν ἐκκλησία θεοῦ τοῦ ζῶντος, στύλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας, ἣν οἱ πολλοὶ ἀφέντες εἰς μύθους καὶ μωρολογίας ἐξετράπησαν, μὴ νοοῦντες μήτε ἃ λέγουσι, μήτε περὶ τίνων διαβεβαιοῦνται· ὧν ἐστι Φύγελλος καὶ Ἑρμογένης. Ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ δευτέρᾳ ἐπιστολῇ Ὑμέναιον καὶ Φιλητὸν*

2. *Post* ἡμῶν *in libris vulgo reperitur iam a Petavio uncinis notata, plane de-insertum* Ἰησοῦς Χριστός, *quae verba, lenda iudicavi.*

ediderunt Sethi nomine inscriptos, quos ab eo traditos ac relictos affirmant. Item alios cum illius, tum septem eius liberorum nomine. Totidem enim ab eo procreatos volunt, quos *Ἀλλογενεῖς* nominant, ut in aliis haeresibus, Gnosticorum scilicet ac Sethianorum ostendimus. Ceterum isti prophetas alios commemorant, Martiadem nescio quem et Marsianum, quos in coelum raptos tertio die descendisse fingunt. Addunt et alias plerasque commentitias ac ridiculas fabulas, et in verum atque omnipotentem deum patrem domini nostri Iesu Christi contumeliose multa iactitant. Principem hunc et inventorem omnis esse nequitiae, ut vel ipsa sua confessione iugulentur. Nam si malorum inventor is ac maleficus est, nonne bonus vel eo ipso comprobabitur, ut aliis haeresibus obiecimus, quod contra stupra, adulteria, rapinas ac cupiditates et iniurias decreta multa condiderit? Nam Iudaeorum illum esse deum utique confitentur. Iudaeis porro legem illam tulit, qua sunt ea omnia prohibita quorum inventor ab illis asseritur. Satanae vero pater qui demum appellari potest, qui tam multa adversus illum ediderit, si ab illo summo, quem deum nominant, alienus est, nec idem est omnipotens ille deus, rex et dominus noster, qui in lege et evangeliis ac prophetis, et ab apostolis celebratur, *Dominus deus, ac pater domini nostri Iesu Chri-* 2. Cor. 11, 31.
sti? ut idem aperte Christus in evangelio testatur his verbis: *Confi-* Matth. 11, 25.
teor tibi, pater, domine coeli ac terrae, quibus patrem suum universorum deum esse significat?

Mortuorum vero resurrectionem aperte futuram denuntiat, cum Cap. VIII.
ita loquitur: *Solvite templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud.* Ioann. 2, 19.
Templum enim corpus suum vocabat, quod hominum manibus evertebatur, hoc est interficiebatur. Nam quod verum corpus non esset, sed specie duntaxat appareret, cuiusmodi illi fuisse statuunt, nequaquam hostium in manus venire, aut, ut pollicebatur, excitari die tertia potuisset. Haec igitur dei administratio perspicue declarat, mortuos ad vitam sine ulla controversia restitui, nec animae purgatione ulla opus esse, aut apud singulas potestates caussam illi suam esse perorandam, quod isti, uti dictum est, temere praedicant, sed uno dei beneficio duntaxat indigere, quo cum fide recte facta coniungat, ut ad Timotheum scribens apostolus hisce verbis testatur: [1]
Ut scias quomodo te oporteat in domo dei ambulare, quae est ecclesia 1. Tim. 13, 15.
dei vivi, columna et firmamentum veritatis: Quam multi relinquentes 2. Tim. 4, 4.
ad fabulas et ineptias diverterunt: Non intelligentes nec quae dicunt, 1. Tim. 1, 7.
nec de quibus affirmant: Ex quibus est Phygellus et Hermogenes. Sed 2. Tim. 1, 15.
et in secunda epistola Hymenaeum ac Philetum excidisse a veritate

Cap. VIII. — 1. *Rescribendum arbitror* ἀλλὰ δεῖ τῆς τοῦ κυρίου *cett.*

περὶ τὴν ἀλήθειαν ἠστοχηκέναι λέγει, οἵτινες καὶ αὐτοὶ τῇ αἱρέσει ἐξη-
pag. 299. κολούθησαν, ἄλλον θεὸν καταγγέλλοντες, καὶ γενεαλογίας ἀπεράντους, καὶ πλάνην ἐπισπείροντες τοῖς ἀνθρώποις, καὶ λέγοντες μὴ ἐκ θεοῦ γεγενῆσθαι τὸν κόσμον, ἀλλὰ ὑπὸ Ἀρχῶν καὶ Ἐξουσιῶν, τὴν δὲ ἀνάστασιν ἤδη γεγενῆσθαι, διὰ τῶν γενομένων τέκνων ὑπὸ ἑκάστου τῶν γεννώντων, τὴν δὲ τῶν νεκρῶν οὐ λέγουσιν ἔσεσθαι. Καὶ ὁρᾶτε, ἀδελφοί, τὸν χαρακτῆρα τῆς ἀληθείας, καὶ τὸν ἔλεγχον τῆς τούτων παρανομίας.

Ὑπολαμβάνω δὲ καὶ περὶ τούτων ἱκανῶς εἰρῆσθαι. Ὅθεν ταύτην παραλιπὼν ἐπὶ τὰς ἑξῆς τὴν πορείαν ποιήσομαι, ἐκεῖνο μόνον εἰπὼν, ὡς πάνυ φαίνεται ἐοικυῖα αὕτη διὰ τῆς πολυωνύμου Ἀρχοντικῆς ὀνομασίας τῇ πολυπλόκῳ ἑρπετώδη κακοηθείᾳ. Τρόπον γάρ τινα ἐκ πολλῶν ἑρπετῶν ἀναμὶξ τῆς ἑαυτῶν πλάνης συνηγμένη ἐστὶν ἡ ἰοβολία· οἷον τὸ θρασὺ ἔχουσα τοῦ δράκοντος, τὸ δολερὸν τοῦ [2] φυσάλου, τὴν ἀνθέλκυσιν τῆς πνοῆς τοῦ [3] βαίτωνος, τὸ γαῦρον τοῦ ἀκοντίου, τὸ προπετὲς τοῦ ὀστρακίτου. Τούτων δὲ πάντων τὴν κεφαλὴν καταπατήσαντες τῇ τῆς ἀληθείας ὑποθέσει ἐπὶ τὰς λοιπὰς διέλθωμεν, ἐπιπόθητοι, τὴν ἑκάστης πλάνην ἀποκαλύψαι ἐν θεῷ πειρώμενοι.

ΚΑΤΑ ΚΕΡΔΩΝΙΑΝΩΝ,
εἰκοστὴ πρώτη, ἡ καὶ τεσσαρακοστὴ πρώτη.

Κεφ. α'. Κέρδων τις τούτους καὶ τὸν Ἡρακλέωνα διαδέχεται, ἐκ τῆς αὐτῶν σχολῆς ὢν, ἀπὸ Σίμωνός τε καὶ Σατορνίλου λαβὼν τὰς προφάσεις. Οὗτος μετανάστης γίνεται ἀπὸ τῆς Συρίας, καὶ ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἐλθὼν λυμεών τις πέφηνεν ἑαυτῷ τε καὶ τοῖς αὐτῷ πειθομένοις ὁ ἐλεεινότατος. Ἐλεεινὴ γὰρ ἡ φύσις τῶν ἀνθρώπων, ὅταν καταλείψασα τὴν τοῦ θεοῦ ὁδὸν πλανᾶται, καὶ ἀπὸ τῆς τοῦ θεοῦ κλήσεως ἑαυτὴν ἀφορίσασα. Συμβέβηκε γὰρ τοῖς τοιούτοις ἡ τοῦ κυνὸς παροιμία, ὃς τῇ σκιᾷ προσέχων οὐ κατεῖχεν ἐν τῷ στόματι, ἐμβλέπων εἰς ὕδωρ καὶ νομίσας τῷ ὕδατι σκιὰν μείζονα εἶναι τῆς ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ ἐδωδῆς, ἀνοίξας τὸ στόμα καὶ τὴν οὖσαν ἀπώλεσεν. Οὕτω καὶ οὗτοι τὴν ὁδὸν εὑρόντες, καὶ βουλόμενοι σκιᾶς περιγενέσθαι τῆς ἐν τῇ ὑπονοίᾳ αὐτῶν
pag. 300. γενομένης, τὴν οὖσαν ἐν τῷ στόματι αὐτῶν, ὡς εἰπεῖν, ἐκ θεοῦ τροφὴν κεχαρισμένην οὐ μόνον ἀπώλεσαν, ἀλλὰ καὶ ὄλεθρον ἑαυτοῖς ἐπεσπάσαντο.

Οὗτος τοίνυν ὁ Κέρδων ἐν χρόνοις Ὑγίνου γέγονεν ἐπισκόπου

2. Hoc serpentis genus commemorat etiam haer. 50, 3.

scribit; qui quidem et ipsi in haeresin prolapsi sunt, alium praedicantes deum, ac genealogias interminabiles, erroremque inter homines disseminantes, cum a deo negarent fabricatum esse mundum, sed a Principalibus ac Potestatibus conditum assererent, resurrectionem demum accidisse iam dicerent, illis ipsis producendis liberis quos parentum quisque genuisset, nec aliam mortuorum expectandam esse resurrectionem. Vos autem quaeso, fratres, animadvertite cuiusmodi propria sit veritatis nota, et ad illorum convincendam improbitatem certa ratio.

Equidem satis superque adversus illos disputatum a me esse iudico. Quare hac omissa reliquas persequar, et id unum attexam, illam mihi haeresin ob multiplicem Archonticorum appellationem variae ac perplexae serpentum improbitati quam simillimam videri. Nescio enim quo pacto sic tanquam multis ex anguibus confusis in unum ac promiscuis pestiferi illius erroris venena conflata sunt. Ut in illis partim draconis insit audacia, partim physali calliditas, partim spiritus quae est in baetone suppressio, partim aconitae agilitas, partim ostracitae prona lubricitas. Quorum omnium eliso capite ac veritatis doctrina contrito ad reliquas transibimus, ac singularum falsitatem arguere deo opitulante conabimur.

ADVERSUS CERDONIANOS, quae est haeresis XXI., sive XLI.

Tam his quam Heracleoni quidam Cerdo successit, ab eadem schola profectus, et a Simone ac Saturnilo erroris nactus initia. Cap. I.
Qui cum e Syria Romam peregrinandi caussa miser accessisset, sui iuxta ac sectatorum suorum labes quaedam ac pernicies fuit. Miserrima quippe tunc est hominum natura, cum dei viam relinquens, et a divina se vocatione segregans, longius aberrat. Quibus illud de canis fabulas contingit, qui in eius quod in ore gestabat umbram intentus, et in aquam despiciens, dum eodem cibo quem mordicus ferebat maiorem umbram esse suspicatur, diducto rictu illum ipsum qui verus erat perdidit. Sic illi reperta via, dum eius umbrae quam in falsa opinione circumferunt compotes fieri student, non modo divinitus concessum illud quod ore, ut ita dixerim, ferunt, alimentum amiserunt, sed insuper exitium sibi ipsis attulerunt.

Igitur Cerdo Hygini papae temporibus fuit, qui in apostolorum

3. βαίτων *idem videtur esse qui appellatur* βέων *haer.* 50, 3.

τοῦ [1] ἔνατον κλῆρον ἄγοντος ἀπὸ τῆς τῶν περὶ Ἰάκωβον καὶ Πέτρον καὶ Παῦλον ἀποστόλων διαδοχῆς· τὸ δὲ κήρυγμα αὐτοῦ τῆς τῶν προειρημένων αἱρεσιαρχῶν φλυαρίας μετέχον τὸ αὐτὸ μὲν εἶναι δοκεῖ, παρήλλακται δὲ παρ' αὐτῷ τοῦτον ἔχον τὸν τρόπον. Δύο καὶ οὗτος Ἀρχὰς κεκήρυχε τῷ βίῳ, καὶ δῆθεν θεοὺς δύο, ἕνα ἀγαθὸν, καὶ [2] ὄντα ἄγνωστον τοῖς πᾶσιν, ὃν καὶ Πατέρα τοῦ Ἰησοῦ κέκληκε, καὶ ἕνα τὸν δημιουργὸν, πονηρὸν ὄντα καὶ γνωστὸν, λαλήσαντα ἐν τῷ νόμῳ καὶ ἐν τοῖς προφήταις φανέντα, καὶ ὁρατὸν πολλάκις γενόμενον· μὴ εἶναι δὲ τὸν Χριστὸν γεγεννημένον ἐκ Μαρίας, μηδὲ ἐν σαρκὶ πεφηνέναι, ἀλλὰ δοκήσει ὄντα καὶ δοκήσει πεφηνότα, δοκήσει δὲ τὰ ὅλα πεποιηκότα. Καὶ αὐτὸς σαρκὸς ἀνάστασιν ἀπωθεῖται, παλαιὰν δὲ ἀπαγορεύει διαθήκην, [3] τήνδε διὰ Μωϋσέως καὶ τῶν προφητῶν, ὡς ἀλλοτρίαν οὖσαν θεοῦ. Ἐληλυθέναι δὲ τὸν Χριστὸν ἀπὸ τῶν ἄνωθεν ἐκ τοῦ ἀγνώστου πατρὸς, εἰς ἀθέτησιν τῆς τοῦ κοσμοποιοῦ καὶ δημιουργοῦ ἐνταῦθα, φησὶ, ἀρχῆς καὶ τυραννίδος· ὥςπερ ἀμέλει καὶ πολλαὶ τῶν αἱρέσεων ἐξεῖπαν. Ὀλίγῳ δὲ τῷ χρόνῳ οὗτος ἐν Ῥώμῃ γενόμενος μεταδέδωκεν αὐτοῦ τὸν ἰὸν Μαρκίωνι. Διόπερ τοῦτον ὁ Μαρκίων διεδέξατο.

Κεφ. β'. Τῆς δὲ αἱρέσεως ὡςαύτως φωρατῆς οὔσης ἐν συντόμῳ περὶ ταύτης ἡμῖν ἔσται λόγος. Ἀρξόμεθα δὲ πάλιν τῆς κατ' αὐτοῦ ἀνατροπῆς ἀπ' αὐτῶν τῶν παρ' αὐτοῦ λεγομένων. Ὅτι μὲν γὰρ δύο Ἀρχὰς ἐπιτοαυτὸ εἶναι ἀδύνατον, δῆλον. [1] Ἢ γὰρ αἱ δύο ἐκ μιᾶς εἰσί τινος, ἢ ἡ μὲν ἔστι δευτέρα, ἡ δὲ τῆς δευτέρας αἰτία καὶ ἀρχή. Ζητηθήσεται οὖν ἤτοι αἰτία τῶν δύο, ἢ ὁποτέρα τούτων ἀρχὴ οὖσα τῆς ἑτέρας, ὡς ἔφην. Καὶ οὕτως ἐκ παντὸς τρόπου ἐπὶ τὴν μίαν ἀνακτέον τὴν διάνοιαν, τὴν εὑρισκομένην πρώτην, ἐξ ἧς καὶ ἡ δευτέρα, ἤτοι ἀμφότεραι, καθὼς δέδεικται, [2] ὡς ἔφην. Ἐπιτοαυτὸ δὲ ἀδύνατον τὰς δύο ἀρχὰς ὑπάρχειν· ἀλλ' οὐδὲ διαφέρεσθαι τὴν μίαν πρὸς τὴν ἄλλην δυνατόν. Εἰ γὰρ διαφέρονται, εἰσὶ μὲν δύο, τῷ δὲ δύο ἀριθμῷ εὑρισκόμεναι τὸν ἕνα ἀριθμὸν ὑπερβεβήκασι. Τοῦ δὲ ἑνὸς καὶ πρώτου ἀριθ-
pag. 301. μοῦ ζητουμένου αἱ δύο τῷ ἑνὶ ἀριθμῷ καὶ ἀνωτέρῳ ὑπόκεινται, τῷ αἰτίῳ τῶν δύο ὄντι. Οὐ γὰρ αἱ δύο αἱ μετὰ τὸν ἕνα ἀριθμὸν, ἢ τὴν μίαν ἀρχὴν καὶ πρώτην, αἰτίαι ἑαυτῶν δύνανται εἶναι, τοῦ ἑνικοῦ ἀριθμοῦ καὶ ἀνωτάτου ἀεὶ ζητουμένου. Εἰ γὰρ αἱ δύο εὑρεθήσονται μιᾶς [3] οὔσης συμφωνίας καὶ συγχαίρουσαι καὶ συμφωνοῦσαι ἀλλήλαις ἐν τῷ τὴν μὲν μίαν παραμένειν τῆς ἑτέρας εὐδοκούσης, καὶ τῆς ἄλλης δὲ χαιρούσης τῇ τῆς ἑτέρας συζυγίᾳ, ἡ στάσις τίς ἐστιν ἀναμέσον ἀμφοτέρων; Εἰ δὲ στασιάζουσι καὶ ἰσχύουσιν ἅμα ἀμφότεραι πρὸς ἀλλήλας ἐπ' ἴσης,

Cap. I. — 1. *Libri* ἕνα τόν. *Cf. infra haer.* 42, 1.

2. *Correxi* ὄντα *pro* ἕνα, *quod libri tuentur hic male repetitum. Possis etiam* εἶναι.

3. *Vulgo* τὴν δέ. *Petavius volebat* τὴν διά.

Cap. II. — 1. ἢ *scripsi, post Petavii*

Iacobi et Petri Paulique successione nonum locum tenebat. Cuius dogma cum reliquorum quos enumeravimus haereticorum nugis consentiens licet idem esse videatur, nonnihil tamen discrepat, et est huiusmodi. Duo perinde atque alii Principia statuit, ac deos videlicet duos, bonum alterum, et ignotum omnibus, quem et Patrem Iesu nominavit, alterum creatorem, malum et cognitum, qui et in lege locutus et prophetis apparuit, ac se videndum saepenumero praebuit. Christum negat a Maria genitum, aut carne revera fuisse vestitum, sed eiusmodi specie tenus extitisse, et apparuisse talem ac specie sola universa fecisse. Idem corporum resurrectionem repudiat; vetus testamentum, quod per Moysen ac prophetas traditum est, tanquam alienum a deo reiicit. Christum e coelo atque ab ignoto Patre descendisse ideo putat, ut hic mundi conditoris atque opificis imperium ac tyrannidem everteret, id quod aliae pleraeque haereses existimant. Romae igitur brevi ille tempore commoratus suum Marcioni virus aspersit, quem etiam successorem habuit.

Verum cum non minus ceteris haeresis ista deprehendi ac redargui facile possit, paucis quae ad eam pertinent complectar, eiusque refellendae ab illis ipsis eorum decretis initium arcessam. Etenim duo simul rerum esse Principia nequaquam posse manifestum est. Nam aut duo ab uno manarunt aliquo, aut unum secundum est, alterum secundi caussa rursus ac principium. Quaerendum igitur est quaenam amborum caussa sit, aut quod ex illis principium sit alterius, ut diximus; sicque ad unum omnino referenda cogitatio, quod primum occurrit, a quo secundum aut ambo illa proficisci demonstravimus. Duo porro simul ut Principia sint fieri penitus non potest; sed nec unum potest ab altero differre. Si enim differunt, duo sint oportet. Duo vero si numerentur, singularem numerum excedunt. Cum autem unicus iste ac primus numerus quaeratur, duo illa Principia uni ac supremo subiicientur, a quo velut a caussa duo reliqua pendeant. Neque enim duo illa post singularem numerum atque unicum primumque Principium sui esse caussa possunt ipsorum, cum singularis ac supremus nihilominus numerus inquiratur. Fingamus enim eiusmodi esse duo ut inter sese consentiant ac communiter gaudeant, sibique consentanea sint invicem, ita ut uno volente ac libente adhaereat alterum, et ipsum quoque alterius coniunctione delectetur, quaenam esse potest inter utrumque dissensio? Sin mutuo reluctantur ac sibi aequaliter resistunt, non poterit Chri- Cap. II.

coniecturam, secundum auctoritatem cod. Rhedig. Vulgo extat εἰ.

2. *Suspicor* καὶ ὡς ἔφην.

3. *Suspicor* οὖσαι συμφωνίας, καὶ *cett.*

οὐκέτι Χριστὸς, ὁ ἐλθὼν διὰ τὴν ἀθέτησιν τῆς μιᾶς, δυνήσεται καταλῦσαι τὴν ταύτην τυραννίδα, αὐτῆς ἀντεχούσης καὶ δυναμένης πρὸς τὴν ἄνω ἀόρατον καὶ ἀκατονόμαστον ἀγωνίζεσθαι, ἀντέχειν τε καὶ μηδέποτε δύνασθαι καταλύεσθαι.

Κεφ. γ'. Λέγει δὲ ὁ ἠλίθιος καὶ τὸν νόμον καὶ τοὺς προφήτας τῆς φαύλης καὶ ἐναντίας εἶναι Ἀρχῆς, τὸν δὲ Χριστὸν τῆς ἀγαθῆς. Πόθεν οὖν οἱ προφῆται τὰ εἰς Χριστὸν τετυπωμένα προανεφώνησαν, εἰ μὴ μία ἦν καὶ ἡ αὐτὴ Δύναμις ἡ λαλήσασα ἐν νόμῳ καὶ ἐν προφήταις καὶ εὐαγγελίοις; καθάπερ λέγει, Ὁ λαλῶν ἐν τοῖς προφήταις, ἰδοὺ, πάρειμι, καὶ τὰ ἑξῆς. Πόθεν δὲ καὶ ὁ κύριος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ προανεφώνει, λέγων, Εἰ Μωϋσεῖ ἐπιστεύετε, καὶ ἐμοὶ ἂν ἐπιστεύετε, ἐκεῖνος γὰρ περὶ ἐμοῦ ἔγραψε; Καὶ πολλά μοι ἔστι περὶ μαρτυριῶν λέγειν, καθὼς συναγείρας σχολὴν ἑαυτῷ ἐποίησεν ὁ ἐπὶ συγκυρήματι πονηρῷ τῷ κόσμῳ ἐπιβλαστήσας καὶ πλανήσας τοὺς ὑπ' αὐτοῦ πεπλανημένους. Παρελεύσομαι δὲ καὶ [1] ταύτης, ὡςεὶ [2] βέμβικος καὶ πεμφρηδόνος τῶν ὀδυνοποιῶν ἐκ πετεινῶν κνωδάλων ὁρμωμένων ὑπὸ μίαν θῆξιν ἐκπετασθέντων, τὴν ἀνάλωσιν ποιησάμενος, διὰ τῆς τοῦ θεοῦ ἐνεργεστάτης πίστεώς τε καὶ σωτηριώδους διδασκαλίας τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ εἰπόντος, Βλέπετε μὴ πλανηθῆτε, πολλοὶ γὰρ ἐλεύσονται ψευδοπροφῆται· καὶ τοῦ ἀποστόλου περὶ τῶν αὐτῶν ψευδοχρίστων καὶ ψευδοδιδασκάλων καὶ ψευδαδέλφων φήσαντος καὶ ἡμᾶς ἀσφαλισαμένου ἐπὶ τὰς ἑξῆς κατὰ τὴν ἀκολουθίαν [3] προβαίνων τῶν ἄλλων ποιήσομαι τὴν ὑφήγησιν.

pag. 302.

ΚΑΤΑ ΜΑΡΚΙΩΝΙΣΤΩΝ,

εἰκοστὴ δευτέρα, ἡ καὶ τεσσαρακοστὴ δευτέρα.

Κεφ. α'. Μαρκίων, ἀφ' οὗπερ Μαρκιωνισταὶ, ἐκ τούτου τοῦ προειρημένου Κέρδωνος τὴν πρόφασιν εἰληφὼς καὶ αὐτὸς μέγας ὄφις προῆλθε τῷ βίῳ, πολὺ δὲ πλῆθος ἐξαπατήσας ἔτι εἰς δεῦρο εἰς πολλοὺς τρόπους προεστήσατο διδασκαλεῖον. Ἡ δὲ αἵρεσις ἔτι καὶ νῦν ἔν τε Ῥώμῃ καὶ ἐν τῇ Ἰταλίᾳ, ἐν Αἰγύπτῳ τε καὶ ἐν Παλαιστίνῃ, ἐν Ἀραβίᾳ τε καὶ ἐν τῇ Συρίᾳ, ἐν Κύπρῳ τε καὶ Θηβαΐδι, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ Περσίδι καὶ ἐν ἄλλοις τόποις εὑρίσκεται. Μεγάλως γὰρ ὁ πονηρὸς ἐν αὐταῖς κατίσχυσε τὴν ἀπάτην. Οὗτος τὸ γένος Ποντικὸς ὑπῆρχεν, Ἑλενοπόντου δέ φημι, Σινώπης δὲ πόλεως, ὡς πολὺς περὶ αὐτοῦ ᾄδεται λόγος. Τὸν δὲ πρῶτον αὐτοῦ βίον παρθενίαν δῆθεν ἤσκει. Μονάζων γὰρ

Cap. III. — 1. ταύτης postulat sententia, non ταύτην, quod vulgo extat. Et illud, quemadmodum suspicor, voluit etiam qui scripsit codicem Rhedigeranum, in quo deprehendi ταύτῃ.

2. Sic emendavit Petavius in Animadvers. ad h. l., postquam in editionis margine proposuit μύρμηκος. V. Nicandr. Alexiph.

stus, qui ad alterum extinguendum accessit, tyrannicum eius dominatum evertere, utpote quod acriter obsistat et adversus supremum illud, quod nec videri nec nominari potest, sic pugnet ac refragetur, nulla ut vi deiici sese patiatur.

Quod autem insanus ille legem ac prophetas existimat a deteriori ac contrario esse Principio, a meliore vero Christum, si id verum est, quomodo quae ad Christum attinebant prophetae certis figurarum involucris obtecta vaticinati sunt nisi una eademque vis esset quae in lege pariter ac prophetis atque evangeliis locuta sit? Quemadmodum dicit qui loquebar in prophetis: *Ecce adsum etc.* Praeterea cur dominus in evangelio praedicaret, *Si Moysi crederetis, crederetis forsitan et mihi, de me enim ille scripsit?* Plura equidem de eiusmodi testimoniis in medium afferre possem, quibus accumulatis scholam ille sibi conflavit, qui infelici quodam fato communem ad orbis perniciem effloruit, ac sectatores suos in fraudem impulit. Sed hanc ego quoque praetermittam, postquam eam memycis cuiusdam ac pemphredonis (quod vespae genus est) instar, quae et ictu dolorem incutiunt et ex pennatorum insectorum genere sunt, uno contactu obtrituque profligavi, efficacissima dei fide ac salutari domini nostri Iesu Christi doctrina subnixus, qui dixit, *Videte ne decipiamini: multi enim venient pseudoprophetae.* Cumque et apostolus de iisdem ementitis Christis ac magistris falsisque fratribus locutus cautiores nos reddiderit, ad reliquas, prout ordine sese offerunt, transferenda nobis est oratio.

Cap. III. Isai. 58, 9. Ioann. 5, 46. Luc. 21, 8. et Marc. 13, 22.

CONTRA MARCIONISTAS,
quae est haeresis XXII., vel XLII.

Marcion, a quo Marcionistae nominati sunt, a Cerdone illo novi dogmatis occasionem arripiens, ingens et ipse coluber in orbem terrarum invectus est. Qui infinita hominum multitudine variis artibus ad hoc usque tempus illusa ludum erroris aperuit. Atque haec haeresis hodie non modo Romae et in Italia reperitur, sed et Aegyptum ac Palaestinam, nec non Arabiam ac Syriam, Cyprum ac Thebaidem, imo etiam Persidem aliasque regiones longe est lateque pervagata. Quibus in locis plurimum nequissimus daemon calliditate sua ac fraudulentia profecit. Fuit iste genere Ponticus, ex ea parte quae Helenopontus dicitur, oppido Sinope, quemadmodum frequenti de eo fama percrebuit. Qui initio vitae scilicet castitatem Cap. I.

183. c. *schol. Epiphanii libri vulgo praebent* μέμυκος.

3. *Ita correxi. Libri enim habent* προβαινόντων τῶν ἄλλων.

ὑπῆρχε, καὶ υἱὸς ἐπισκόπου τῆς ἡμετέρας ἁγίας καθολικῆς ἐκκλησίας. Χρόνου δὲ προϊόντος προςφθείρεται παρθένῳ τινὶ, καὶ ἐξαπατήσας τὴν παρθένον ἀπὸ τῆς ἐλπίδος αὐτήν τε καὶ ἑαυτὸν κατέσπασε, καὶ τὴν φθορὰν ἀπεργασάμενος ἐξεοῦται τῆς ἐκκλησίας ὑπὸ τοῦ ἰδίου πατρός. Ἦν γὰρ αὐτοῦ ὁ πατὴρ δι' ὑπερβολὴν εὐλαβείας τῶν διαφανῶν καὶ σφόδρα τῆς ἀληθείας ἐπιμελομένων, διαπρέπων ἐν τῇ τῆς ἐπισκοπῆς λειτουργίᾳ. Πολλὰ δῆθεν ὁ Μαρκίων καθικετεύσας, καὶ αἰτήσας μετάνοιαν, οὐκ εἴληφε παρὰ τοῦ ἰδίου πατρός· πόνος γὰρ εἶχε τὸν ἀξιόλογον γέροντα καὶ ἐπίσκοπον ὅτι οὐ μόνον ἐξέπεσεν ἐκεῖνος, ἀλλ' ὅτι καὶ αὐτῷ τὸ αἶσχος ἔφερεν. Ὡς τοίνυν οὐκ ἔτυχε παρ' αὐτοῦ διὰ τῆς κολακείας ὧν ἐδέετο, μὴ φέρων τὴν ἀπὸ τῶν πολλῶν χλεύην ἀποδιδράσκει τῆς πόλεως τῆς αὐτῆς, καὶ ἄνεισιν εἰς τὴν Ῥώμην αὐτὴν, μετὰ τὸ τελευτῆσαι Ὑγῖνον τὸν ἐπίσκοπον Ῥώμης. Οὗτος δὲ ἔνατος ἦν ἀπὸ Πέτρου καὶ Παύλου τῶν ἀποστόλων. Καὶ τοῖς ἔτι πρεσβύταις περιοῦσι, καὶ ἀπὸ τῶν μαθητῶν τῶν ἀποστόλων [1] ὁρμωμένοις, συμβάλων ᾔτει συναχθῆναι, καὶ οὐδεὶς αὐτῷ συγκεχώρηκε· ζήλῳ λοιπὸν ἐπαρθεὶς,
pag. 303. ὡς οὐκ ἀπείληφε τὴν προεδρίαν τε καὶ τὴν εἴςδυσιν τῆς ἐκκλησίας, ἐπινοεῖ ἑαυτῷ καὶ προσφεύγει τῇ τοῦ ἀπατεῶνος Κέρδωνος αἱρέσει.

Κεφ. β'. Καὶ ἄρχεται, ὡς εἰπεῖν, ἐξ αὐτῆς τῆς ἀρχῆς καὶ ὡς ἀπὸ θυρῶν τῶν ζητημάτων, προτείνειν τοῖς κατ' ἐκεῖνο καιροῦ πρεσβυτέροις τοῦτο τὸ ζήτημα, λέγων, Εἴπατέ μοι, τί ἐστι τὸ, Οὐ βάλλουσιν οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς παλαιοὺς, οὐδὲ ἐπίβλημα ῥάκους ἀγνάφου ἐπὶ ἱματίῳ παλαιῷ· εἰ δὲ μή γε, καὶ τὸ πλήρωμα αἴρει καὶ τῷ παλαιῷ οὐ συμφωνήσει· μεῖζον γὰρ γενήσεται σχίσμα. Καὶ ὡς τοῦτο ἤκουσαν οἱ ἐπιεικεῖς καὶ πανάγιοι τῆς ἁγίας τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας πρεσβύτεροι καὶ διδάσκαλοι, τὸν τῆς ἀκολουθίας καὶ ἁρμονίας ἀποδιδόντες λόγον καὶ φράζοντες αὐτῷ μετὰ ἐπιεικείας ἔλεγον, Τέκνον, τοῦτό ἐστιν ἀσκοὶ παλαιοὶ, αἱ τῶν Φαρισαίων καρδίαι καὶ γραμματέων, παλαιωθεῖσαι ἐν ἁμαρτήμασι, καὶ μὴ δεξάμεναι τὸ κήρυγμα τοῦ εὐαγγελίου· καὶ τὸ ἱμάτιον τὸ παλαιὸν, ὡς ὁ Ἰούδας παλαιωθεὶς ἐν φιλαργυρίᾳ οὐκ ἐδέξατο τοῦ καινοῦ καὶ ἁγίου καὶ ἐπουρανίου μυστηρίου κήρυγμα, τὸ τῆς ἐλπίδος· καί τοι συναφθεὶς τοῖς ἕνδεκα ἀποστόλοις καὶ κληθεὶς ὑπ' αὐτοῦ τοῦ κυρίου περισσότερον σχίσμα ἔσχε δι' ἑαυτοῦ, μηδενὸς αὐτῷ αἰτίου γενομένου, ἐπειδὴ ἡ διάνοια αὐτοῦ οὐ συμπεφώνηκε τῇ ἄνω ἐλπίδι καὶ ἐπουρανίῳ κλήσει τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, ἀντὶ τῶν ἐνταῦθα χρημάτων τε καὶ κόμπου καὶ φιλίας παρερχομένης, ἐλπίδος τε καὶ ἡδονῆς. Ὁ δὲ, Οὐχ οὕτως, φησὶν, ἀλλὰ ἄλλα ἐστὶ παρὰ ταῦτα, ἀντιλέγων ὁ Μαρκίων, ἐπειδὴ μὴ ἠθέλησαν αὐτὸν δέξασθαι. Τοῦτο οὖν φανερῶς αὐτοῖς ἔλεγε· Τί μὴ ἠθελήσατέ με ὑποδέξασθαι; Τῶν δὲ λεγόντων ὅτι,

Cap. I. — 1. ὁρμωμένοις abest ab edit. princ. Adiecit Petavius ex cod. Vatican.

prae se ferens monachorum instituta professus est, parente natus catholicae communionis episcopo. Postea cum virginem quandam adamasset ac fraudibus pellexisset, ab spe vitae coelestis illam iuxta ac semetipsum deiecit. Ob hunc igitur incestum ecclesia ab ipso parente pulsus est, viro cumprimis religioso ac veritatis amore flagrantissimo, et in hac episcopalis muneris administratione praestanti. Cui cum Marcio diu multumque supplicasset ac poenitentiam postulasset, hanc a patre precibus nullis obtinuit. Vehementem siquidem ex ea re dolorem optimus senex et episcopus ceperat, quod non ille solum excidisset, sed et ignominiam sibi ac dedecus imposuisset. Ergo ubi se nullis artibus eblandiri posse quod cuperet animadvertit, popularium suorum probra ac ludibria non sustinens clam ab oppido secessit, ac Romam post Hygini papae obitum sese contulit, qui a Petro Pauloque apostolis nonus ecclesiae praefuerat. Eo statim ac Marcion pervenit, ad seniores adiens qui ab apostolorum discipulis edocti adhuc supererant, ut in communionem admitteretur, ab iis frustra petiit. Quamobrem exstimulatus invidia, quod non principem illic locum, ac ne ecclesiae quidem aditum impetrasset, ad impostoris Cerdonis haeresin confugere in animum induxit.

Tum ab ipso principio, ipsisque, ut ita dixerim, quaestionum foribus exorsus presbyteris qui tunc temporis erant coepit ista proponere. *Cedo,* inquit, *quid hoc sibi vult: Non mittunt vinum novum in utres veteres, neque commissuram panni rudis in vestimentum vetus, alioqui tollit plenitudinem, neque veteri congruet; maior enim scissura fit?* quod candidi illi ac sanctissimi dei ecclesiae presbyteri ac doctores audientes hunc in modum respondebant: Fili, veteres illi utres nihil aliud sunt quam Pharisaeorum Scribarumque corda, quae peccatis inveteraverant, nec evangelii doctrinam admiserant. Eodemque vetus illud vestimentum pertinet. Cuiusmodi Iudas extitit, qui in avaritiae tanquam vetustate quadam obsoleverat, neque novi ac sanctissimi, coelestisque mysterii praedicationem accepit, tametsi ad undecim apostolos esset aggregatus et ab ipso domino vocatus, ex quo maiorem scissuram non alio quam ipsomet sibi auctore conscivit; propterea quod eius animus caducis his opibus ac fastu fluxaque hominum amicitia ac spe voluptateque contemptis nequaquam se coelestem ad spem ac futurorum honorum vocationem accommodaverat. At haec contradicere Marcion, ac longe secus id habere se dicere, pro eo quod admittere sese detrectassent. Quare palam eos alloquens, Cur me, inquit, recipere noluistis? Responderunt illi,

[Margin notes: Cap. II. — Matth. 9, 17.]

Οὐ δυνάμεθα ἄνευ τῆς ἐπιτροπῆς τοῦ τιμίου πατρός σου τοῦτο ποιῆσαι, μία γάρ ἐστιν ἡ πίστις, καὶ μία ὁμόνοια, καὶ οὐ δυνάμεθα ἐναντιωθῆναι τῷ καλῷ συλλειτουργῷ, πατρὶ δὲ σῷ, ζηλώσας λοιπὸν, καὶ εἰς [1] μέγαν ἀρθεὶς θυμὸν καὶ ὑπερηφανίαν, τὸ σχίσμα ἐργάζεται ὁ τοιοῦτος, ἑαυτῷ τὴν αἵρεσιν προστησάμενος, καὶ εἰπὼν ὅτι, Ἐγὼ σχίσω τὴν ἐκκλησίαν ὑμῶν, καὶ βαλῶ σχίσμα ἐν αὐτῇ εἰς τὸν αἰῶνα· ὡς τἀληθῆ μὲν σχίσμα ἔβαλεν οὐ μικρὸν, οὐ τὴν ἐκκλησίαν σχίσας, ἀλλ' ἑαυτὸν καὶ τοὺς αὐτῷ πεισθέντας.

Κεφ. γ'. Ἔλαβε δὲ τὴν πρόφασιν ἐκ τοῦ προειρημένου Κέρδωνος, γόητος
pag. 301. καὶ ἀπατηλοῦ. Καὶ αὐτὸς μὲν γὰρ δύο κηρύττει ἀρχάς. Προσθεὶς δὲ πάλιν ἐκείνῳ, φημὶ τῷ Κέρδωνι, ἕτερόν τι παρ' [1] ἐκεῖνον δείκνυσι, λέγων τρεῖς εἶναι ἀρχὰς, μίαν μὲν τὴν ἄνω ἀκατονόμαστον καὶ ἀόρατον, ἣν καὶ ἀγαθὸν θεὸν βούλεται λέγειν, μηδὲν δὲ τῶν ἐν τῷ κόσμῳ κτίσασαν, ἄλλον δὲ εἶναι ὁρατὸν θεὸν, [2] καὶ κτιστὴν καὶ δημιουργὸν, διάβολον δὲ τρίτον, ὡς εἰπεῖν, καὶ μέσον τῶν δύο τούτων, τοῦ τε ὁρατοῦ καὶ τοῦ ἀοράτου· τὸν δὲ κτιστὴν καὶ δημιουργὸν καὶ ὁρατὸν θεὸν εἶναι τῶν Ἰουδαίων, εἶναι δὲ αὐτὸν κριτήν. Παρ' αὐτῷ δὲ τῷ Μαρκίωνι καὶ παρθενία κηρύσσεται. Νηστείαν δὲ [3] καὶ τὸ σάββατον κηρύττει. Μυστήρια δὲ δῆθεν παρ' αὐτῷ ἐπιτελεῖται, τῶν κατηχουμένων ὁρώντων. Ὕδατι δὲ οὗτος ἐν τοῖς μυστηρίοις χρῆται. Τὸ δὲ σάββατον νηστεύει διὰ τοιαύτην αἰτίαν· Ἐπειδὴ, φησὶ, τοῦ θεοῦ τῶν Ἰουδαίων ἐστὶν ἡ ἀνάπαυσις τοῦ πεποιηκότος τὸν κόσμον, καὶ ἐν τῇ ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ ἀναπαυσαμένου, ἡμεῖς νηστεύσωμεν ταύτην, ἵνα μὴ τὸ καθῆκον τοῦ θεοῦ τῶν Ἰουδαίων ἐργαζώμεθα. Τὴν τῆς σαρκὸς δὲ ἀθετεῖ ἀνάστασιν, καθάπερ πολλαὶ τῶν αἱρέσεων, ψυχῆς δὲ ἀνάστασιν εἶναι λέγει, καὶ ζωὴν καὶ σωτηρίαν μόνης. Οὐ μόνον δὲ παρ' αὐτῷ ἓν λουτρὸν δίδοται, ἀλλὰ καὶ ἕως τριῶν λουτρῶν, καὶ ἐπέκεινα ἔξεστι διδόναι παρ' αὐτοῖς τῷ βουλομένῳ, ὡς παρὰ πολλῶν ἀκήκοα. Συμβέβηκε δὲ τοῦτο γενέσθαι αὐτῷ, τὸ ἐφίεσθαι τρία λουτρὰ δίδοσθαι, δι' ἣν ὑπεῖχε χλεύην παρὰ τῶν αὐτὸν ἐγνωκότων μαθητῶν αὐτοῦ, ἐκ παραπτώματός τε καὶ φθορᾶς τῆς εἰς τὴν παρθένον γεγενημένης. Ἐπειδὴ φθείρας ἐν τῇ ἑαυτοῦ πόλει τὴν παρθένον καὶ, ἀποδράσας μὲν, ἐν παραπτώματι μεγάλῳ εὑρέθη, ἐπενόησεν ὁ ἀγύρτης ἑαυτῷ δεύτερον λουτρὸν, φήσας ὅτι, Ἔξεστιν ἕως τριῶν λουτρῶν, τουτέστι τριῶν βαπτισμῶν, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν δίδοσθαι, ἵν' εἴ τις παρέπεσεν εἰς τὸ πρῶτον, λάβῃ δεύτερον μετανοήσας, καὶ τρίτον ὡσαύτως, ἐὰν ἐν παραπτώματι μετὰ τὸ δεύτερον γένηται. Φέρει δὲ δῆθεν ἵνα τὴν ἑαυτοῦ χλεύην ἀνασώσῃ εἰς παράστασιν αὐτοῦ, ὅτι τὸ μετὰ τὸ αὐτοῦ παράπτωμα πάλιν ἐκαθαρίσθη καὶ λοιπὸν ἐν ἀθώοις ὑπάρχει, μαρτυρίαν περὶ τούτου ψευδηγορῶν ὡς [4] πιθανὴν, δυναμένην ἐξαπατῆσαι, οὐ

CAP. II. — 1. *Ita scripsit Petavius cod. Vatic. secutus. In edit. princ. extat* μέγα

Nobis iniussu venerandi patris tui facere istud non licet. Una siquidem fides est, et animorum una consensio; neque contra spectatissimum collegam patrem tuum moliri quippiam possumus. At ille vehementius excandescens ac superbia invidiaque percitus schisma conflavit, ac privatam haeresin architectatus est, et, Ecclesiam, ait, vestram ego dissociabo, in eamque schisma sempiternum immittam. Quod ille revera nec mediocre quidem iniecit, non ita tamen ut ecclesiam, sed ut se potius ac suos discinderet.

Cuius ei schismatis argumentum nebulo ille et impostor Cerdo praebuit. Nam et duo ipse Principia constituit. At Marcio tertium ad illius dogma Principium adiecit, ut omnino tria sint: quorum unum sit supremum, quod neque nomine comprehendi neque visu percipi possit, quem et Bonum Deum appellat, a quo nihil sit eorum quae in mundo sunt conditum. Alterum vero Deum esse dicit aspectabilem ac Creatorem. Tertium denique Diabolum inter ambos illos, aspectabilem scilicet et eum qui aspici nequit interiectum. Ex iis qui Creator est et opifex, viderique potest, Iudaeorum esse deum, eundemque Iudicem. Ceterum virginitas a Marcione praedicatur. Ieiunium et sabbato observari praecipit. Mysteria catechumenis cernentibus apud illum celebrantur. Ad haec vero mysteria aquam adhibet. Sabbato ob eam caussam ieiunium sanxit. Cum enim ait, Iudaeorum dei, qui hunc mundum fabricavit, illa sit requies, cum die VII. requieverit, eadem nos ieiunare instituimus, ne Iudaeorum dei ritibus uti videamur. Carnem negat resurgere, idque habet plerisque cum haeresibus commune. Animae duntaxat resurrectionem ac vitam unius et salutem asserit. Baptismo non semel, sed tertio apud illos initiantur. Quod fieri idcirco concessit, quod a discipulis suis, quibus fuerat cognitus, ob delictum illud ac virginis stuprum ludibrio esset habitus. Nam cum virginem in patria constuprasset, et ingentis flagitii convictus aufugisset, alterum sibi circumforaneus iste baptismum adscivit, licere pronuntians ter omnino aquis elui ac baptismo peccatorum ad condonationem expiari, ut si quis post usurpatum priorem peccaverit, ad secundum cum poenitentia confugiat, similiterque tertium, si post secundum iterum se delictis obstrinxerit. Quod ad infamiae suae remedium excogitavit, quo se rursum post facinus purgatum et inter innocentes numerandum esse persuaderet. Ad quod etiam falso testimonium quoddam accommodat, quod specie ipsa probabile possit videri, etsi non eo Cap. III.

ἀρθεὶς θύμου.

Cap. III. — 1. *Libri* ἐκείνου.

2. *Verba* καὶ κτίστην, *quae desiderantur in edit. princ., Petavius adiecit ex cod. Vaticano.*

3. κατὰ *emendat Petavius in Animadvv.*

4. πειθανὴν *edit. princ.*

τοῦτο δὲ σημαίνουσαν ὃ αὐτὸς λέγει, ὅτι φησὶ, Βαπτισθεὶς ὁ κύριος ὑπὸ τοῦ Ἰωάννου ἔλεγε τοῖς μαθηταῖς, Βάπτισμα ἔχω βαπτισθῆναι,
pag. 305. καὶ τί θέλω, εἰ ἤδη τετέλεκα αὐτό; καὶ πάλιν, Ποτήριον ἔχω πιεῖν, καὶ τί θέλω εἰ ἤδη πληρώσω αὐτό; Καὶ οὕτω τὸ διδόναι πλείω βαπτίσματα ἐδογμάτισεν.

Κεφ. δ'. Οὐ μόνον δὲ τοῦτο, ἀλλὰ καὶ τὸν νόμον ἀποβάλλει, καὶ πάντας προφήτας, λέγων ἐκ τοῦ Ἄρχοντος τοῦ τὸν κόσμον πεποιηκότος τοὺς τοιούτους προπεφητευκέναι. Χριστὸν δὲ λέγει ἄνωθεν ἀπὸ τοῦ ἀοράτου καὶ ἀκατονομάστου Πατρὸς καταβεβηκέναι ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ψυχῶν καὶ ἐπὶ ἐλέγχῳ τοῦ Θεοῦ τῶν Ἰουδαίων, καὶ νόμου, καὶ προφητῶν, καὶ τῶν τοιούτων· καὶ ἄχρι ᾅδου καταβεβηκέναι τὸν κύριον, ἵνα σώσῃ τοὺς περὶ Κάϊν καὶ Κορὲ καὶ Δαθὰν καὶ [1] Ἀβηρὼν, Ἠσαῦ τε καὶ πάντα τὰ ἔθνη τὰ μὴ ἐπεγνωκότα τὸν θεὸν τῶν Ἰουδαίων, τοὺς δὲ περὶ Ἄβελ καὶ Ἐνὼχ καὶ Νῶε καὶ Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ καὶ Μωϋσέα, Δαβίδ τε καὶ Σαλομῶνα ἐκεῖ καταλελοιπέναι· διότι ἐπέγνωσαν, φησὶ, τὸν θεὸν τῶν Ἰουδαίων, ὄντα ποιητὴν καὶ κτιστὴν, καὶ τὰ καθήκοντα αὐτοῦ πεποιήκασι, καὶ οὐχὶ τῷ θεῷ τῷ ἀοράτῳ ἑαυτοὺς προσανέθεντο. Δίδωσι καὶ ἐπιτροπὴν γυναιξὶ βάπτισμα διδόναι. Παρ' αὐτοῖς γὰρ πάντα χλεύης ἔμπλεα, καὶ οὐδὲν ἕτερον, ὅποτε καὶ τὰ μυστήρια ἐνώπιον κατηχουμένων ἐπιτελεῖν τολμῶσιν. Ἀνάστασιν δὲ, ὡς εἶπον, οὗτος λέγει οὐχὶ σωμάτων, ἀλλὰ ψυχῶν, καὶ σωτηρίαν ταύταις ὁρίζεται, οὐχὶ τοῖς σώμασι· καὶ μεταγγισμοὺς ὁμοίως τῶν ψυχῶν, καὶ μετενσωματώσεις ἀπὸ σωμάτων εἰς σώματα φάσκει.

Κεφ. ε'. Πανταχόθεν δὲ πίπτει ἡ αὐτοῦ ματαία κενοφωνία, ὡς ἤδη μοι ἐν ἄλλαις αἱρέσεσι πεπραγμάτευται. Πῶς γὰρ ἀναστήσεται ἡ μὴ πεπτωκυῖα ψυχή; ἀνάστασις δὲ πῶς αὐτῆς κληθήσεται, τῆς μὴ πεσούσης ψυχῆς; Πᾶν γὰρ τὸ πίπτον ἀναστάσεως δεῖται· πίπτει δὲ οὐχ ἡ ψυχὴ, ἀλλὰ σῶμα. Ὅθεν καὶ δικαίως πτῶμα αὐτὸ ἡ συνήθεια εἴωθε καλεῖν, καὶ αὐτὸς ὁ κύριος εἰπὼν ὅτι, Ὅπου τὸ πτῶμα, ἐκεῖ συναχθήσονται καὶ οἱ ἀετοί. Καὶ γὰρ ἐν τοῖς μνήμασιν οὐ κατακλείομεν ψυχὰς, ἀλλὰ σώματα κατατιθέαμεν, ἐν γῇ καταχώσαντες, ὧν ἡ ἀνάστασις εἰς ἐλπίδα ἔχει τὸ κήρυγμα, καθάπερ ὁ τοῦ σίτου κόκκος· ὡς καὶ ὁ ἅγιος ἀπόστολος τὴν μαρτυρίαν ἤνεγκε περὶ τοῦ κόκκου τοῦ σίτου καὶ τῶν ἄλλων σπερμάτων, καὶ αὐτὸς δὲ ὁ κύριος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ ὅτι, Ἐὰν μὴ πεσὼν ὁ κόκκος τοῦ σίτου ἀποθάνῃ, μόνος μένει. Ὁ δὲ ἅγιος ἀπόστολός φησιν — ἄφρονα γὰρ καλεῖ τὸν ἄπιστον τὸν ὅλως ἀμφιβάλλοντα, καὶ λέγοντα, Πῶς ἡ ἀνάστασις γίνεται; ποίῳ δὲ σώματι ἔρχονται; καὶ εὐθὺς πρὸς τοὺς τοιούτους φησὶν, Ἄφρων, σὺ ὃ σπείρεις οὐ ζωογονεῖ-

Cap. IV. — 1. ἀβηρῷ edit. princ.

quo vult pertineat; sic enim asserit: Dominum, postquam a Ioanne Luc. 12, 50.
baptizatus est, dixisse discipulis: *Baptisma habeo baptizari, et quid volo nisi ut perficiam ipsum?* ac rursum: *Calicem habeo bibere et quid volo nisi ut impleam illum?* unde plures illos baptismos commentus est.

Praeterea legem ac prophetas omnes abiicit; quos principis il- Cap. IV.
οϛ'. Εἶπαν οἱ ἐν ἐσθῆτι λαμπρᾷ, Τί ζητεῖτε τὸν ζῶντα μετὰ τῶν νεκρῶν; ἠγέρθη, μνήσθητε ὅσα ἐλάλησεν ἔτι ὢν, ὅτι δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου παθεῖν καὶ παραδοθῆναι.

οζ'. Παρέκοψε τὸ εἰρημένον πρὸς Κλεόπαν καὶ τὸν ἄλλον, ὅτε συνήντησεν αὐτοῖς, τὸ, Ὦ ἀνόητοι καὶ βραδεῖς τοῦ πιστεύειν ἐπὶ πᾶσιν οἷς ἐλάλησαν οἱ προφῆται, οὐχὶ ταῦτα ἔδει παθεῖν; Καὶ ἀντὶ δὲ τοῦ, Ἐφ' οἷς ἐλάλησαν οἱ προφῆται, [27] Ἐφ' οἷς ἐλάλησα ὑμῖν. Ἐλέγχεται δὲ ὅτι ὅτε ἔκλασε τὸν ἄρτον, ἠνεῴχθησαν οἱ ὀφθαλμοὶ, καὶ ἐπέγνωσαν.

οη'. Τί τεταραγμένοι ἐστέ; ἴδετε τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας· ὅτι πνεῦμα ὀστέα οὐκ ἔχει, καθὼς ἐμὲ θεωρεῖτε ἔχοντα.

Ἔτι δὲ καὶ ταῦτα συνάπτομεν κατὰ τοῦ προειρημένου αἱρεσιάρχου ταύτῃ τῇ ἡμῶν κατ' αὐτοῦ πεπραγματευμένῃ [28] σχέσει, ἅτινα παρ' αὐτῷ πάλιν ἐφεύρομεν, ὡς ἐν ἐθελοδοκήσει τῶν τοῦ ἀποστόλου Παύλου ἐπιστολῶν, οὐχ ὅλων, ἀλλ' ἐνίων, ὧν ἐν τῷ τέλει τῆς πάσης πραγματείας αἱ ὀνομασίαι ὑφ' ἡμῶν ἐνετάχθησαν, ὡς παρ' αὐτῷ τὸ Ἀποστολικὸν ἐμφέρεται, καὶ αὐτῶν δὲ ἠκρωτηριασμένων συνήθως τῇ αὐτοῦ ῥᾳδιουργίᾳ· ὡς καὶ ἐν τῷ προταχθέντι ὀνόματι Εὐαγγελίῳ λείψανα μὲν τοῦ ἀληθινοῦ εὐαγγελίου, εἰ δεῖ τἀληθῆ λέγειν, ὅμως δὲ τὰ πάντα δεινῶς μηχανευσάμενος ἐνόθευσεν.

pag. 318. ## ΤΗΣ ΠΡΟΣ ΡΩΜΑΙΟΥΣ ΠΑΡ ΑΥΤΩΙ δ', ΕΝ ΔΕ ΤΩΙ ΑΠΟΣΤΟΛΙΚΩΙ α'.

[29] α'. Ὅσοι ἀνόμως ἥμαρτον, ἀνόμως καὶ ἀπολοῦνται, καὶ ὅσοι ἐννόμως ἥμαρτον, διὰ νόμου κριθήσονται. Οὐ γὰρ οἱ ἀκροαταὶ τοῦ νόμου δίκαιοι παρὰ τῷ θεῷ, ἀλλ' οἱ ποιηταὶ τοῦ νόμου δικαιωθήσονται.

β'. Περιτομὴ μὲν γὰρ ὠφελεῖ, ἐὰν νόμον πράσσῃς, ἐὰν δὲ παραβάτης νόμου ἧς, ἡ περιτομή σου ἀκροβυστία γέγονεν.

γ'. Ἔχοντα τὴν μόρφωσιν τῆς γνώσεως καὶ τῆς ἀληθείας ἐν τῷ νόμῳ.

δ'. Ἔτι γὰρ Χριστὸς ὄντων ἡμῶν ἀσθενῶν, ἔτι κατὰ καιρὸν ὑπὲρ ἀσεβῶν ἀπέθανε.

ε'. Ὥςτε ὁ μὲν νόμος ἅγιος, καὶ ἡ ἐντολὴ ἁγία καὶ δικαία καὶ ἀγαθή.

ϛ'. Ἵνα τὸ δικαίωμα τοῦ νόμου πληρωθῇ ἐν ἡμῖν.

27. *Fortasse excidit* ἐποίησεν, *quod infra quidem extat.*

28. *Fortassean* συνθέσει.

29. *De cod. Vaticano hoc loco Andr. Schottus annotavit haec:* „Post numerum Ium. habet statim numerum XXVIII,

LXXVI. *Dixerunt qui erant in veste alba: Quid quaeritis viventem cum mortuis? Surrexit. Recordamini quae locutus est, cum adhuc esset: Quoniam oportet filium hominis pati et tradi.* Luc. 24, 5.

LXXVII. Quin ea subtraxit quae Cleophae et eius socio dicta sunt, cum illis occurrit: *O stulti et tardi corde ad credendum in omnibus quae locuti sunt prophetae! Nonne haec oportuit pati?* Ac pro his: *In omnibus quae locuti sunt prophetae*, scripsit, *In omnibus quae locutus sum vobis.* Sed ex eo redarguitur, quod cum panem fregit, aperti sunt oculi, et cognoverunt. Ibid. 25. Ibid. 31.

LXXVIII. *Quid turbati estis? Videte manus, et pedes: quoniam spiritus ossa non habet, sicut me videtis habere.* Ibid. 39.

Praeter haec, quae sequuntur contra haereseos auctorem istum huic a nobis instituto adiungamus operi. Quae quidem apud eundem invenimus hunc in finem usurpata, ut epistolarum Pauli apostoli speciem prae se ferrent. Quas tamen non omnes, sed certas duntaxat adsciscit; quarum in calce totius operis nomina subscripsimus, cuiusmodi in Apostolico ab illis inscripto libro reperiuntur. Atque illas ipsas insuper usitato illo suo flagitio mutilatas proposuit, quemadmodum in alterum illum librum, cui Evangelio nomen imposuit, ut quod res est dicam, germani evangelii reliquias coniecit, ac nihilominus tamen omnia malitiose callideque depravavit.

EX EPISTOLA AD ROMANOS, QUAE APUD ILLUM IV. EST, IN APOSTOLICO I.

I. *Quicumque sine lege peccaverunt, sine lege et peribunt, et quicumque in lege peccaverunt, per legem iudicabuntur. Non enim auditores leges iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur.* Rom. 2, 12.

II. *Circumcisio quidem prodest, si legem observes. Si autem praevaricator legis sis, circumcisio tua praeputium facta est.* Ibid. 25.

III. *Habentem formam cognitionis, et veritatis in lege.* Ibid. 20.

IV. *Adhuc enim Christus, cum adhuc infirmi essemus, secundum tempus, pro impiis mortuus est.* Cap. 5, 6.

V. *Unde lex quidem sancta, et mandatum sanctum, et iustum et bonum.* Cap. 7. 12.

VI. *Ut iustificatio legis impleatur in nobis.* Cap. 8, 4.

post vero IIum. habet XXIX., et sic deinceps post IIIum. XXX., post IVum. XXXI., usque ad epistolam ad Philemonem."

ζ'. *Τέλος γὰρ νόμου Χριστὸς εἰς δικαιοσύνην παντὶ τῷ πιστεύοντι.*

η'. *Ὁ γὰρ ἀγαπῶν τὸν πλησίον νόμον πεπλήρωκε.*

[30] ΠΡΟΣ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΙΣ α', ΠΑΡ ΗΜΙΝ ΔΕ η'.
Πρὸς Θεσσαλονικεῖς β', παρ' ἡμῖν δὲ ϑ'.
Ἡ πρὸς Ἐφεσίους ζ, παρ' ἡμῖν δὲ ε'.

[31] α'. *Μνημονεύοντες ὑμεῖς ποτε τὰ ἔθνη, οἱ λεγόμενοι ἀκροβυστία, ὑπὸ τῆς λεγομένης περιτομῆς ἐν σαρκὶ χειροποιήτου· ἦτε τῷ καιρῷ ἐκείνῳ χωρὶς Χριστοῦ, ἀπηλλοτριωμένοι τῆς πολιτείας τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ ξένοι τῶν διαθηκῶν τῆς ἐπαγγελίας, ἐλπίδα μὴ ἔχοντες, καὶ ἄθεοι ἐν τῷ κόσμῳ· νυνὶ δὲ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ὑμεῖς οἵ ποτε ὄντες μακρὰν ἐγενήθητε ἐγγὺς ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ. Αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ εἰρήνη ὑμῶν, ὁ ποιήσας τὰ ἀμφότερα ἓν, καὶ τὰ ἑξῆς.*

[32] β'. *Διὸ λέγει, Ἔγειρε ὁ καθεύδων, [33] καὶ ἐπιφαύσει σοι ὁ Χριστός.*

γ'. *Ἀντὶ τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα, καὶ κολληθήσεται τῇ γυναικὶ, καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν, παρὰ τὸ, Τῇ γυναικί.*

pag. 319. ΠΡΟΣ ΚΟΛΟΣΣΑΕΙΣ η', ΠΑΡ ΗΜΙΝ ΔΕ ζ.

[34] α'. *Μὴ οὖν τις ὑμᾶς κρινέτω ἐν βρώσει, ἢ [35] ἐν πόσει, ἢ ἐν μέρει ἑορτῆς ἢ νεομηνίας καὶ σαββάτων, ὅ ἐστι σκιὰ τῶν μελλόντων.*

ΠΡΟΣ ΦΙΛΗΜΟΝΑ ϑ', ΠΑΡ ΗΜΙΝ ΔΕ ιγ', Η ΚΑΙ ιδ'.
Πρὸς Φιλιππησίους ι', παρ' ἡμῖν δὲ ϛ'.
Πρὸς Λαοδικεῖς ια'.

Εἷς κύριος, μία πίστις, ἓν βάπτισμα, εἷς θεὸς καὶ πατὴρ πάντων, ὁ ἐπὶ πάντων καὶ διὰ πάντων καὶ ἐν πᾶσιν.

ΑΠΟ ΤΗΣ ΠΡΟΣ ΓΑΛΑΤΑΣ α', ΠΑΡ ΗΜΙΝ ΔΕ [36] δ' [καὶ α'].

α'. *Μάθετε δὲ ὅτι δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται· ὅσοι γὰρ ὑπὸ νόμον, ὑπὸ κατάραν εἰσίν. Ὁ δὲ ποιήσας αὐτὰ ζήσεται ἐν αὐτοῖς.*

β'. *Ἐπικατάρατος πᾶς ὁ κρεμάμενος ἐπὶ ξύλου. Ὁ δὲ ἐκ τῆς ἐπαγγελίας, διὰ τῆς [37] ἐλευθέρας.*

30. *Cornarius:* Ex epistola ad Thessalonicenses prima, apud ipsum quinta, apud nos octava. Et ad Thessalonicenses secunda, apud ipsum sexta, apud nos nona, nihil adscripsimus. Ex epistola ad Ephesios ipsi septima, nobis quinta.

31. *α. 36 est annotatus in marg. exempli Scholliani numerus. Recte infra pro* Μνημονεύοντες *extat* Μνημονεύετε.

32. β. 37 *et cell. legitur manu Andr. Scholli annotatum.*

33. *Plenius infra* καὶ ἀνάστα ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ *cell.*

34. α, λϑ *legitur annotatum in exemplo Scholliano.*

VII. *Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti.* Rom. 10, 4.

VIII. *Qui enim diligit proximum, legem implevit.* Cap. 13, 8.

AD THESSALONICENSES I., QUAE EST APUD NOS VIII.
Ad Thessalonicenses II., quae est apud nos IX.
Ad Ephesios VII., apud nos V.

I. *Memores estote, quod aliquando vos eratis gentes, qui dicebamini praeputium, ab ea quae dicitur circumcisio in carne manu facta. Eratis illo in tempore sine Christo, alienati a conversatione Israel, et hospites testamentorum promissionis, spem non habentes, et sine deo in mundo. Nunc autem in Christo Iesu vos qui aliquando eratis longe, facti estis prope in sanguine ipsius. Ipse enim pax nostra, qui fecit utraque unum etc.* Eph. 2, 11.

II. Ideo dicit: *Surge qui dormis, et illuminabit te Christus.* Cap. 5, 14.

III. *Propter hoc relinquet homo patrem suum, et matrem suam, et adhaerebit uxori, et erunt duo in carnem unam,* dempta voce *Uxori.* Ibid. 31.

AD COLOSSENSES VIII., APUD NOS VII.

I. *Nemo ergo vos iudicet in cibo, et potu, aut in parte diei, aut neomeniae, aut sabbatorum, quod est umbra futurorum.* Col. 2, 16.

AD PHILEMONEM IX., QUAE APUD NOS EST XIII., VEL XIV.
Ad Philippenses X., apud nos VI.
Ad Laodicenos XI.

Unus dominus, una fides, unum baptisma, unus deus et pater omnium, qui est super omnia, et per omnia, et in omnibus. Eph. 4, 5.

EX EPISTOLA AD GALATAS I., APUD NOS IV.

I. *Discite autem, quia iustus ex fide vivit. Quotquot enim sub lege sunt, sub maledicto sunt. Qui autem fecerit ista, vivet in eis.* Gal. 3, 11.

II. *Maledictus omnis qui pendet in ligno. Qui autem ex promissione est, ex libera.* Ibid. 13. Cap. 4, 23.

35. ἐν, *quod desideratur in edit. princ., Petavius ex cod. Vatic. restituit.*

36. τετάρτη καὶ πρώτη *plane scriptum legitur in cod. Rhedig. Petavius istud* καὶ α′ *delendum censuit. Equidem subscribo eius iudicio. Nisi enim omnia me fallunt, additamentum illud* καὶ α′, *sive* καὶ πρώτη, *profectum est a magistello aliquo ad ordinem Apostolici eum, quem infra in Refutatione ab ipso Epiphanio servari videret, id est Marcionis, respiciente, atque verba* παρ' ἡμῖν *non de Christianis orthodoxae ecclesiae, sed de ipso Epiphanio interpretante.*

37. ἐλευθερίας *edidit Cornarius, at in versione Latina scripsit:* per liberam est.

γ'. Μαρτύρομαι δὲ πάλιν ὅτι ἄνθρωπος περιτετμημένος ὀφειλέτης ἐστὶν ὅλον τὸν νόμον πληρῶσαι.

δ'. Ἀντὶ τοῦ, Μικρὰ ζύμη ὅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ, ἐποίησε, Δολοῖ.

ε'. Ὁ γὰρ πᾶς νόμος ὑμῖν πεπλήρωται, Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν.

ς'. Φανερὰ δέ ἐστι τὰ ἔργα τῆς σαρκὸς, ἅτινά ἐστι πορνεία, ἀκαθαρσία, ἀσέλγεια, εἰδωλολατρεία, φαρμακεία, ἔχθραι, ἔρεις, ζῆλοι, θυμοὶ, ἐρίθειαι, διχοστασίαι, αἵρεσις, φόνοι, μέθαι, κῶμοι, ἃ προλέγω ὑμῖν, καθὼς καὶ προεῖπον, ὅτι οἱ τὰ τοιαῦτα πράσσοντες βασιλείαν θεοῦ οὐ κληρονομήσουσιν.

ζ'. Οἱ δὲ τοῦ Χριστοῦ τὴν σάρκα ἐσταύρωσαν σὺν τοῖς παθήμασι καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις.

η'. Οὔτε γὰρ οἱ περιτεμνόμενοι αὐτοὶ νόμον φυλάσσουσι.

pag. 320. ## ΠΡΟΣ ΚΟΡΙΝΘΙΟΥΣ α', ΠΑΡ ΑΥΤΩΙ ΔΕ ΜΑΡΚΙΩΝΙ β', ΚΑΙ ΠΑΡ ΗΜΙΝ β'.

[38] α'. Γέγραπται γὰρ, Ἀπολῶ τὴν σοφίαν τῶν σοφῶν, καὶ τὴν σύνεσιν τῶν συνετῶν ἀθετήσω.

β'. Ἵνα, καθὼς γέγραπται, ὁ καυχώμενος ἐν κυρίῳ καυχάσθω.

γ'. Τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου, τῶν καταργουμένων.

δ'. Γέγραπται γὰρ, Ὁ δρασσόμενος τοὺς σοφοὺς ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν. Καὶ πάλιν, Κύριος γινώσκει τοὺς διαλογισμοὺς τῶν ἀνθρώπων ὅτι εἰσὶ μάταιοι.

ε'. Καὶ γὰρ τὸ πάσχα ἡμῶν ἐτύθη Χριστός.

ς'. Οὐκ οἴδατε ὅτι ὁ κολλώμενος τῇ πόρνῃ ἓν σῶμά ἐστιν; Ἔσονται γὰρ, φησὶν, οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν.

ζ'. [39] Μετηλλαγμένως. Ἀντὶ γὰρ τοῦ, Καὶ ὁ νόμος ταῦτα οὐ λέγει, φησὶ ἐκεῖνος, Εἰ καὶ ὁ νόμος Μωϋσέως ταῦτα οὐ λέγει.

η'. Μὴ τῶν βοῶν μέλει τῷ θεῷ;

θ'. Οὐ θέλω γὰρ ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοὶ, ὅτι οἱ πατέρες ἡμῶν ὑπὸ τὴν νεφέλην ἦσαν, καὶ πάντες διὰ τῆς θαλάσσης διῆλθον, καὶ πάντες τὸ αὐτὸ πνευματικὸν ἔφαγον βρῶμα. Ἔπινον γὰρ ἐκ πνευματικῆς ἀκολουθούσης πέτρας, ἡ δὲ πέτρα ἦν ὁ Χριστός· ἀλλ' οὐκ ἐν τοῖς πλείοσιν αὐτῶν ηὐδόκησε. Ταῦτα δὲ τύποι ἡμῶν ἐγενήθησαν, πρὸς τὸ [40] μὴ εἶναι ἡμᾶς ἐπιθυμητὰς κακῶν, καθὼς κἀκεῖνοι ἐπεθύμησαν· μηδὲ εἰδωλολάτραι γίνεσθε, καθώς τινες αὐτῶν, ὡς γέγραπται, Ἐκάθισεν ὁ λαὸς φαγεῖν καὶ πιεῖν, καὶ ἀνέστησαν παίζειν· μηδὲ ἐκπειράζω-

38. *De cod. Vaticano in exemplo Schottiano annotata invenio haec:* „Hic iterum sequitur numerus, ut supra, et post primum habet Ϡ, post secundum ϛ, post

III. *Testificor rursum, quoniam homo circumcisus debitor est universae legis implendae.* Gal. 5, 3.

IV. Pro eo quod est, *Modicum fermentum totam massam corrumpit*, rescripsit, *Adulterat.* Ibid. 9.

V. *Omnis enim lex vobis impletur. Diliges proximum tuum sicut teipsum.* Ibid. 14.

VI. *Manifesta sunt autem opera carnis, quae sunt fornicatio, immunditia, luxuria, idolorum servitus, veneficia, inimicitiae, contentiones, aemulationes, irae, rixae, dissensiones, sectae, homicidia, ebrietates, comessationes, quae praedico vobis sicut praedixi, quoniam qui talia agunt, regnum dei non possidebunt.* Ibid. 19.

VII. *Qui autem Christi carnem crucifixerunt cum vitiis et concupiscentiis.* Ibid. 24.

VIII. *Neque enim qui circumciduntur, legem custodiunt.* Cap. 6, 13.

AD CORINTHIOS I., QUAE EST APUD MARCIONEM UT ET APUD NOS II.

I. *Scriptum est enim, Perdam sapientiam sapientum, et prudentiam prudentium reprobabo.* 1.Cor. 1, 19.

II. *Ut, quemadmodum scriptum est, qui gloriatur in domino glorietur.* Ibid. 31.

III. *Principum huius seculi, qui evacuantur.* Cap. 2, 6.

IV. *Scriptum est enim: Comprehendam sapientes in astutia eorum.* Cap. 3, 19.
Et iterum: *Dominus novit cogitationes hominum, quia vanae sunt.*

V. *Etenim Pascha nostrum immolatus est Christus.* Cap. 5, 7

VI. *Nescitis quod qui adhaeret meretrici, unum corpus est. Erunt enim, inquit, duo in carnem unam.* Cap. 6, 16.

VII. Mutatus est locus. Nam pro eo quod est, *Et lex haec non dicit*, habet ille, *Etsi lex Moysis haec non dicit.* Cap. 9, 8.

VIII. *Numquid de bobus cura est deo?* Ibid. 9.

IX. *Nolo enim vos ignorare, fratres, quoniam patres nostri sub nube fuerunt, et omnes mare transierunt, et omnes eandem escam spiritalem manducaverunt. Bibebant enim de spiritali consequente eos petra; petra autem erat Christus. Sed non in pluribus eorum beneplacitum est deo. Haec autem in figura facta sunt nostri, ut non simus concupiscentes malorum, sicut illi fuerunt. Neque idolorum cultores efficiamini, sicut quidam ex ipsis, quemadmodum scriptum est: Sedit populus manducare et bibere, et surrexerunt ludere. Neque tentemus* Cap. 10, 1.

tertium ια': et sic in reliquis."
39. *Vulgo* Μετηλλαγμένος.
40. μή, *quod desideratur in edit. princ., Petavius ex cod. Vatic. restituit.*

μεν τὸν Χριστὸν, ἕως ὅπου λέγει, Ταῦτα δὲ τυπικῶς συνέβαινεν ἡμῖν, καὶ τὰ ἑξῆς.

ι'. Τί οὖν φημι; ὅτι ἱερόθυτον τί ἐστιν; [41] ἢ εἰδωλόθυτον τί ἐστιν; ἀλλ' ὅτι ἃ θύουσι δαιμονίοις, καὶ οὐ θεῷ.

ια'. Ἀνὴρ οὐκ ὀφείλει κομᾶν, δόξα καὶ εἰκὼν θεοῦ ὑπάρχων.

ιβ'. Ἀλλὰ ὁ θεὸς συνεκέρασε τὸ σῶμα.

ιγ'. Πεπλανημένως, Ἀλλὰ ἐν ἐκκλησίᾳ θέλω πέντε λόγους τῷ νοΐ μου λαλῆσαι· ἑτέρως δὲ, Διὰ τὸν νόμον.

pag. 321. ιδ'. Ἐν τῷ νόμῳ γέγραπται, ὅτι, Ἐν ἑτερογλώσσοις καὶ ἐν χείλεσιν ἑτέροις λαλήσω πρὸς τὸν λαὸν τοῦτον.

ιε'. Αἱ γυναῖκες ἐν ταῖς ἐκκλησίαις σιγάτωσαν, οὐ γὰρ ἐπιτέτραπται αὐταῖς λαλεῖν· ἀλλ' ὑποτασσέσθωσαν, καθὼς καὶ ὁ νόμος λέγει.

ις'. Περὶ ἀναστάσεως νεκρῶν. Γνωρίζω δὲ ὑμῖν, ἀδελφοὶ, τὸ εὐαγγέλιον, ὃ εὐηγγελισάμην ὑμῖν. Καὶ ὅτι, Εἰ ὁ Χριστὸς οὐκ ἐγήγερται, μάταιον, καὶ τὰ ἑξῆς. Οὕτως κηρύσσομεν, καὶ οὕτως [42] ἐπιστεύσατε, ὅτι Χριστὸς ἀπέθανε, καὶ ἐτάφη, καὶ ἐγήγερται τρίτῃ ἡμέρᾳ. Ὅταν δὲ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσηται ἀθανασίαν, τότε γενήσεται ὁ λόγος ὁ γεγραμμένος, Κατεπόθη ὁ θάνατος εἰς νῖκος.

ΤΗΣ ΠΡΟΣ ΚΟΡΙΝΘΙΟΥΣ β', ΠΑΡ ΑΥΤΩι ΔΕ ΚΑΙ ΠΑΡ ΗΜΙΝ γ'.

[43] α'. Ὅσαι γὰρ ἐπαγγελίαι θεοῦ ἐν αὐτῷ τὸ Ναί· διὸ καὶ δι' αὐτοῦ τὸ Ἀμὴν τῷ θεῷ.

β'. Οὐ γὰρ ἑαυτοὺς κηρύσσομεν, ἀλλὰ κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, ἑαυτοὺς δὲ δούλους ὑμῶν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ· ὅτι ὁ θεὸς ὁ εἰπὼν ἐκ σκότους φῶς λάμψαι.

γ'. Ἔχοντες δὲ τὸ αὐτὸ πνεῦμα τῆς πίστεως καὶ ἡμεῖς πιστεύομεν καὶ λαλοῦμεν. Ἐξέκοψε δὲ τὸ, Κατὰ τὸ γεγραμμένον.

Αὕτη ἡ νενοθευμένη τοῦ Μαρκίωνος σύνταξις, ἔχουσα μὲν χαρακτῆρα καὶ τύπον τοῦ κατὰ Λουκᾶν εὐαγγελίου καὶ Παύλου τοῦ ἀποστόλου οὐχ ὅλον, οὐ πασῶν τῶν αὐτοῦ ἐπιστολῶν, ἀλλὰ μόνον τῆς πρὸς Ῥωμαίους, καὶ τῆς πρὸς Ἐφεσίους, καὶ πρὸς Κολοσσεῖς, καὶ τῆς πρὸς Λαοδικεῖς, καὶ ἀπὸ τῆς πρὸς Γαλάτας, καὶ τῆς πρὸς Κορινθίους πρώτης καὶ δευτέρας, καὶ τῆς πρὸς Θεσσαλονικεῖς πρώτης καὶ δευτέρας, καὶ τῆς πρὸς Φιλήμονα καὶ Φιλιππησίους, καὶ τῆς πρὸς Τιμόθεον πρώτης καὶ δευτέρας, καὶ πρὸς Τίτον, καὶ τῆς πρὸς Ἑβραίους, τῶν ἐμφερομένων παρ' αὐτῷ, ὡς οὐ πληρεστάτων οὐσῶν, ἀλλὰ ὡς ἐν παραχαράξει. Πανταχόθεν δὲ τὴν αὐτὴν σύνταξιν [44] ἐρραδιούργηκε τὴν

41. ἢ εἰδωλόθυτον τί ἐστιν verba adieci ex cod. Vaticano. Extat etiam infra. Desiderantur in editis atque in cod. Rhedig.

42. ἐπιστεύσατε cod. Vatic. ἐπιστεύσαμεν cod. Rhedig. et editi libri.

43. De cod. Vaticano hic manus Andr.

Christum, usque ad ea verba: *Haec autem omnia in figura contingebant ipsis etc.*

X. *Quid ergo dico? Quod idolis immolatum aliquid sit? Sed quae immolant daemoniis, et non deo.* 1. Cor. 10, 19.

XI. *Vir comam non nutriat. Gloria enim et imago dei est.* Cap. 11, 14.

XII. *Sed deus temperavit corpus.* Cap. 12, 24.

XIII. Perperam ista concepit: *Sed in ecclesia volo quinque verba sensu meo loqui.* Aliter enim ille scripsit et, *Ob legem*, addidit. Cap. 14, 19.

XIV. *In lege scriptum est: Quoniam in aliis linguis et labiis loquar populo huic.* Ibid. 21.

XV. *Mulieres in ecclesiis taceant. Non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse, sicut et lex dicit.* Ibid. 34.

XVI. De resurrectione mortuorum. *Notum autem vobis facio, fratres, evangelium, quod praedicavi vobis.* Item: *Si Christus non resurrexit, inanis etc. Sic praedicamus, et sic credidimus: Quoniam Christus mortuus est et sepultus, et resurrexit tertia die. Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est: Absorpta est mors in victoria.* Cap. 15, 1.

EX EPISTOLA II. AD CORINTHIOS, QUAE TAM ILLI QUAM NOBIS EST III.

I. *Quotquot enim promissiones dei sunt, in illo, Est, ideo et per ipsum Amen deo.* 2 Cor. 1, 20.

II. *Non enim nosmetipsos praedicamus, sed dominum Iesum Christum; nos autem servos vestros per Iesum Christum. Quoniam deus qui dixit de tenebris lucem splendescere.* Cap. 4, 5.

III. *Habentes autem eundem spiritum fidei et nos credimus et loquimur.* Ubi voces illas sustulit, *Sicut scriptum est.* Ibid. 13.

Haec est Marcionis adulterina illa lucubratio. Quae tam evangelii secundum Lucam quam epistolarum Pauli apostoli formam speciemque repraesentat, nec earum tamen omnium, sed illius duntaxat quae ad Romanos est scripta, et ad Ephesios, et ad Colossenses, nec non ad Laodicenos, et ad Galatas, et ad Corinthios prima ac secunda. Item ad Thessalonicenses prima et secunda, ad Philemonem, ad Philippenses, ad Timotheum prima et secunda, ad Titum, et ad Hebraeos. Quas omnes non integras, sed depravatas ac mutilatas complexus est: adeo quidem, totum ut illud opus mala fide vi-

Scholii annotatum invenio: „Hic habet post primum κε′, post secundum κϛ′, post tertium κζ′: nihil praeterea.“

44. ἐρρᾳδιούργηκε τὴν *rescripsi pro* ἐρρᾳδιουργημένην, *qua corruptela omnes, quos vidi, libri laborant.*

καὶ ἔν τισι λέξεσιν ἐπιποιήτως προςθήκην ἔχουσαν, οὐκ εἰς ὠφέλειαν, ἀλλὰ εἰς ἥσσονας καὶ ἐπιβλαβεῖς ξενολεξίας κατὰ τῆς ὑγιοῦς πίστεως, ἐκ τοῦ αὐτοῦ ἐμβεβροντημένου νοῦ βοσκήματος.

pag. 322. Ταῦτα δὲ ἡμῖν πεπόνηται καὶ πεπολυπραγμόνηται ἐκ τῆς παρ' [45] αὐτῷ προλελεγμένης γραφῆς ἀποστόλου τε καὶ τοῦ κατὰ Λουκᾶν εὐαγγελίου. [46] Εἰδέναι ἔχοιεν πάντες οἱ πειρώμενοι ἀντιλέγειν τῇ αὐτοῦ πλάνῃ ὅτι τὰ μὲν παρηλλαγμένα ῥήματα κατὰ ῥᾳδιουργίαν ἐντέτακται, ὅσα δὲ οὐκ ἐμφέρεται ἐν τοῖς οἰκείοις τόποις, συληθέντα ὑπάρχει ὑπὸ τῆς αὐτοῦ τόλμης. Ταῦτα γὰρ ἐδόκει ὁ κτηνώδης μόνα ἐναντία εἶναι [47] καὶ ἀντιλέγειν τῇ αὐτοῦ ἐπιπλάστῳ ἐπινοίᾳ.

Ἔστι δὲ τρίτον ἡμῶν τῆς φιλοκαλίας τὸ συναγαγεῖν ὅσα παρ' αὐτῷ τε καὶ παρ' ἡμῖν ηὕρηται συνᾴδοντα καὶ ἔχοντα ἔμφασιν ἐνσάρκου παρουσίας τῆς τοῦ σωτῆρος, καὶ μαρτυρίας συμφωνίας τῆς καινῆς πρὸς παλαιὰν διαθήκην, καὶ ὁμολογίας τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ ὁμολογοῦντος τὸν θεὸν ποιητὴν οὐρανοῦ τε καὶ τῆς γῆς, αὐτόν τε λαλήσαντα ἐν νόμῳ καὶ ἐν προφήταις, ἴδιον δὲ τοῦτον εἶναι πατέρα αὐτοῦ. Καὶ αὕτη μὲν τῆς προειρημένης ὑμῶν ὑποθέσεως ἡ σχολιοποιηθεῖσα σύντομος ὑπομνηματικὴ ἐξ ἀντιγράφων τοῦ Μαρκίωνος σύνταξις πρὸς ἔπος ὡς ἐδάφιον ἡμῖν γεγραμμένη. Ἵνα δὲ μὴ τὰ ἐν αὐτῇ δυςνόητα παρά τισι σκοτεινῶς ἀγνοούμενα ἐμφέρηται, αὖθις πάλιν τοὺς ἀριθμοὺς τῶν ἐπιγραφῶν, πρώτου φημὶ καὶ δευτέρου καὶ τρίτου κεφαλαίου, καθ' εἱρμὸν ἐπιλύσω, δι' ἣν αἰτίαν ἑκάστη λέξις ἀνελέχθη, καὶ ἐνταῦθα μετεβλήθη. Ἄρξομαι δὲ τοῦ λέγειν οὕτως.

ΣΧΟΛΙΟΝ ΑΠΟ ΤΟΥ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΥ ΤΟΥ ΠΑΡ ΑΥΤΩΙ ΤΩΙ ΜΑΡΚΙΩΝΙ.

α'. Ἀπελθὼν δεῖξον σεαυτὸν τῷ ἱερεῖ, καὶ προςένεγκε περὶ τοῦ καθαρισμοῦ σου, καθὼς προςέταξε Μωϋσῆς, ἵνα ᾖ μαρτύριον τοῦτο ὑμῖν.

Ἔλεγχος α'. Πῶς ἠδύνατο ὁ κύριος ὁ κατὰ τοῦ νόμου καὶ κατὰ τοῦ θεοῦ τοῦ νόμου ἔχων τὴν αὐτοῦ διδασκαλίαν, ὡς σὺ φῂς, λέγειν τοῖς ὑπ' αὐτοῦ θεραπευομένοις, φημὶ δὲ τῷ λεπρῷ, Ἀπελθὼν δεῖξον σεαυτὸν τῷ ἱερεῖ; Ἱερεῖ γὰρ λέγων οὐκ ἀθετεῖ τὴν τοῦ νόμου ἱερωσύνην. Καὶ προςένεγκε περὶ τοῦ καθαρισμοῦ σου. Κἂν τε ἀποκόψῃς
pag. 323. τὸ Δῶρον, φανήσεται ἐκ τοῦ Προςένεγκε ὅτι περὶ δώρου λέγει. Περὶ

45. αὐτῷ *codd. Vatic. Rhedig.* αὐτοῦ *libri editi.*

46. *Hic voculam aliquam excidisse iure utique licet suspicari. Petavius putat* ἵνα *coniunctionem, quacum struatur optativus* ἔχοιεν. *Nec improbabile hoc; modo rescripserim* εἰδέναι ἵνα ἔχοιεν *quam* ἵνα εἰδέναι ἔχοιεν. *Equidem quamquam mallem* Εἰδέναι δ' ἔχοιεν, *vel* Εἶτα εἰδέναι ἔχοιεν, *quod Cornarium coniectasse versio*

tiatum et quibusdam dictionibus insuper additis interpolatum fuerit. Quod non communis utilitatis gratia, sed ad vocum periculosissimam novitatem affectandam, furiosa illa belua facere instituit.

Haec autem omnia ex eo quem commemoravimus apostoli evangeliique Lucae libro, quo is utitur, excerpere ac seligere studuimus. Ut quicumque adversus illius errorem disputare fuerint aggressi, prius intelligant quaedam ab eo commutata vocabula, ac per fraudem ac malitiam inserta. Quae vero suis locis minime reperiuntur, eiusdem sunt audacia subtracta. Haec enim homo stupidus sola esse iudicavit commentitiis illis suis opinionibus contraria.

Tertius vero praeterea susceptus a nobis est labor, ut in unam conferremus omnia de quibus cum inter nos atque illum conveniat, ea tamen sunt eiusmodi ut salvatorem nostrum assumpta carne venisse manifeste significent: tum quae veteris novique testamenti consensionem ostendunt, aut ipsiusmet dei filii confessionem, qua deum esse coeli terraeque conditorem, et in lege prophetisque locutum, ac denique patrem esse suum affirmat. De hoc igitur argumento brevem illum commentarium velut scholia quaedam elaboravimus, totumque istud opus e Marcionis libris ad verbum excerptum sic tanquam maioris alicuius solum ac fundamentum praemisimus. Sed ne si quid in eo est ad intelligendum difficile quibusdam ignorantiae tenebris lectorum obducat animos, placet deinceps singula a me proposita suisque titulis inscripta capita, primum, secundum, ac tertium explicando tractare, causamque demonstrare propter quam unaquaeque delecta vox est et ab illo mutata. Hinc igitur disputandi initium faciam.

SCHOLION EX EVANGELIO QUO MARCION UTITUR.

I. *Vade, ostende te sacerdoti, et offer pro purgatione tua, sicut praecepit Moyses, ut sit testimonium hoc vobis.* Luc. 5, 14.

Refutatio I. Potuitne dominus, si contra legem legisque deum suam haberet, ut asseris, comparatam doctrinam, curatis a se hominibus, veluti leproso huic, istiusmodi mandatum edere? *Vade et ostende te sacerdoti* (ubi cum sacerdotem commemorat, legis sacerdotium non abrogat), *et offer pro purgatione tua.* Ac licet vocem illam, *munus,* inducas, ex offerendi verbo nihilominus constat de

eius prodit: Porro sciant omnes, qui eiusdem errori contradicere volunt, quod *cett.*

47. καὶ *particulam de meo addidi. Desideratur in omnibus libris. Cornarius vertit:* Haec enim sola putavit bestialis ille contraria esse. In hoc itaque contradicemus confictae eiusdem versutiae. Et tertio *cett., unde difficile est divinare quid mutandum reponendumve ille censuerit.*

τοῦ καθαρισμοῦ σου, καθὼς προςέταξε Μωϋσῆς. Εἰ γὰρ τοῦ Μωϋσέως τὸ πρόςταγμα συμβουλεύει γενέσθαι, οὐκ ἀθετεῖ, οὐδὲ βλασφημεῖ τὸν θεὸν τοῦ νόμου, ἀλλὰ ὁμολογεῖ καὶ αὐτὸν καὶ τὸν αὐτοῦ πατέρα θεὸν τὸν νόμον τῷ Μωϋσεῖ δεδωκέναι. Διέστρεψας δὲ τὸ ῥητὸν, ὦ Μαρκίων, ἀντὶ δὲ τοῦ εἰπεῖν, Εἰς μαρτύριον αὐτοῖς, Μαρτύριον λέγων ὑμῖν. Καὶ τοῦτο σαφῶς ἐψεύσω κατὰ τῆς σαυτοῦ κεφαλῆς. Εἰ γὰρ Μαρτύριον ὑμῖν ἔλεγεν, ἐμμάρτυρον αὐτὸν ἐποίει ὅτι οὐκ ἦλθε καταλῦσαι τὸν νόμον ἢ τοὺς προφήτας, ἀλλὰ πληρῶσαι.

Σχόλ. β'. Ἵνα δὲ εἰδῆτε ὅτι ἐξουσίαν ἔχει ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἀφιέναι ἁμαρτίας ἐπὶ τῆς γῆς.

Ἔλεγχ. β'. Εἰ οὖν υἱὸν ἀνθρώπου ἑαυτὸν καλεῖ, οὐκ ἀρνεῖται τὴν ἐνανθρώπησιν ὁ μονογενὴς, καὶ μάτην παρὰ σοὶ ᾄδεται τὸ δοκήσει πεφηνέναι. Καὶ εἰ ἔχει ἐξουσίαν ἐπὶ τῆς γῆς, οὐκ ἀλλοτρία ἡ γῆ τῶν αὐτοῦ ποιημάτων καὶ τοῦ αὐτοῦ πατρός.

Σχόλ. γ'. Κύριός ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου καὶ τοῦ σαββάτου.

Ἔλεγχ. γ'. Δύο εὐθὺς ἐν ταὐτῷ, καὶ υἱὸν ἀνθρώπου καὶ κύριον σαββάτου ἑαυτὸν ὁ σωτὴρ ὁμολογεῖ διδάσκων, ἵνα μὴ τὸ σάββατον ἀλλότριον τῆς αὐτοῦ ποιήσεως νομίζηται, κἂν [48] τε ἔσχατον υἱὸς ἀνθρώπου ἀπὸ τῆς ἐνσάρκου παρουσίας κληθῇ.

Σχόλ. δ'. Ἰούδαν Ἰσκαριώτην, ὃς ἐγένετο προδότης. Ἀντὶ δὲ τοῦ, Κατέβη μετ' αὐτῶν, Κατέβη ἐν [49] αὐτοῖς.

Ἔλεγχ. δ'. Ἰούδας Ἰσκαριώτης, ὃς ἐγένετο προδότης. Τίνος λέγε; Πάντως τοῦ συλληφθέντος, ναὶ μὴν καὶ ἐσταυρωμένου καὶ πολλὰ πεπονθότος. Πῶς οὖν συλληφθεὶς σταυροῦται ὁ μὴ ὑπὸ ἁφὴν ὑποπίπτων κατὰ τὸν σὸν λόγον, ὦ Μαρκίων; Δόκησιν γὰρ εἶναι λέγεις. Ἐλεγχθήσεται δὲ ἡ ὑπόνοιά σου ἀντὶ τοῦ γεγράφθαι Ἰούδαν προδότην. Προέδωκε γὰρ καὶ παρέδωκεν εἰς χεῖρας ἀνθρώπων τὸν ἑαυτοῦ δεσπότην. Οὐδὲν δέ σε ὤνησε τὸ, Κατέβη ἐν αὐτοῖς, λέγειν, ἀντὶ τοῦ, Μετ' αὐτῶν. Οὐ γὰρ δύνασαι φαντασίαν ὁρίζειν τὸν παρὰ σοὶ [50] ἄκοντι ὕστερον ὑπὸ ἁφὴν πίπτοντα δεικνύμενον.

pag. 321. Σχόλ. ε'. Καὶ πᾶς ὁ ὄχλος ἐζήτει ἅπτεσθαι αὐτοῦ. Καὶ αὐτὸς ἐπάρας τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς.

Ἔλεγχ. ε'. Πῶς πάλιν ὁ ὄχλος ἠδύνατο ἅψασθαι τοῦ ἁφὴν μὴ ἔχοντος; ποίους δὲ ὀφθαλμοὺς ἐπῆρεν εἰς οὐρανοὺς ὁ ἐκ σαρκὸς μὴ ἡρμοσμένος; ἀλλ' ἵνα δείξῃ ὅτι μεσίτης θεοῦ καὶ ἀνθρώπων ἄνθρωπος

48. τὸ ἔσχατον *ariolatus est Pelavius, reponendum τε ἐσθ' ὅτε, vel similis aliquo non levatur difficultas. Equidem puto quid.*

munere illum esse locutum. *Pro purgatione tua, sicut praecepit Moyses*. Quod si Moysis praecepto iubet obtemperari, legis deum minime condemnat, aut ei maledicit. Sed tam semetipsum quam deum patrem suum legem Moysi tradidisse confirmat. Tu vero, Marcio, scripturae verba depravasti. Nam pro eo quod est, *In testimonium ipsis*, *In testimonium vobis*, ausus es rescribere. Quod in tuum caput perspicue mentitus es. Si enim *In testimonium vobis* dixerit, testificatione illa comprobavit, *non venisse se legem solvere, vel prophetas, sed adimplere.*

Scholion II. *Ut autem sciatis quia potestatem habet filius hominis dimittendi peccata in terra.* Luc. 5, 24.

Refut. II. Cum itaque filium se hominis appellet unigena dei filius, hominem se esse non negat, frustraque apud te canitur specie illum tenus apparuisse. Item si potestatem habet in terra, non erit terra ab illius ac patris ipsius operibus aliena.

Schol. III. *Dominus est filius hominis, etiam sabbati.* Cap. 6, 5.

Refut. III. Duo simul hoc in loco salvator de seipso profitetur, nimirum filium hominis se esse, sabbatique dominum, ne sabbatum a molitione sua abhorrere crederetur; etiamsi, quod postremum est, filius hominis ob assumptam carnem appelletur.

Schol. IV. *Iudam Iscarioten, qui fuit proditor.* Pro eo vero quod est, *Descendit cum ipsis*, *Descendit in ipsum*, legit. Ibid. 16.

Refut. IV. *Iudas Iscariotes qui fuit proditor.* Cuiusnam obsecro? Nimirum illius, qui comprehensus, imo et in crucem sublatus multaque perpessus est. Quanam igitur ratione comprehensus affigi cruci poterit, qui contrectari manibus, ut existimas, non potest, o Marcio? Nihil enim praeter inanem speciem tribuis. Sed haec tua opinio facile convincitur, ex eo quod scriptum est, *Iudam proditorem*. Revera quippe dominum suum prodidit, et in manus hominum tradidit. Neque vero caussam tuam sublevat, quod, *Descendit in ipsos*, non, *cum ipsis*, substitueris. Neque enim caussa adumbrataque specie definire potes illum quem tactu perceptum fuisse fateare ipse vel invitus.

Schol. V. *Et omnis turba quaerebat eum tangere. Et ipse elevatis oculis suis etc.* Ibid. 19.

Refut. V. Qui tandem tangere illum turba potuit qui tactum omnem effugeret? Quosnam vero in coelum oculos sustulit qui minime ex carne constaret? Sed ut planum faceret, *Mediatorem dei* 1. Timoth. 2, 5.

49. αὐτῷ *ed. princ., quod mendum ope cod. Vatic. sustulit Pelavius.*

50. χἄχοντι *rescripsi cum Pelavio. Libri habent* χαχόν τι.

Χριστὸς Ἰησοῦς ἔχων τὰ ἀμφότερα, ἐξ ἀνθρώπων μὲν τὴν σάρκα, ἐκ δὲ θεοῦ πατρὸς τὴν ἀόρατον οὐσίαν.

Σχόλ. ϛ'. Κατὰ τὰ αὐτὰ ἐποίουν τοῖς προφήταις οἱ πατέρες ὑμῶν.

Ἔλεγχ. ϛ'. Εἰ προφητῶν μέμνηται, οὐκ ἀρνεῖται προφήτας. Εἰ ἐκδικεῖ τὸν τῶν προφητῶν φόνον καὶ ὀνειδίζει τοὺς πεφονευκότας τε καὶ διώξαντας, οὐκ ἀλλότριος προφητῶν τυγχάνει, ἀλλὰ θεὸς αὐτῶν ὑπάρχει, ὁ τὴν σύστασιν αὐτῶν ποιούμενος.

Σχόλ. ζ'. Λέγω ὑμῖν, τοσαύτην πίστιν οὐδὲ ἐν τῷ Ἰσραὴλ εὗρον.

Ἔλεγχ. ζ'. Εἰ οὐδὲ ἐν τῷ Ἰσραὴλ τοιαύτην πίστιν εὗρεν, ὡς ἐν τῷ ἀπὸ ἐθνῶν ἐλθόν τι ἑκατοντάρχῃ, ἄρα οὐ ψέγει τὴν τοῦ Ἰσραὴλ πίστιν. Εἰ γὰρ [51] ἀλλότριος θεοῦ ὑπῆρχε, καὶ οὐκ αὐτοῦ καὶ τοῦ αὐτοῦ πατρὸς, οὐκ ἂν ταύτης ἐποιεῖτο τὸν ἔπαινον.

Σχόλ. η'. Παρηλλαγμένον τὸ, Μακάριος [52] ὃς οὐ μὴ σκανδαλισθῇ ἐν ἐμοί. Εἶχε γὰρ ὡς πρὸς Ἰωάννην.

Ἔλεγχ. η'. Κἄν τε πρὸς Ἰωάννην ἔχοι, κἄν τε πρὸς αὐτὸν τὸν σωτῆρα, μακαρίζει τοὺς μὴ σκανδαλιζομένους, ἤτοι ἐν αὐτῷ, ἤτοι ἐν Ἰωάννῃ, ἵνα μὴ ἃ μὴ ἀκούωσι παρ' αὐτοῦ ἑαυτοῖς πλάσσωνται. Ἔχει δὲ μείζονα θεωρίαν, δι' ἣν, φησὶν, εἴρηκεν ὁ σωτήρ· ἵνα μή τις τὸν μείζονα ἐν γεννητοῖς γυναικῶν ὑπ' αὐτοῦ ταχθέντα Ἰωάννην καὶ αὐτοῦ τοῦ σωτῆρος μείζονα νομίσῃ, διὰ τὸ καὶ αὐτὸν ἐκ γυναικὸς γεγενῆσθαι, ἀσφαλίζεται καὶ λέγει τὸ, Καὶ μακάριος ὃς ἐὰν μὴ σκανδαλισθῇ ἐν ἐμοί. Ὅθεν λέγει, Ὁ δὲ μικρότερος ἐν τῇ βασιλείᾳ μείζων αὐτοῦ ἐστιν. Ἦν γὰρ ὁ σωτὴρ τῷ χρόνῳ κατὰ τὴν ἀπὸ σαρκὸς γέννησιν μικρότερος αὐτοῦ ἑξαμηνιαίῳ χρόνῳ, μείζων δὲ ἐν τῇ βασιλείᾳ, δῆλον ὡς θεὸς αὐτοῦ. Οὐδὲν γὰρ ἦλθεν ὁ μονογενὴς ἐν κρυφῇ λαλῆσαι, ἢ καταψεύσασθαί τι
pag. 325. τοῦ ἰδίου κηρύγματος. Φάσκει γὰρ ὅτι, Ἐν κρυφῇ λελάληκα οὐδὲν, ἀλλὰ μετὰ παρρησίας. Ἀλήθεια γάρ ἐστιν, ὡς λέγει, Ἐγώ ἡ ὁδὸς καὶ ἡ ἀλήθεια. Οὐδὲ τοίνυν ἡ ὁδὸς πλάνην ἔχει, οὔτε ἡ ἀλήθεια κρύπτουσα ἑαυτὴν λαλεῖ τὸ ψεῦδος.

Σχόλ. θ'. Αὐτός ἐστι περὶ οὗ γέγραπται, Ἰδοὺ, ἀποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου πρὸ προσώπου σου.

Ἔλεγχ. θ'. Εἰ ἐπιγινώσκει ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ θεοῦ τὸν Ἰωάννην, καὶ προγινώσκει· προγινώσκων δὲ ὑποδείκνυσι τοῖς βουλομένοις εἰδέναι τὴν ἀλήθειαν ὅτι οὗτός ἐστι περὶ οὗ γέγραπται, Ἀποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου πρὸ προσώπου σου. Ἄρα ὁ γράψας καὶ εἰπὼν, Ἀποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου πρὸ προσώπου σου, ὁ θεὸς ὁ αἰώνιος, ὁ ἐν τοῖς προφήταις λαλήσας καὶ ἐν νόμῳ, οὐκ ἀλλότριος ἦν τοῦ ἰδίου [53] υἱοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἀποστέλλει γὰρ αὐτοῦ τὸν ἄγγελον πρὸ προς-

51. *Libri habent* ἀλλότριον
52. *Videtur esse reponendum* ὃς ἐὰν μή. *Ita enim supra erat scriptum in loco gemello, et ita repetitur infra in Refutatione.*

et hominum hominem esse Christum Iesum, qui utrumque complecteretur, atque ab hominibus carnem, a deo vero patre naturam accepisset, quae oculorum aciem fugeret.

Schol. VI. *Secundum haec eadem faciebant prophetis patres vestri.* Luc. 6, 23.

Refut. VI. Cum prophetarum mentionem faciat, prophetas non repudiat. Cumque illorum caedem ulciscatur, iisque qui occiderunt ac persecuti sunt, istud ipsum exprobret, non a prophetis alienus, sed eorundem deus erit, a quo illi originem traxerunt.

Schol. VII. *Dico vobis, Non inveni tantam fidem neque in Israel.* Cap. 7, 9.

Refut. VII. Si ne in Israel quidem tanta est ab illo fides inventa, quanta in centurione illo gentili, non igitur Israelis fidem condemnat. Qui si a deo alienus esset, neque aut ad se, aut ad patrem suum attineret, nequaquam illam praedicaret.

Schol. VIII. Mutatum istud est: *Beatus qui non fuerit scandalizatus in me.* Quippe ad Ioannem referebatur. Ibid. 23.

Refut. VIII. Sive ad Ioannem, sive ad ipsum salvatorem pertineat, beatos illos esse pronuntiat qui scandalizati non fuerint in se vel in Ioanne, ne ea sibi fingant quae a se non audierint. Sed inest quiddam attentiori consideratione dignum, cuius gratia illa sunt a salvatore dicta: ne quis videlicet Ioannem, quo inter natos mulierum maiorem esse neminem dixerat, salvatori etiam ipsi anteponendum putaret, quod is natus esset e muliere. Ob id consulto istud adiecit: *Et beatus qui non fuerit scandalizatus in me.* Unde etiam subiicit: *Qui autem minor est in regno, maior est ipso.* Erat quippe dominus illo, quod ad carnis originem spectat, semestri spatio minor, sed in regno tamen maior, utpote qui et illius esset deus. Nihil enim unigenitus clam dicturus, aut falso praedicaturus advenit. *In occulto*, inquit, *locutus sum nihil, sed palam.* Siquidem veritas est, ut asserit: *Ego sum via, et veritas.* Quare nec errorem habet via, nec veritas semetipsam dissimulans mendacium profert. Ioann. 18, 20. Ioann. 14, 6.

Schol. IX. *Hic est de quo scriptum est: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam.* Luc. 7, 27. Malach. 3, 1.

Refut. IX. Si Ioannem unigenitus dei filius agnoscit, consequens est, ut ante cognoverit. Hoc ipso vero quod ante cognoverit, veritatis studiosis illum esse demonstrat, de quo scriptum sit, *Mitto angelum meum ante faciem tuam.* Quamobrem qui ita scripsit, et dixit, *Mitto angelum meum ante faciem tuam*, sempiternus inquam ille deus, qui in prophetis ac lege locutus est, a Iesu Christo filio suo nequaquam abhorret; cum illius ante faciem, nimirum filii apud pa-

53. υἱοῦ *de coniectura addidi cum Petavio. Non extat enim in vett. libris illud vocabulum.*

ώπου αὐτοῦ, πρὸ προςώπου υἱοῦ ἐκ πατρὸς τιμωμένου. Οὐ γὰρ ἀπέστελλε τὸν αὐτοῦ ἄγγελον ἀλλοτρίῳ ἐξυπηρετησόμενον, εἴπερ καὶ ἀντίθετος ἦν αὐτοῦ, κατὰ τόν σου, ὦ Μαρκίων, λόγον.

Σχόλ. ι'. Καὶ εἰςελθὼν εἰς τὸν οἶκον τοῦ Φαρισαίου κατεκλίθη· ἡ δὲ γυνὴ στᾶσα ὀπίσω, ἡ ἁμαρτωλὸς, παρὰ τοὺς πόδας, ἔβρεξε τοῖς δάκρυσι [54] τοὺς πόδας καὶ ἤλειψε, καὶ κατεφίλει.

Ἔλεγχ. ι'. Τὸ Εἰςελθὼν σῶμα δείκνυσιν· οἶκον γὰρ δείκνυσι, καὶ μέτρον σώματος. Καὶ τὸ κατακλιθῆναι οὐδενός ἐστιν, ἀλλ' ἢ [55] οὗ σῶμα ὀγκηρὸν τὸ κατακείμενον. Καὶ τὸ τὴν γυναῖκα βρέξαι τοῖς δάκρυσι τοὺς πόδας, οὐ φαντασίας πόδας, οὐδὲ δοκήσεως. Ἤλειψε γὰρ καὶ ἔβρεξε καὶ κατεφίλει, τῆς ἀφῆς τοῦ σώματος αἰσθανομένη.

Σχόλ. ια'. Καὶ πάλιν, Αὕτη τοῖς δάκρυσιν ἔβρεξε τοὺς πόδας μου, καὶ ἤλειψε, καὶ κατεφίλει.

Ἔλεγχ. ια'. Ἵνα μὴ νομίσῃς, ὦ Μαρκίων, μόνον νομίζεσθαι παρὰ ἀνθρώποις τὴν ἁμαρτωλὸν γυναῖκα τοὺς πόδας τοῦ σωτῆρος βρέξαι τε καὶ ἀλεῖψαι καὶ καταπεφιληκέναι, αὐτὸς ὁ σωτὴρ ἐπιβεβαιοῖ, οὐ κατὰ δόκησιν ταῦτα γεγενῆσθαι διδάσκων, ἀλλὰ ἐξ ἀληθείας, πρὸς ἔλεγχον τοῦ Φαρισαίου καὶ σοῦ τοῦ Μαρκίωνος καὶ τῶν κατὰ σὲ, δυσχυριζόμενος καὶ λέγων, Αὕτη τοὺς πόδας μου ἤλειψε καὶ κατεφίλει. Πόδας δὲ ποίους, ἀλλ' ἢ τοὺς ἐκ σαρκὸς καὶ ὀστέων καὶ τῶν ἄλλων ὑπάρχοντας;

Σχόλ. ιβ'. Οὐκ εἶχεν, Ἡ μήτηρ αὐτοῦ καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, ἀλλὰ μόνον, Ἡ μήτηρ σου καὶ οἱ ἀδελφοί σου.

pag. 326. Ἔλεγχ. ιβ'. Κἂν τε ἀνωτέρω παρακόψῃς, ὦ Μαρκίων, τὸ ῥητὸν τοῦ εὐαγγελίου, ἵνα ποιήσῃς τὸν εὐαγγελιστὴν μὴ συντιθέμενον τῇ ὑπό τινων ῥηθείσῃ λέξει ὅτι, Ἡ μήτηρ σου, καὶ οἱ ἀδελφοί σου, οὐ δύνασαι ὑπερβαίνειν τὴν ἀλήθειαν. Διὰ τί γὰρ μὴ πολλὰς ἐκάλεσε μητέρας; διὰ τί μὴ πολλὰς εἶπε πατρίδας; Πόσοι πόσα λέγουσι περὶ Ὁμήρου; ἄλλοι μὲν Αἰγύπτιον φάσκοντες, ἄλλοι δὲ Χῖον, ἄλλοι Κολοφώνιον, ἄλλοι Φρύγα, ἄλλοι Σμυρναῖον, [56] Μέλητος καὶ Κριθηΐδος, Ἀθηναῖον δὲ αὐτὸν οἱ περὶ Ἀρίσταρχον ἀπεφήναντο· ἄλλοι δὲ Λυδὸν, Μαιόνος, ἄλλοι δὲ Κύπριον, [57] Προποδιάδος περιοικίδος τῆς [58] Σαλαμινίων περιμέτρου, καί τοί γε ἄνθρωπον. Διὰ δὲ τὸ ἐν πολλαῖς πατρίσι γεγενῆσθαι πολλοὺς εἰς διάφορον ὑφήγησιν ἐλήλακεν. Ὧδε δὲ περὶ θεοῦ λέγοντες καὶ Χριστοῦ οὐ πολλὰς ὑπέλαβον μητέρας, ἀλλὰ τὴν μίαν τὴν ὄντως αὐτὸν γεγεννηκυῖαν· καὶ οὐ πολλοὺς ἀδελφοὺς, αλλὰ τοὺς υἱοὺς Ἰωσὴφ ἐκ τῆς ὄντως αὐτοῦ ἄλλης γυναικός· καὶ οὐ δύνασαι κατὰ τῆς ἀληθείας ὁπλίζεσθαι. Καὶ μή σε πλανάτω ὁ λόγος

54. *Addidi hoc* τοὺς πόδας *quod in libris desideratur, sed supra extabat in loco gemello.*

55. οὗ *de meo addidi. Cornarius et*

trem honoratissimi, suum angelum miserit. Neque enim angelum suum ad alieni obsequium allegaret, praesertim si, ut ais, Marcio, eidem foret contrarius.

Schol. X. *Et ingressus in domum Pharisaei discubuit. Mulier autem peccatrix retro stans ad pedes lacrymis rigavit, et unxit, et osculabatur.* Luc. 7, 36.

Refut. X. Hoc ipsum, quod ingressus est, habuisse corpus ostendit. Domum quippe ac mensuram corporis significat. Tum accumbere nullum ad alterum pertinet quam ad eum cuius accumbens corpus mole sit praeditum. Item quod mulier lacrymis pedes irrigat, non simulacra fuisse pedum inania demonstrat. *Unxit enim, et rigavit, et osculata est*, corpus aliquod procul dubio contrectans.

Schol. XI. Et iterum: *Haec lacrymis rigavit pedes meos, et unxit, et osculata est.* Ibid. 44.

Refut. XI. Ne ita putares, o Marcio, sola hominum opinione salvatoris pedes rigasse, unxisse atque osculatam esse mulierem, idem ipse dominus astipulator accedit, ac non opinione istud accidisse sola, sed reipsa demonstrat, et non ad Pharisaeum modo, sed ad te, o Marcio, tuosque redarguendos istud affirmat ac praedicat. *Haec*, inquit, *unxit pedes meos, et osculata est.* Quosnam obsecro pedes, nisi ex carne, ossibus ceterisque partibus compositos?

Schol. XII. Deerat in illius codice: *Mater eius, et fratres eius:* sed solum erat: *Mater tua et fratres tui.* Cap. 8, 19.

Refut. XII. Tametsi evangelicae sententiae superiora illa recidas, o Marcio, ut ne evangelii scriptor huic quorundam voci suffragari videatur, *Mater tua, et fratres tui*, veritatem nihilominus ipsam praeterire non potes. Cedo enim cur non plerasque matris appellavit nomine? cur non plures habuit patrias? Quam varia de Homero dicuntur a multis! Quem Aegyptum alii faciunt, alii Chium, Colophonium aliqui, nonnulli Phrygem, alii Smyrnaeum, Meletis et Critheidis filium, Atheniensem fuisse prodit Aristarchus, alii Lydum e Maeonia, alii denique Cyprium, e suburbano Salaminis agro, qui ad montis radices circumfusus est. Atqui homo ille quidem extitit. Verum quoniam oppida multa peragravit, plerosque varias in sententias opinionesque distraxit. Hic autem cum de deo Christoque mentionem haberent, non plures eius matres, sed unum duntaxat commemorarunt, a qua esset ille revera genitus; neque fratres multos, sed Iosephi solum liberos, quos ex alia germana coniuge susceperat, ut ex eo contra veritatem armari minime possis. Ac ne te

Petavius suppleverunt ἔχοντος.
56. *Vulgo* Μέλιτος.
57. Propodiadis *vertit Cornarius.*
58. Σαλαμηνίων *habent libri.*

ὃν εἶπεν ὁ κύριος, Τίς μου ἡ μήτηρ καὶ οἱ ἀδελφοί; οὐ γὰρ ἀρνούμενος τὴν μητέρα ταῦτ' ἔφη, ἀλλὰ τὸ ἄκαιρον ἀνατρέπων τοῦ εἰπόντος, τοσούτου ὄχλου περιεστῶτος καὶ τῆς αὐτοῦ μὲν σωτηριώδους διδασκαλίας προχεομένης καὶ αὐτοῦ [59] ἐπὶ τὰς ἰάσεις καὶ τὸ κήρυγμα ἀσχολουμένου. Ἀπασχόλησις γὰρ ἐδόκει εἶναι τὸ τὸν εἰπόντα ἐκκόψαι αὐτὸν διὰ [60] τοῦ εἰπεῖν, Ἰδοὺ, ἡ μήτηρ σου, καὶ οἱ ἀδελφοί σου. Καὶ εἰ μὴ ὅτι διὰ χαρᾶς ἔσχεν, οὐχ ὡς ἀγνοῶν ὅτι ἥκασι πρὸ τοῦ ἀκηκοέναι, ἀλλὰ προγιγνώσκων ὅτι ἔξω ἑστήκασιν· ἐπεὶ ἂν μετ' ἐπιτιμίας τὴν ἄκαιρον τοῦ εἰπόντος φωνὴν ἀνέτρεψεν. Ὡς καὶ τῷ Πέτρῳ ποτὲ ἔφη, Ἀπόστα ἀπ' ἐμοῦ, Σατανᾶ, ὅτι οὐ φρονεῖς τὰ τοῦ θεοῦ, ἀλλὰ τὰ τῶν ἀνθρώπων.

Σχόλ. ιγ'. Πλεόντων αὐτῶν ἀφύπνωσεν· ὁ δὲ ἐγερθεὶς ἐπετίμησε τῷ ἀνέμῳ καὶ τῇ θαλάσσῃ.

Ἔλεγχ. ιγ'. Τίς ὕπνωσε; λέγε· περὶ τῆς θεότητος οὐ τολμήσεις λέγειν. Εἰ δὲ κἂν εἴποις, κατὰ [61] τῆς αὐτοῦ κεφαλῆς, θεήλατε, βλασφημήσεις. Παντὶ δέ τῳ δῆλόν ἐστιν ὅτι ὁ ἐν ἀληθείᾳ ἐνανθρωπήσας ὕπνου χρῄζων διὰ τὸ σωματικὸν ὕπνωσεν. Οἱ γὰρ αὐτὸν διυπνίσαντες
pag. 327. οὐ δόκησιν εἶδον, ἀλλὰ ἐνανθρώπησιν ἀληθινήν. Ἀμέλει χερσὶ κινοῦντες καὶ φωνήσαντες μαρτυροῦσι ὅτι ἤγειραν. Ἀναστὰς γὰρ, φησὶν, ὁ κοιμηθεὶς θεὸς, σαρκοφόρος ὁ ἀπ' οὐρανοῦ κατελθὼν καὶ σάρκα δι' ἡμᾶς ἀμφιεσάμενος, ἠγέρθη μὲν ὡς ἄνθρωπος, ἐπετίμησε δὲ ὡς θεὸς τῇ θαλάσσῃ, καὶ [62] ἐκοίμησε.

Σχόλ. ιδ'. [63] Ἐγένετο ἐν τῷ ὑπάγειν αὐτὸν, συνέπνιγον αὐτὸν οἱ ὄχλοι. Καὶ γυνὴ ἁψαμένη αὐτοῦ ἰάθη τοῦ αἵματος· καὶ εἶπεν ὁ κύριος, Τίς μου ἥψατο; καὶ πάλιν, Ἥψατό μού τις. Καὶ γὰρ ἔγνων δύναμιν ἐξελθοῦσαν ἀπ' ἐμοῦ.

Ἔλεγχ. ιδ'. Ἐν τῷ ὑπάγειν αὐτοὺς, καὶ οὐκ εἶπεν Ἐν τῷ ὑπάγειν αὐτὸν, ἵνα μὴ ἑτέρως αὐτὸν σχηματίσει παρὰ τὴν τῶν ὁδοιπορούντων ἀκολουθίαν. Τὸ δὲ, Συνέπνιγον αὐτὸν οἱ ὄχλοι, πνεῦμα οὐκ ἠδύναντο συμπνίγειν οἱ ὄχλοι. Γυνὴ δὲ ἁψαμένη καὶ ἰαθεῖσα οὐκ ἀέρος ἥψατο, ἀλλὰ ἁφῆς ἀνθρωπείας. Ἵνα γὰρ δείξῃ ὅτι οὐχὶ δοκήσει μόνον ἡ ἁφὴ τοῦ σώματος αὐτοῦ ὑπὸ τῆς γυναικὸς γεγένηται, διδάσκει λέγων, Τίς μου ἥψατο; καὶ γὰρ ἔγνων δύναμιν ἐξελθοῦσαν ἀπ' ἐμοῦ.

Σχόλ. ιε'. Ἀναβλέψας εἰς τοὺς οὐρανοὺς ηὐλόγησεν [64] ἐπ' αὐτούς.

59. ἐπὶ, *quod deerat in ed. princ., Petavius ex cod. Vatic. adiecit.*
60. τοῦ *cod. Vatic.* τὸ *reliqui libri.*
61. *Scriptum fuisse puto* τῆς σαυτοῦ.
62. ἐκοίμησε *meo periculo rescripsi. Petavio placuit* ἔπαυσε. *Cornarius reddidit:* et tranquillitatem fecit. *Epiphanii libri habent* ἐποίησε.

domini responsum illud in errorem impellat: *Quae est mater mea, et fratres?* Scito non his verbis negatam esse matrem, sed eius importunitatem repressam, qui tanta multitudine circumfusa, dum salutaris doctrina profunditur, ipseque adeo in curandis corporibus, ac praedicando dei verbo totus occupatur, sic eum ausus est alloqui. Interpellasse quippe visus est, qui hunc in modum interruperat: *Ecce mater tua, et fratres tui.* Quod nisi gratus ac iucundus illorum adventus ipsi fuisset, non quod antequam audiret venisse nesciret, sed quod adesse foris antea cognovisset, acerbiori quidem increpatione intempestivam hominis vocem excepisset, velut cum Petro respondit, *Discede a me, Satana, quoniam non sapis quae dei sunt, sed quae hominum.* Matth. 16, 23.

Schol. XIII. *Navigantibus illis obdormivit. Expergefactus vero increpavit ventum et mare.* Luc. 8, 24.

Refut. XIII. Age vero quisnam obdormiisse dicitur? Divinitatem ipsam ne tu quidem audebis dicere. Atque ut maxime audeas, tuum in caput, execrande, maledicta ista recident. Sed nemo est qui non intelligat eum qui homo revera sit factus, somno propter corpus indigentem obdormiisse. Nam qui illum excitarunt, non larvam aliquam, sed veram hominis naturam contuebantur. Unde et manibus concutientes compellantesque sese illum expergefecisse testantur. *Surgens enim*, inquit, *ille ipse qui dormierat*, carne praeditus deus, e coelo delapsus, propter nos carne vestitus tanquam homo suscitatus est, sed utpote deus *increpavit mare*, totumque illud admirandum opus praestitit.

Schol. XIV. *Et contigit cum iret, ut a turbis comprimeretur. Et mulier cum tetigisset ipsum, sanata est a fluxu sanguinis. Et ait dominus, Quis me tetigit?* Ac rursum: *Tetigit me aliquis. Nam ego novi virtutem de me exisse.* Ibid. 42.

Refut. XIV. *Cum irent*, non dixit, *cum iret*, ne aliter illum quam ceteri iter facientes solent habuisse crederes. Quod vero scriptum est, *Comprimebatur a turbis*, utique spiritum comprimere turbae non poterant. Sed et mulier, quae tetigit ac sanata est, non aërem, sed humanum quiddam quod contrectari posset attigit. Ut enim ostenderet mulierem corpus illius non specie sola tetigisse, istud ipsum responsione sua declarat: *Quis me tetigit? Nam et novi virtutem a me exisse.*

Schol. XV. *Suspiciens in coelum benedicebat ipsis.* Cap. 9, 16.

63. *Supra extat* Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ *cett.*

64. ἐπ' αὐτοὺς *restitui pro* αὐτούς, *quod h. l. in libris reperitur. Praepositionem addendam videlicet elenchus probat et idem locus supra prolatus.*

Ἔλεγχ. ιε΄. Εἰ ἀνέβλεψεν εἰς οὐρανοὺς καὶ ηὐλόγησεν ἐπ᾽ αὐτούς, οὐ δοκήσει εἶχε τῶν τε ὀφθαλμῶν καὶ τῶν ἄλλων μελῶν τὰ σχήματα.

Σχόλ. ις΄. Λέγων, Δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου πολλὰ παθεῖν, καὶ ἀποκτανθῆναι, καὶ μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἐγερθῆναι.

Ἔλεγχ. ις΄. Εἰ υἱὸν ἀνθρώπου καὶ παθεῖν καὶ ἀποκτανθῆναι ἑαυτὸν ὁμολογεῖ ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ θεοῦ, κατὰ σοῦ ἀξίνη ἐστὶν αὕτη ἐκτέμνουσά σου πᾶσαν τὴν ῥίζαν, ὦ ἐξ ἀκανθῶν γεγεννημένε Μαρκίων, καὶ νεφέλη ἄνυδρε, δένδρον τε ἄκαρπον καὶ φθινοπωρινόν. Καὶ γάρ φησι πάλιν, Καὶ μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἐγερθῆναι. Τί δὲ τὸ Ἐγερθῆναι, ἀλλὰ αὐτὸ τὸ πεπονθὸς καὶ ταφὲν ἐν τῷ μνημείῳ; Δόκησις δέ, ἢ ἄνεμος, ἢ πνεῦμα, ἢ φαντασία, κηδείαν καὶ ταφὴν οὐκ ἐνεδέχετο, καὶ ἀνάστασιν.

Σχόλ ιζ΄. Καὶ ἰδού, [65] δύο ἄνδρες συνελάλουν αὐτῷ, Ἠλίας καὶ Μωσῆς ἐν δόξῃ.

Ἔλεγχ. ιζ΄. Τάχα οἶμαι διὰ τῶν λόγων τούτων τὸ παρὰ τῷ ἁγίῳ
pag. 328. Ζαχαρίᾳ δρέπανον κατὰ σοῦ, ὦ Μαρκίων, ἀνατετύπωται, ἐκτέμνον σου πᾶσαν τὴν κατὰ νόμου καὶ προφητῶν ἐπινενοημένην ψευδηγορίαν. Ἐπειδὴ γὰρ ἔμελλες ἀθετεῖν νόμον καὶ προφήτας, ἀλλοτρίους αὐτοὺς φάσκων τοῦ σωτῆρος καὶ τῆς αὐτοῦ δόξης καὶ τῆς αὐτοῦ ἐνθέου διδασκαλίας, ἀμφοτέρους ἤγαγε μεθ᾽ ἑαυτοῦ ἐν τῇ ἰδίᾳ αὐτοῦ δόξῃ, καὶ ἔδειξε τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς, καὶ οἱ μαθηταὶ ἡμῖν καὶ τῷ κόσμῳ, τουτέστι παντὶ ἀνθρώπῳ βουλομένῳ ζῆν· ἵνα διὰ μὲν τοῦ πρώτου ὡς ἐν ἀξίνῃ σου τέμῃ τὰς ῥίζας, διὰ δὲ τοῦ δευτέρου ὡς διὰ δρεπάνου τοῦ λόγου τῆς ἀληθείας ἐκτέμῃ σου τοὺς κλάδους, τοὺς τὸ κώνειον καὶ θανάσιμον τοῖς ἀνθρώποις ἐκποιοῦντας γλοιώδη ὀπὸν βλασφημίας. Εἰ γὰρ ἀλλότριος ἦν Μωϋσῆς ὁ ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ πάλαι πιστευθεὶς τὸν νόμον, καὶ οἱ προφῆται ἦσαν ἀλλότριοι, οὐκ ἂν αὐτοῖς σὺν αὐτῷ ἐν τῇ ἰδίᾳ αὐτοῦ δόξῃ ἀπεκάλυπτε. Βλέπε γὰρ τὸ θαῦμα, ὅτι οὐδὲ ἐν τῷ μνήματι τούτους ἔδειξεν, οὐδὲ παρὰ τὸν σταυρόν, ἀλλ᾽ ὅτε τὸ μέρος τῆς αὐτοῦ δόξης ὡς εἰς ἀρραβῶνα ἡμῖν ἀπεκάλυπτε, τότε τοὺς ἁγίους, Μωϋσέα τέ φημι καὶ Ἡλίαν, ἅμα αὐτῷ ἤγαγεν, ὅπως συγκληρονόμους τῆς αὐτοῦ βασιλείας αὐτοὺς ὑποδείξῃ.

Σχόλ. ιη΄. Ἐκ τῆς νεφέλης φωνή, Οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός.

Ἔλεγχ. ιη΄. Παντί τῳ δῆλόν ἐστιν ὅτι ἡ νεφέλη οὐκ ἔστιν ἀνωτάτη, οὔτε ὑπὲρ οὐρανὸν ὑπάρχει, ἀλλὰ ἐν τῇ καθ᾽ ἡμᾶς κτίσει, ὅθεν ἡ φωνὴ πρὸς τὸν σωτῆρα ἠνέχθη. Εἰ τοίνυν ὁ πατὴρ καὶ ἐν νεφέλῃ λαλεῖ, ὑποδεικνύων τοῖς μαθηταῖς τὸν αὐτοῦ υἱόν, οὐκ ἄλλος ἐστὶν ὁ δημιουρ-

65. δύο voculam, quae vulgo desideratur, absorpta videlicet per illud ἰδού, re-

Refut. XV. Si in coelum suspexit, ac benedixit illis, oculorum membrorumque reliquorum formas non specie tenus praeferebat.

Schol. XVI. *Dicens, Oportet filium hominis multa pati, et occidi, et post tres dies resurgere.* Luc. 9, 22.

Refut. XVI. Cum hominis filium, hoc est seipsum, et pati et interfici unigenitus dei filius affirmet, haec nimirum illa contra te securis est, quae radices tuas omnes amputat, o Marcio de spinis exorte, *Nubes sine aqua, arbor infructuosa, et autumnalis.* Nam et statim subiicit, *Et post tres dies resurgere.* Quid est autem quod resurgere dicitur, nisi corpus illud quod passum est, atque in monumento sepultum? Umbra enim, aut ventus, aut spiritus, aut larva, neque funus ac sepulturam, nec resurrectionem capere potuisset. Iudae 12.

Schol. XVII. *Et ecce viri cum illo loquebantur, Elias et Moyses in gloria.* Luc. 9, 30.

Refut. XVII. Quantum equidem opinor hisce verbis falx illa, quam Zacharias commemorat, adversum te significatur, quae tua omnia contra legem ac prophetas mendacia succidat. Etenim quoniam emersurus eras aliquando, qui lege prophetisque repudiatis, a salvatore eiusque gloria ac coelesti doctrina alienos eos esse contenderes, utrumque ad illud gloriae suae ac maiestatis speciem adhibuit, ac discipulis suis ostendit, discipuli porro nobis, ac toti adeo mundo significarunt, hoc est cuilibet homini qui vitae ac salutis desiderio teneatur. Nimirum ut qui primo loco memoratus est, asciae sit instar, quae radices tuas excidat, alter sic tanquam veritatis falx ramos tuos amputet, ex quibus cicutae similis ac letifer ille succus viscique more sequacissimus exprimitur. Nam si alienus esset Moyses ille, cui legis est a Christo quondam mandata provincia, si alieni insuper prophetae, nunquam eos secum sua illa in gloria repraesentaret. In quo quid mirabile contigerit animadverte. Neque enim eos in sepulchro, aut ad crucem apparere voluit, sed tunc solum, cum splendoris sui particulam nobis velut arrhabonem ac pignus aspergeret. Tum enim sanctos illos secum Moysen et Eliam adduxit, ut eiusdem secum regni participes ac socios esse monstraret. Zach. c. 5. apud LXX Interpretes.

Schol. XVIII. *E nube vox, Hic est filius meus dilectus.* Luc. 9, 35.

Refut. XVIII. Manifestum cuivis est, opinor, nubem neque suprema in regione, neque supra coelum esse, sed in hac infima conditarum rerum statione versari, unde vox est ad salvatorem delapsa. Igitur si de nube locutus pater filium suum discipulis osten-

ponendam putavi eo magis quod eam supra extare videbam.

γὸς, ἀλλὰ ὁ αὐτὸς ὁ καὶ διὰ νεφέλης τῷ ἰδίῳ υἱῷ μαρτυρήσας, καὶ οὐ τῶν ὑπὲρ οὐρανῶν μόνων δεσπόζων, ὡς αὐτὸς φάσκεις.

Σχόλ. ιθ'. Ἐδεήθην τῶν μαθητῶν σου. Εἶχε δὲ παρὰ τὸ, Οὐκ ἠδυνήθησαν ἐκβαλεῖν αὐτὸ, Καὶ πρὸς αὐτοὺς, Ὦ γενεὰ ἄπιστος, ἕως [66] πότε ἀνέξομαι ὑμῶν;

Ἔλεγχ. ιθ'. Τὸ, [67] Ἕως πότε, ἐνσάρκου παρουσίας χρόνου ἐστὶ σημαντικὸν, καὶ τὸ, Ὦ γενεὰ ἄπιστος, ὡς τῶν προφητῶν ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ θεοσήμεια ἐργασαμένων καὶ πεπιστευκότων, ὡς ὁ Ἠλίας εὑρίσκεται ποιῶν, καὶ Ἐλισσαῖος, καὶ οἱ ἄλλοι.

Σχόλ. κ'. Ὁ γὰρ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου μέλλει παραδίδοσθαι εἰς χεῖρας ἀνθρώπων.

pag. 329. *Ἔλεγχ. κ'.* Υἱοῦ ἀνθρώπου, καὶ παραδοθησομένου εἰς χεῖρας ἀνθρώπων, οὐ δοκήσεως ἡ ἔμφασις, οὐδὲ φαντασίας, ἀλλὰ σώματος καὶ μελῶν θεωρία.

Σχόλ. κα'. Οὐδὲ τοῦτο ἀνέγνωτε, τί ἐποίησε Δαβίδ· εἰςῆλθεν εἰς τὸν οἶκον τοῦ θεοῦ.

Ἔλεγχ. κα'. Εἰ οἶκον θεοῦ φάσκει τὸν οἶκον τῆς παρὰ Μωϋσέως γενομένης σκηνοπηγίας, οὐκ ἀθετεῖ τὸν νόμον, οὐδὲ τὸν θεὸν τὸν λαλήσαντα ἐν τῷ νόμῳ. Θεὸν γὰρ αὐτὸν φάσκει, ὅς ἐστιν αὐτοῦ πατὴρ, ἢ αὐτὸς μονογενής. Εἴωθε γὰρ τριὰς, πατὴρ καὶ υἱὸς καὶ ἅγιον πνεῦμα, ἐνεργεῖν ἔν τε νόμῳ καὶ προφήταις καὶ εὐαγγελίοις καὶ ἐν ἀποστόλοις.

Σχόλ. κβ'. Εὐχαριστῶ σοι, κύριε τοῦ οὐρανοῦ. Οὐκ εἶχε δὲ, Καὶ τῆς γῆς, οὔτε Πάτερ εἶχεν. Ἐλέγχεται δέ· κάτω γὰρ εἶχεν, Ναὶ, ὁ πατήρ.

Ἔλεγχ. κβ'. Εὐχαριστεῖ κυρίῳ τοῦ οὐρανοῦ, κἂν περιέλῃς, Τῆς γῆς, κἂν παρακόψῃς τὸ Πάτερ, ἵνα μὴ πατέρα αὐτοῦ ὑποδείξῃς, Μαρκίων, τὸν Χριστὸν λέγοντα τὸν δημιουργόν. Μένει γὰρ τῆς ἀληθείας τὰ μέλη ζῶντα. Ὥςπερ γὰρ ἐν λειψάνῳ κατὰ λήθην εἴασας, ὦ Μαρκίων, τὸ, Ναὶ, ὁ πατήρ. Ἀποδέδεικται τοίνυν ἐξάπαντος τῷ ἰδίῳ πατρὶ εὐχαριστεῖν τὸν Χριστὸν, καὶ οὐρανοῦ κύριον αὐτὸν ὀνομάζειν. Καὶ πολλή σου φρενοβλάβεια, μὴ κατανοοῦσα τῆς ἀληθείας τὴν [68] ὁδοιπορίαν.

Σχόλ. κγ'. Εἶπε τῷ νομικῷ, Ἐν τῷ νόμῳ τί γέγραπται; καὶ ἀποκριθεὶς μετὰ τὴν ἀπόκρισιν τοῦ νομικοῦ, εἶπεν, Ὀρθῶς [69] εἶπας· τοῦτο ποίει, καὶ ζήσῃ.

66. πότε *in eisdem verbis supra allatis desideratur.*

67. ἕως πότε *bis extat in edit. princ.*

68. ὁδοιπορίαν, *quae genuina loci huius scriptura est, quaeque debetur Vaticano libro, a Petavio in marginem solum est*

dit, non alius esse potest conditor, quam is ipse qui per nubem filio suo testimonium praestitit, nec in ea solum quae coelo superiora sunt dominatum obtinebit.

Schol. XIX. *Rogavi discipulos tuos.* Habebatque cetera, prae- Luc. 9, 40.
terquam, *Non potuerunt eiicere illud et ait ad ipsos, Generatio credula, quamdiu vos patiar?*

Refut. XIX. Vox illa, *quamdiu*, tempus illud significat quo Christus in terra cum carne versatus est. Hoc autem, *Generatio incredula*, eo nimirum refertur, quod in ipsius nomine prophetae prodigia quaedam ediderint, eique crediderint, cuiusmodi Elias, Elisaeus, aliique fecisse leguntur.

Schol. XX. *Filius enim hominis futurum est ut tradatur in ma-* Ibid. 44.
nus hominum.

Refut. XX. Hominis ille filius, qui in manus erat tradendus hominum, non opinione specieque sola, sed corporis ac membrorum habitu ac confirmatione talis extitit.

Schol. XXI. *Neque hoc legistis, quid fecerit David, cum ingres-* Cap. 6, 3.
sus est in domum dei?

Refut. XXI. Cum tabernaculum illud Moyse collocatum dei domum appellet, nequaquam legem aut deum ipsum qui in lege locutus est abiicit. Hunc quippe deum nominat qui eius pater est, aut eiusdem unigenitus. Solet enim sancta trinitas, pater et filius et spiritus sanctus, non in lege solum et prophetis, sed evangeliis atque apostolis opera sua perficere.

Schol. XXII. *Gratias ago tibi, domine coeli.* Nec adscripsit, Cap. 10, 21.
et terrae, neque etiam, *pater*. Sed ex eo tamen revincitur quod infra sequitur: *Etiam pater*.

Refut. XXII. Domino itaque coeli gratias agit, licet *terrae*, sustuleris, licet *patris* vocem subtraxeris, Marcio, ne patrem a Christo suum pronuntiari conditorem ostenderes. Vivunt adhuc et spirant veritatis illa a te relicta membra. Voculae illae nimirum, quas tu velut in reliquiis neglectas per oblivionem retinuisti: *Etiam, pater!* Ex quibus plane istud conficitur, proprio patri gratias egisse Christum dominum, eundemque coeli dominum appellasse: ut singularem in te quandam inesse amentiam oporteat, qua liberam veritatis vocem non agnoscas.

Schol. XXIII. *Dixit legisperito, In lege quid scriptum est?* Et Ibid. 26.
respondens post legisperiti verba dixit, *Recte dixisti: hoc fac et vives.*

recepta. Vulgo extat ἐλευθερίαν, *quod ferri h. l. posse nego.*

69. *Supra extat* εἶπες *pro* εἶπας.

Ἔλεγχ. κγʹ. Ἀλήθεια ὢν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ οὐδένα ἐπλάνα τῶν περὶ ζωῆς ἐρωτώντων. Διὰ γὰρ τὴν τῶν ἀνθρώπων ζωὴν ἐλήλυθε. Ζωῆς τοίνυν ἐπιμελομένου αὐτοῦ, καὶ ὑποδεικνύντος τὸν νόμον τῷ φυλάττοντι καὶ ποιήσαντι ζωὴν ὑπάρχειν, καὶ τῷ κατὰ νόμον ἀποκριθέντι φήσαντος ὀρθῶς λελαληκέναι, καὶ Οὕτως ποίει καὶ ζήσει, τίς οὕτως ἐμβρόντητος ἂν εἴη, ὡς πείθεσθαι μὲν τῷ Μαρκίωνι βλασφημοῦντι εἰς τὸν θεὸν, τὸν καὶ νόμον καὶ τὴν χάριν τοῦ εὐαγγελίου τοῖς ἀνθρώποις κεχαρισμένον, αὐτῷ δὲ συναπάγεσθαι τῷ μήτε ἐκ νόμου, μήτε ἀπὸ πνεύματος ἁγίου ἔχοντί τι τῆς διδασκαλίας;

pag. 330. *Σχόλ. κδʹ. Καὶ εἶπε, Τίς ἐξ ὑμῶν ἕξει φίλον, καὶ πορεύσεται πρὸς αὐτὸν μεσονυκτίου, αἰτῶν τρεῖς ἄρτους; καὶ λοιπὸν, Αἰτεῖτε, καὶ δοθήσεται. Τίνα γὰρ [70] ἐξ ὑμῶν τὸν πατέρα υἱὸς [71] αἰτήσας ἰχθὺν, καὶ ἀντὶ ἰχθύος ὄφιν ἐπιδώσει αὐτῷ, καὶ ἀντὶ ᾠοῦ σκορπίον; Εἰ οὖν ὑμεῖς [72] πονηροὶ οἴδατε δόματα ἀγαθὰ, πόσῳ μᾶλλον ὁ πατήρ;*

Ἔλεγχ. κδʹ. Ἐλήλεγκται δὲ τοῦ ἀπατηλοῦ ἡ ἐθελοθρησκεία τῆς πολιτείας ἀπὸ τούτου τοῦ [73] ῥητοῦ. Οὐ γὰρ αὐτῷ δι' ἐγκράτειαν ἡ πολιτεία, οὐδὲ διὰ μισθὸν ἀγαθὸν καὶ ἐλπίδα ἀγῶνος, ἀλλὰ διὰ ἀσέβειαν καὶ κακοτροπίαν κακῆς ὑπονοίας. Διδάσκει γὰρ οὗτος ἐμψύχων μὴ μεταλαμβάνειν, φάσκων ἐνόχους εἶναι τῇ κρίσει τοὺς τῶν κρεῶν μεταλήπτορας, ὡς ἂν ψυχὰς ἐσθίοντας. Ἠλίθιον δέ ἐστι τὸ πᾶν. Οὐ γὰρ [74] τὰ κρέα ἡ ψυχὴ, ἀλλ' ἐν τοῖς κρέασιν ἡ ψυχή. Καὶ οὔτε ψυχήν φαμεν εἶναι τὴν ἐν τοῖς ζώοις ὡς τὴν τῶν ἀνθρώπων τιμίαν, ἀλλὰ ψυχὴν εἰς τὸ ζῆν μόνον τὸ ζῶον. Νομίζει δὲ ὁ ἐλεεινὸς οὗτος ἅμα τοῖς οὕτω φρονοῦσιν ὅτι ἡ αὐτὴ ψυχὴ ἐν τοῖς ἀνθρώποις καὶ ζώοις ὑπάρχει. Τοῦτο γὰρ παρὰ πολλαῖς τῶν πεπλανημένων αἱρέσεων μάτην ὑπολαμβάνεται. Καὶ γὰρ καὶ Οὐαλεντῖνος καὶ Κολόρβασος, Γνωστικοί τε πάντες καὶ Μανιχαῖοι, καὶ μεταγγισμοὺς εἶναι ψυχῶν φάσκουσι, καὶ μετενσωματώσεις τῆς ψυχῆς τῶν ἐν ἀγνωσίᾳ ἀνθρώπων. [75] Ὡς αὐτοί φασι κατά τινα μυθοποιΐαν, ταύτας φασὶν ἐπιστρέφειν καὶ μετενσωματοῦσθαι εἰς ἕκαστον τῶν ζώων, ἕως ἂν ἐπιγνῶ, καὶ οὕτω καθαρθεῖσα καὶ ἀναλλυθεῖσα μεταστῇ εἰς τὰ ἐπουράνια. Καὶ πρῶτον μὲν ἐλήλεγκται αὐτοῦ ἡ μάταιος πᾶσα τοῦ μύθου κατασκευή. Τούτων γὰρ τὴν ἀκρίβειαν οὐδεὶς ἄλλος δύναται εἰδέναι ὑπὲρ τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν ἐλθόντα διὰ τὸ πρόβατον τὸ ἀπολωλὸς, τουτέστι διὰ τὰς ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων, ὃς τῶν αὐτῶν ἐπιμελούμενος ἐθεράπευσε ψυχικῶς καὶ σωματικῶς, σώματός τε καὶ ψυχῆς διασώζων, καὶ

70. ἐξ ὑμῶν, *quod desideratur in edit. princ., Petavius ex cod. Vatic. adiecit.*

71. *Repone* αἰτήσει, *uti supra scriptum est in eisdem verbis.*

72. πονηροὶ ὄντες οἴδατε *supra est scriptum in verbis eisdem, neque aliter infra in elencho.*

73. *Sic restituit hunc locum ope cod. Vatic. Petavius. Nam in edit. princ. exstat* ἀπατηλοῦ αὐτῷ, *spatio quinque fere lit-*

Refut. XXIII. Cum dei filius ipsamet veritas esset, neminem eorum qui se de vita consequenda interrogarent, fefellit. Si quidem ut vitam humano generi conciliaret, advenit. Quare cum et vitae nostrae curam gesserit, et ei qui legem servaret affuturam vitam ostenderit, sed et eum qui cum lege ipsa consentanee responderat praeclare dixisse testatus fuerit, quis erit tam vecors ac stupidus Marcioni ut inhaereat, qui deo illi maledicat, a quo non modo lex in homines, sed et evangelii est gratia derivata, ut se hominis illius erroribus addicat, qui neque ex lege neque ex spiritu sancto ullam doctrinae suae particulam expresserit?

Schol. XXIV. *Et dixit, Quis vestrum habebit amicum, et ibit ad illum media nocte, postulans tres panes?* Ac deinceps, *Petite, et dabitur. Quis enim ex vobis est pater, a quo filius petat piscem*[74] *et pro pisce serpentem dabit illi? aut pro ovo scorpionem? Si ergo vos cum sitis mali nostis bona data, quanto magis pater?* Luc. 11, 5. Ibid. 11.

Refut. XXIV. Ex hoc loco vafri hominis superstitiosa et affectata religio convincitur. Non enim optimae alicuius mercedis gratia, aut spe consequendae immortalitatis inductus, sed ex impietate ac pestiferae opinionis falsitate ciborum temperantiam adhibuit. Animatis enim vesci prohibet, ac reos esse iudicio putat illos qui carnes degustent, tanquam animas comedant. Quod quidem inprimis est absurdum. Neque enim caro est, sed in carnibus inest anima. Neque vero brutorum animam perinde atque hominum pretiosam esse dicimus, sed ad vitam duntaxat animalibus concessam. At ille miserrimus cum sectatoribus suis eandem hominum esse quae in reliquis animantibus cernitur animam existimat. Quod ei dogma plerisque cum aliis est haeresibus commune. Nam et Valentinus et Colorbasus et Gnostici omnes ac Manichaei traductiones quasdam animarum atque in varia corpora transitus esse definiunt; quod ad eos quidem homines attinet qui in ignoratione versantur. De quibus nescio quam fabulam commenti sunt, redire videlicet animam, ac se in unum quodque animantium induere, donec cognitionem adepta sit, atque ita purgata dissolutaque in coelestia loca commigret. Sed inprimis vanum illud somnium nullo negotio convincitur. Etenim quid reipsa geratur scire nemo melius potest quam Iesus Christus dominus noster, qui recuperandae ovis perditae gratia descendit, hoc est ut animas liberaret hominum, quorum utilitati ac rationibus serviens tam illis[75] quas dixi quam corporibus ipsis remedium attulit; utpote corpo-

rarum inter haec duo vocabula vacuo relicto.

74. τὰ κρέα *cod. Vatic., et inde edit. Petav.* τὸ κρέας *edit. princ.*

75. *Fortasse corrigendum est* ἀνθρώπων, ὥς αὐτοί φασι, καὶ κατὰ *cett.*

τῆς ἐνταῦθα ζωῆς παρεκτικὸς ὤν, καὶ τῆς μελλούσης, [76] τοὺς μὲν τελευτήσαντας, φημὶ δὲ Λάζαρον καὶ τὸν υἱὸν τῆς χήρας καὶ τὴν θυγατέρα τοῦ ἀρχισυναγώγου, ἀπὸ νεκρῶν ἐγείρας, οὐκ εἰς πονηρὸν αὐτοὺς φέρων, ὡς αὐτοὶ τὸ σῶμα φυλακὴν εἶναι δογματίζουσιν, ἀλλὰ ἀγαθὸν
pag. 331. ποιῶν, καὶ γινώσκων ὅτι καὶ ἡ ἐνταῦθα ἐν σαρκὶ παραμονὴ ὑπ' αὐτοῦ ὥρισται, καὶ ἡ μέλλουσα σαρκὸς καὶ ψυχῆς ἀνάστασις. Καὶ εἰ πάλιν ᾔδει ὅτι μία ψυχή ἐστιν ἡ ἐν ζώοις καὶ ἐν ἀνθρώποις, ψυχῆς δὲ ἦλθε ποιήσασθαι τὴν σωτηρίαν, οὐκ ἔδει αὐτὸν ἕνα καθαρίσαντα δαιμονιῶντα, λέγω δὴ τὸν ἀπὸ τῶν μνημείων ἐξερχόμενον, κελεῦσαι τοῖς δαίμοσιν ἀπελθεῖν καὶ ἀποκτεῖναι δισχιλίους χοίρους, εἰ ἴσαι ἦσαν αἱ ψυχαὶ τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν χοίρων. Πῶς γὰρ μιᾶς ἐπιμελόμενος δισχιλίων ἐποίει ὄλεθρον; Εἰ δὲ πάλιν ὡς ὄφις σκολιεύει μηχανώμενος καὶ λέγων ὅτι, Ἔλυσεν αὐτὰς ἀπὸ τῶν σωμάτων, ἵνα ἀνέλθωσιν, ἔδει τὸν Λάζαρον λυθέντα τοῦ σώματος μὴ ἐπιστρέψαι πάλιν εἰς τὸ σῶμα, μᾶλλον δὲ καὶ αὐτὸν τὸν δαιμονιῶντα λῦσαι τοὺς δεσμοὺς τοῦ σώματος. Ἀλλ' οὐκ ἐποίησεν οὕτως. Προενόει δὲ μᾶλλον οὕτω τοῦ σώματος εἰδὼς τὸ συμφέρον. Διέπεσεν ὁ περὶ ψυχῆς σου λόγος, ὦ Μαρκίων, καὶ τῶν ἀπὸ σοῦ καὶ τῶν ἄλλων αἱρέσεων ὁρμωμένων. Καὶ περὶ τῆς προσποιητῆς σου πολιτείας αὖθις ἐρῶ, διὰ τὸ λέγειν σε πονηρὸν εἶναι καὶ ἀθέμιτον τὸ σαρκῶν μεταλαμβάνειν. Ἐλέγχει δέ σε ὁ σωτὴρ πλέον σου ἐπιστάμενος, καὶ διδάσκων τὸ κάλλιον, ἀπὸ τοῦ τοιούτου ῥητοῦ. Λέγει γὰρ, Τίνα ὁ υἱὸς αἰτήσῃ ἰχθὺν, μὴ ὄφιν ἐπιδώσει αὐτῷ; ἢ ἀντὶ ᾠοῦ σκορπίον; καὶ ὕστερόν φησιν, Εἰ οὖν ὑμεῖς πονηροὶ ὄντες οἴδατε δόματα ἀγαθὰ διδόναι τοῖς τέκνοις ὑμῶν, πόσῳ μᾶλλον ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐπουράνιος. Εἰ τοίνυν δόματα ἀγαθὰ κέκληκεν ἰχθὺν καὶ ᾠὸν, οὐ πονηρὸν τὸ μετ' εὐχαριστίας ἐκ θεοῦ χαρισθὲν μεταλαμβανόμενον, καὶ ἐλήλεγκταί σου ἡ κακοτροπία πανταχόθεν.

Σχόλ. κε'. Παρακέκοπται τὸ περὶ Ἰωνᾶ τοῦ προφήτου. Εἶχε γὰρ, Ἡ γενεὰ αὕτη, [77] σημεῖον οὐ δοθήσεται αὐτῇ. Οὐκ εἶχε [78] δὲ περὶ βασιλίσσης νότου καὶ Σαλομῶνος.

Ἔλεγχ. κε'. Καὶ ἐν αὐτοῖς οἷς δοκεῖς παρακόπτειν οὐ δύνασαι, ὦ Μαρκίων, λαθεῖν τὴν ἀλήθειαν. Κἂν ἀφέλῃς γὰρ περὶ Ἰωνᾶ τοῦ προφήτου ὃ τὴν οἰκονομίαν σημαίνει τοῦ σωτῆρος, ἀφέλῃς δὲ καὶ τὸ περὶ τῆς βασιλίσσης τοῦ νότου καὶ [79] Σαλομῶντος καὶ τῆς Νινευὶ τὴν σωτηριώδη ὑπόθεσιν, καὶ τοῦ Ἰωνᾶ τὸ κήρυγμα, αὐτὸς ὁ προκείμενος

76. τοὺς μὲν τελευτήσαντας *emendavit Petavius. Libri vulgo habent* τοῦ μὲν τελευτήσαντος.

77. σημεῖον αἰτεῖ, καὶ σημεῖον οὐ δοθ. *placuit Petavio.*

ris pariter animaeque dominus, ac tam praesentis quam futurae vitae largitor. Hic enim post corporis obitum Lazarum et viduae filium ac synagogae principis filiam excitavit a mortuis, non ut in malum quiddam illos subire compelleret, cuiusmodi ergastulum isti animae corpus esse statuunt, sed bonum utique molitus, ac probe istud intelligens tam illam in corpore commorationem a se quam futuram carnis et animae resurrectionem esse definitam. Ac si reliquorum animantium eandem atque hominum esse putaret animam, cum animae servandae caussa venisset, nequaquam oportebat arreptitio uno persanato, qui e monumentis exibat, abire daemones iubere ac porcorum millia duo perimere, si in porcis et hominibus eaedem animae resideant. Cur enim unius curam cum duorum millium commutabat exitio? Ad haec si serpentis instar obliquis flexibus callide irrepat, ac dicat ideo a corporis illas vinculis exsolutas sursum ut evolare possent, etiam Lazarum par erat corpore solutum ad corpus iterum minime reverti, adeoque illum ipsum quem diximus arreptitium corporis vinculis eximere; quod quidem facere noluit, sed corpori potius hoc modo providit, haud ignarus quid potissimum expediret. Quamobrem ruit illa tua, Marcio, tuorumque, nec non et ceterorum de anima haereticorum opinio. De simulata vero illa tua vitae integritate nunc paucis agendum est, deque eo quod sceleratum atque execrabilem usum carnium esse contendis. Sed nimirum te salvator ipse condemnat, qui cum scientia longe antecellit, tum quid melius esset hac sententia complexus est: *Quisnam est a quo filius petat piscem, num serpentem dabit illi aut pro ovo scorpionem?* Quibus ista subiecit: *Si ergo vos cum sitis mali nostis bona data dare filiis vestris, quanto magis pater vester coelestis?* Igitur cum data bona piscem ovumque nominet, malum non est illud quo coelitus concesso cum gratiarum actione perfruimur, adeoque tua ex omni parte fraus impietasque detegitur.

Schol. XXV. Detractum illud erat quod ad prophetam Ionam pertinet. Sic enim habebat: *Generatio haec, signum non dabitur ei.* Luc. 11, 30.
Desiderabantur et illa quibus de Ninive et Salomone fit mentio.

Refut. XXV. Nec in illis quidem locis quae mutilando corrumpis, Marcio, vim potes veritatis effugere. Tametsi enim totum illud de Iona propheta subtrahas, quo salvatoris administratio illa omnis exprimitur, auferas etiam ea quae ad Austri reginam ac Salomonem spectant, una cum salutari illa Ninives mentione ac Ionae praedicatione, nihilominus vel illa, quam proposui, iugulat te salva-

78. δὴ περὶ Νινευὴ καὶ βασ. *extat supra.* 79. Σαλομῶνος *ed. Petav.*

pag. 332. λόγος τοῦ σωτῆρος ἐλέγχει. Λέγει γὰρ, Ἡ γενεὰ αὕτη σημεῖον αἰτεῖ, καὶ σημεῖον οὐ δοθήσεται αὐτῇ· ὡς τῶν πρὸ αὐτῆς τῆς γενεᾶς καταξιωθεισῶν σημείων παρὰ θεοῦ ἀπ' οὐρανοῦ. Ὡς ὁ μὲν Ἠλίας σημεῖον ἐποίει διὰ τοῦ ἀπ' οὐρανοῦ πυρὸς καταβεβηκότος καὶ λαβόντος τὴν θυσίαν· καὶ Μωϋσῆς τέμνει τὴν θάλασσαν, καὶ τὴν πέτραν νύσσει, καὶ προχέει ὕδωρ, καὶ μάννα ἀπ' οὐρανοῦ φέρει· καὶ Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ ἵστησι τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην· καὶ κατὰ πάντα τρόπον κἂν κρύψῃ τὰ γεγραμμένα ἀπατεὼν, οὐδὲν βλάψει τὴν ἀλήθειαν, ἀλλ' ἑαυτὸν ἀπαλλοτριοῖ τῆς ἀληθείας.

Σχόλ. κϛ'. Ἀντὶ τοῦ, Παρέρχεσθε τὴν κρίσιν τοῦ θεοῦ, Παρέρχεσθε τὴν κλῆσιν τοῦ θεοῦ.

Ἔλεγχ. κϛ'. Πόθεν οὐκ ἐλέγχῃ; Πόθεν δὲ [80] κατὰ σοῦ συναχθῇ ἡ μαρτυρία; Τὰ πρῶτα γὰρ συνᾴδει τοῖς μετέπειτα, ἐλεγχομένης τῆς παρὰ σοῦ ῥᾳδιουργίας. Ἐὰν γὰρ εἴπῃ, Κατέχετε τὰς παραδόσεις τῶν πρεσβυτέρων ὑμῶν, καὶ παρέρχεσθε τὸ ἔλεος καὶ τὴν κρίσιν τοῦ θεοῦ, μάθε ἀπὸ ποίου χρόνου αἰτιᾶται αὐτοὺς τοῦτο ἐπιτελοῦντας, πότε δὲ ἡ παράδοσις αὐτοῖς γέγονε τῶν πρεσβυτέρων, καὶ [81] εὑρήσεις ὅτι τοῦ μὲν Δαβὶδ μετὰ τὴν ἐκ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον, τοῦ δὲ Ἀκιβᾶ καὶ πρὸ τῶν Βαβυλωνικῶν αἰχμαλωσιῶν γεγένηται, τῶν δὲ υἱῶν Ἀσσαμωναίου ἐν χρόνοις Ἀλεξάνδρου καὶ Ἀντιόχου, πρὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ ἐνδημίας ἑκατὸν ἐνενήκοντα ἔτεσιν. Ἄρα γοῦν καὶ ἔκτοτε διὰ νόμου ἦν ἡ κλῆσις, καὶ διὰ προφητῶν τὸ ἔλεος, καὶ πανταχόθεν ἐκπίπτει ὁ ἀγυρτώδης σου λόγος.

Σχόλ. κζ'. Οὐαὶ ὑμῖν, ὅτι οἰκοδομεῖτε τὰ μνημεῖα τῶν προφητῶν, καὶ οἱ πατέρες ὑμῶν ἀπέκτειναν αὐτούς.

Ἔλεγχ. κζ'. Εἰ τῶν προφητῶν ποιεῖται τὴν φροντίδα, τοὺς ἀποκτείναντας ὀνειδίζων, οὐκ ἀλλότριοι αὐτοῦ ἦσαν οἱ προφῆται, ἀλλὰ δοῦλοι, καὶ προετοιμασταὶ τῆς ἐνσάρκου αὐτοῦ παρουσίας, οἱ καὶ μαρτυρήσαντες τῇ καινῇ διαθήκῃ· Μωϋσῆς μὲν λέγων, Προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει κύριος ὁ θεὸς ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν, ὡς ἐμέ· καὶ πρὸ αὐτοῦ Ἰακὼβ λέγων, Ἐκ βλαστοῦ, υἱέ μου Ἰούδα, ἀνέβης, ἀναπεσὼν ἐκοιμήθης· οὐκ ἐκλείψει [82] ἄρχων ἐξ Ἰούδα, καὶ μετ' ὀλίγα, Ἕως ἔλθῃ ᾧ τὰ ἀποκείμενα, καὶ αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν· καὶ ἐπ' αὐτὸν ἔθνη
pag. 333. ἐλπιοῦσιν. Ἡσαΐας δὲ, Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει. Ἱερεμίας δὲ, Καὶ ἄνθρωπός ἐστι, καὶ τίς γνώσεται αὐτόν. Μιχαίας, Καὶ σὺ Βηθλεὲμ, καὶ μεθ' ἕτερα, Ἐκ σοῦ μοι ἐξελεύσεται ἡγούμενος, καὶ τὰ ἑξῆς. Ὁ δὲ Μαλαχίας, Ἐξαίφνης εἰς τὸν ναὸν ἥξει κύριος. Ὁ δὲ Δαβὶδ, Εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου, καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ πολλά ἐστι

80. Πόθεν δὲ οὐ κατὰ σοῦ (*magis probarem* Πόθεν δὲ κατὰ σοῦ οὐ) *supplevit Petavius.*

81. εὑρήσεις *emendatio est Petavii. Libri tam scripti quam editi* εὕρεσις.

toris oratio. Sic enim loquitur. *Generatio haec signum quaerit, et* 1. Reg. 18, 36.
signum non dabitur ei. Quibus indicat generationes illas quae hanc Exod. 14, 21.
antecesserant a deo prodigia coelitus esse consecutas. Cuiusmodi Num. 20, 11. Exod. 16, 14.
praestitum est ab Elia, cum ignis e coelo lapsus sacrificia consumpsit. Ios. 10, 12.
Moyses vero mare dividit, percusso silice aquas elicit, atque e coelo manna demittit. Iesus Nave filius solem sistit ac lunam. Unde quantumvis quae scripta sunt impostor dissimulet, nihil veritati nocere poterit, sed ab ea se magis alienabit.

Schol. XXVI. Pro eo quod est *Praeteritis dei iudicium,* rescri- Luc. 11, 42.
pserat, *Praeteritis dei vocationem.*

Refut. XXVI. Quid est quod ad te refellendum non valeat? aut unde non arcessi contra te testimonium queat? Prima enim cum posterioribus consentiunt, ut scelerata illa tua convincatur audacia. Cum enim dicit, *Tenetis traditiones seniorum, et praeteritis misericordiam et iudicium dei,* disce sodes ex quo tempore haec illos observantes arguat, ac quandonam seniorum ista traditio coeperit. Invenies profecto eam quae Davidis inscribitur post reditum e Babylonia, Akibae vero paulo ante Babylonicam captivitatem initium habuisse. Assamonaeorum porro traditionem Alexandri et Antiochi coepisse temporibus, annis ante Christum CXC. Itaque iam tum per legem vocatio, ac per prophetas erat oblata misericordia, ut circulatoris istius ratio funditus evertatur.

Schol. XXVII. *Vae vobis, quoniam aedificatis sepulcra pro-* Ibid. 47.
phetarum, et patres vestri occiderunt illos.

Refut. XXVII. Quandoquidem prophetas curae sibi esse significat, ut eorum necem interfectoribus exprobret, apparet minime ab eo alienos extitisse, sed servos, qui et advenienti illi viam quodammodo munierint, et novo testamento testimonio suo suffragati fuerint.
Quod Moyses his praecipue verbis praestitit: *Prophetam vobis susci-* Deut. 18, 15.
tabit dominus deus e fratribus vestris sicut me. Sed et ante Moysen
Iacob, dum ita loquitur: *E germine, fili mi Iuda, ascendisti. Requie-* Gen. 49, 9.
scens accubuisti. Non deficiet princeps ex Iuda etc. Ac paulo post:
Donec veniat cui reposita sunt, et ipse expectatio gentium, et in ipsum
gentes sperabunt. Isaias vero, *Ecce,* inquit, *Virgo concipiet,* Hie- Esai. 7, 14.
remias item, *Et homo est, et quis cognoscet illum?* Michaeas, *Et tu* Ierem. 17, 9. Mich. 5, 1.
Bethleem etc., et paulo post, *Ex te mihi egredietur dux etc.* At Ma-
lachias, *Statim in templum veniet dominus.* Nam quod ad Davidem Maleach. 3, 1.
spectat, haec illius est praedictio: *Dixit dominus domino meo etc.* Psalm. 110, 1.

82. ἄρχων *Petavius primum addidit de cod. Vaticano.*

λέγειν, καὶ αὐτοῦ λέγοντος τοῦ σωτῆρος, Εἰ Μωϋσῇ ἐπιστεύετε, ἐπιστεύετε ἂν καὶ ἐμοί· ἐκεῖνος γὰρ περὶ ἐμοῦ ἔγραψε.

Σχόλ. κη'. Οὐκ εἶχε, Διὰ τοῦτο εἶπεν ἡ σοφία τοῦ θεοῦ, [83]Ἀποστέλλω εἰς αὐτοὺς προφήτας· καὶ περὶ αἵματος Ζαχαρίου [84]καὶ Ἄβελ καὶ τῶν προφητῶν, ὅτι, Ἐκζητηθήσεται ἀπὸ τῆς γενεᾶς ταύτης.

Ἔλεγχ. κη'. Καὶ ἐν τούτῳ σοι πολλὴ αἰσχύνη, ὦ Μαρκίων, τοῦ χαρακτῆρος τῆς ἀληθείας σωζομένου, καὶ τῆς παρεκτομῆς τῶν κλεμμάτων σου εὑρισκομένης, ἀπὸ τοῦ ἀντιγράφου τοῦ κατὰ Λουκᾶν εὐαγγελίου τῶν τόπων εὑρισκομένων, καὶ τῶν παρὰ σοῦ ἀφαιρεθέντων ἐλεγχομένων.

Σχόλ. κθ'. Λέγω δὲ τοῖς φίλοις μου, Μὴ φοβηθῆτε ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, φοβήθητε δὲ τὸν μετὰ τὸ ἀποκτεῖναι ἔχοντα [85]τὴν ἐξουσίαν βαλεῖν εἰς γέενναν. Οὐκ εἶχε δὲ, Οὐχὶ πέντε στρουθία ἀσσαρίων δύο [86]πωλεῖται, καὶ ἓν ἐξ αὐτῶν οὐκ ἔστιν ἐπιλελησμένον ἐνώπιον τοῦ θεοῦ;

Ἔλεγχ. κθ'. Τὸ, Λέγω ἐγὼ τοῖς φίλοις μου, Μὴ φοβηθῆτε ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, φοβήθητε δὲ τὸν ἔχοντα ἐξουσίαν τὸ μετὰ τὸ ἀποκτεῖναι τὸ σῶμα τὴν ψυχὴν βαλεῖν εἰς γέενναν, ἀναγκάζει σε, ὦ Μαρκίων, καὶ τὰ ἑξῆς τῆς παραβολῆς ὁμολογῆσαι. Ἄνευ γὰρ τοῦ θεοῦ οὐδὲν γίνεται, κἂν ἐπάρῃς τὸ περὶ τῶν στρουθίων. Ἀπολόγησαι οὖν περὶ τῶν ἐν τῷ ῥητῷ καταλειφθέντων ὑπὸ σοῦ, ὦ Μαρκίων, καὶ ἀπόκριναι ἡμῖν τί διανοῇ περὶ τοῦ ἐξουσίαν ἔχοντος. Εἰ γὰρ φαίης αὐτὸν εἶναι τὸν πατέρα τοῦ Χριστοῦ, τὸν καὶ παρὰ σοὶ ἀγαθὸν λεγόμενον θεὸν, εἰ καὶ κακῶς διαιρεῖς, ὅμως, ἐπειδὴ ἔχει τὴν ἐξουσίαν, δέδωκας αὐτὸν κριτὴν ὄντα καὶ ἑκάστῳ νέμοντα τὸ κατ' ἀξίαν. Εἰ δὲ οὐ τοῦτο λέγεις, ἀλλὰ τὸν δημιουργὸν τὸν παρὰ σοὶ φύσει κριτὴν ᾀδόμενον, λέγε μοι τίς τούτῳ δέδωκε τὴν ἐξουσίαν. Εἰ γὰρ ἀφ' ἑαυτοῦ ἔχει, ἄρα μέγας ἐστὶ, καὶ ἐξουσίαν ἔχει· εἰ δὲ τοῦ κρίνειν ἐξουσίαν, ἔχει καὶ τοῦ σώζειν. Ὁ γὰρ δυνάμενος κρίνειν, δύναται καὶ ἀπολύειν.
pag. 334. Καὶ ἄλλως, εἰ τοῦ κριτοῦ βάλλοντος τὰς ψυχὰς εἰς γέενναν ὁ θεὸς ὁ ἀγαθὸς οὐ ῥύεται αὐτὰς, ὁ πανταχόθεν τῶν αὐτῶν ἐπιμελούμενος ψυχῶν, πῶς ἂν εἴη ἀγαθός; Ἢ γὰρ ὅτι ἰσχυρότερος αὐτοῦ ἐστι, καὶ οὐ δύναται ἐκ χειρὸς ῥύεσθαι, ἢ ὅτι δύναται μὲν, οὐ βούλεται δέ. Καὶ ποῦ ἡ ἀγαθότης; Εἰ δὲ, ἐπειδὴ αὐτὸς ἔκτισεν, ἐξουσίαν ἔχει καὶ κρίνειν, πῶς ὁ ἄνω θεὸς ὁ ὑπὸ σοῦ μυθευόμενός τινας μερικῶς σώζει; Εἰ μὲν ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων λαμβάνων σώζει, πλεονεκτεῖ ἀλλοτρίων ἐρῶν, εἰ δὲ οὐ φάσκεις πλεονεξίαν εἶναι, διὰ τὸ εἰς ἀγαθὸν τὸ ἔργον γίνεσθαι

83. Supra extat Ἀποστελῶ.
84. καὶ supra non habet.
85. τὴν nec supra habet, neque infra in elencho.
86. Supra πολοῦνται.

Possum et innumera alia percensere, cum praesertim a domino sit dictum, *Si Moysi crederetis, crederetis forsitan et mihi. De me enim ille scripsit.* Ioann. 5, 46.

Schol. XXVIII. Deerat, *Propterea et sapientia dei dixit, Mittam ad illos prophetas,* et de sanguine Zachariae et Abel et prophetarum, *Quoniam requiretur a generatione hac.* Luc. 11, 49.

Refut. XXVIII. Enimvero summam hic tibi, Marcio, locus ignominiam inurit, cum veritatis adhuc integra forma relicta sit, ac furtim a te sublata mutilataque loca facile reperiantur, ac quae desunt, in Evangelii secundum Lucam exemplaribus legantur omnibus, ut quae abs te sunt interversa prodantur.

Schol. XXIX. *Dico autem amicis meis, Nolite timere eos qui occidunt corpus: timete vero eum, qui postquam occiderit habet potestatem mittendi in Geennam.* Nec habebat illud: *Nonne quinque passeres veneunt dupondio, et unus ex illis non est in oblivione coram dei?* Cap. 12, 4.

Refut. XXIX. Haec ipsa verba: *Dico ego amicis meis, Nolite timere eos qui occidunt corpus: timite vero eum qui postquam occiderit corpus habet potestatem mittendi animam in Geennam,* parabolae etiam reliqua fateri te cogunt. Etenim sine dei nutu nihil omnino geritur; quamvis quod de passèribus scriptum est auferas. Igitur de iis quae in hac sententia dicuntur reddenda tibi ratio est, o Marcio. Ac velim mihi respondeas quid de eo censeas qui potestatem habere dicitur. Si enim patrem illum Christi esse dixeris, eundemque quem tu bonum esse deum praedicas, etsi male tu quidem separas, tamen quoniam potestate praeditus est, iudicem esse confiteris, qui pro meritis suis unumquodque compenset. Aut si alium esse quempiam iudicas, conditorem scilicet, quem tu proprie iudicem constituis, cedo quis ei potestatem commiserit. Hanc enim si habet ipse per sese, magnus utique est, ac potestate praeditus. Quod si iudicandi penes eum facultas est, erit et servandi. Qui enim iurisdictionem exercere potest, potest et absolvere. Praeterea, si cum iudex in Geennam praecipites immittit animas, bonus ille deus, qui tantam animarum curam gerit, non eas liberat, haberi bonus qui poterit? aut enim ille fortior est, nec ex eius manibus extorquere potest, aut ut facultas suppetat, deest tamen liberandi voluntas. Ubinam igitur illa bonitas est? Sin quoniam alter ille condidit, ideo et iudicandi potestas ei tribuitur, quomodo supremus ille, quem fingis, deus nonnullos ex aliqua parte liberare dicitur? Sive enim aliena rapiens conservat, iniuriam cupiditate sua facit alteri, sive propterea negas iniuriam esse, quod ad bonum alicuius ac salutem referat, personarum

καὶ σωτήριον, προςωπολήπτην αὐτὸν ποιεῖς, μὴ τὸ ἀγαθὸν ἴσως πᾶσιν, ἀλλὰ μερικῶς ποιοῦντα.

Σχόλ. λ΄. Ἀντὶ τοῦ, Ὁμολογήσει ἐνώπιον τῶν [87] ἀγγέλων, ἐκεῖνος Τοῦ θεοῦ λέγει.

Ἔλεγχ. λ΄. Πανταχόθεν ἐλέγχεται μὴ κατὰ θεὸν πορευόμενος, κἄν τε ἐν βραχυτάτῳ λόγῳ παραλλάξῃ τὴν ἀλήθειαν. Ὁ τολμῶν γάρ τι παραλλάσσειν τῶν γεγραμμένων ἀπ᾽ ἀρχῆς, οὐκ ἐν ὁδῷ ἀληθείας ἵσταται.

Σχόλ. λα΄. Οὐκ ἔχει τὸ, Ὁ θεὸς ἀμφιέννυσι τὸν χόρτον.

Ἔλεγχ. λα΄. Εἰ καὶ μὴ ἐᾷς τὰ γεγραμμένα ὡς εἶχεν ὑπὸ τοῦ σωτῆρος εἰρημένα, ἀλλ᾽ οὖν γε σώζονται οἱ τόποι ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τῆς ἁγίας ἐκκλησίας, κἂν ἀρνήσῃ σὺ τὸν θεὸν τὸν πάντα πεποιηκότα καὶ πάντων ἐπιμελόμενον τῷ Λόγῳ αὐτοῦ, ἄχρι καὶ τοῦ χόρτου, καὶ ὑπὸ τοῦ σωτῆρος ὁμολογούμενον.

Σχόλ. λβ΄. Ὑμῶν δὲ ὁ πατὴρ οἶδεν ὅτι χρῄζετε τούτων, [88] τῶν σαρκικῶν.

Ἔλεγχ. λβ΄. Οἶδεν ὁ πατὴρ ὅτι χρῄζουσιν οἱ μαθηταὶ τῶν σαρκικῶν χρειῶν, καὶ [89] προνοεῖ τῶν τοιούτων. Προνοεῖ δὲ οὐκ ἐν ἄλλῳ αἰῶνι, ἀλλ᾽ ἐνταῦθα, οὐκ ἐν τοῖς ἀλλοτρίοις τὴν πρόνοιαν τῶν ἑαυτοῦ δούλων ποιούμενος, ἀλλ᾽ ἐν τοῖς ὑπ᾽ αὐτοῦ ἐκτισμένοις.

Σχόλ. λγ΄. [90] Ζητεῖτε τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ, καὶ ταῦτα πάντα προςτεθήσεται ὑμῖν.

Ἔλεγχ. λγ΄. Εἰ [91] ἐκ τῶν ἄλλου τρεφόμεθα, καὶ ἄλλος θεὸς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν ὑπάρχει, πῶς ἔτι ὁ λόγος συμφωνήσει; [92] Ἢ γὰρ αὐτοῦ ἐστι [93] τὰ ἐνταῦθα, καὶ αὐτοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, διὸ προςτίθησι πάντα τὰ ἐνταῦθα ὄντα αὐτοῦ διὰ τὸν κάματον τοῦ πόθου τῆς αὐτοῦ βασιλείας, ἢ αὐτοῦ μὲν ἡ βασιλεία καὶ ὁ ἐκεῖ αἰὼν, τοῦ δὲ δημιουργοῦ τὰ ἐνταῦθα, καὶ συνευδοκεῖ ὁ δημιουργὸς τῇ τοῦ ἄνω βασιλείᾳ, ἀντιλαμβανόμενος τῶν τὴν δικαιοσύνην τοῦ ἄνω καὶ βασιλείαν ζητούντων. Μιᾶς δὲ οὔσης εὐδοκίας, καὶ οὐχὶ διαφερομένης, οὐκέτι δύο ἀρχαὶ ἢ τρεῖς· τῷ γὰρ ὄντι εἷς ἐστιν ὁ θεὸς, ὁ τὰ πάντα ποιήσας, ποιήσας δὲ καλῶς, καὶ οὐκ ἐναντίως. Ἡμῶν δέ ἐστι τὸ ἁμαρτάνειν καὶ σφάλλεσθαι ἐν τῷ θέλειν καὶ ἐν τῷ μὴ θέλειν.

pag. 335.

Σχόλ. λδ΄. Ἀντὶ τοῦ, Ὁ πατὴρ ὑμῶν, Ὁ πατὴρ εἶχεν.

Ἔλεγχ. λδ΄. Καὶ ἐν τούτῳ οὐδὲν ἡμᾶς ἀδικήσεις, ἀλλὰ ἔτι ἐπιβε-

87. ἀγγέλων τοῦ θεοῦ *plenius supra extat.*

88. τῶν σαρκικῶν δή *supra extat.*

89. ἐπρονόει *ed. princ.*

90. Ζητεῖτε δὲ τὴν *supra extat.*

91. Εἰ ἐκ τῶν *scripsi Cornarium se-*

illum habere rationem iudicas, qui non bene de omnibus aequaliter, sed certis duntaxat mereri studeat.

Schol. XXX. Pro his verbis: *Confitebitur coram angelis*, rescripsit, *Coram deo*. Luc. 12, 8.

Refut. XXX. Apparet omnino nequaquam illum secundum deum ambulare, licet veritatem vel exigua vocabula commutet. Qui enim eorum quae sunt initio scripta partem aliquam corrumpere non dubitat, a via veritatis aberrat.

Schol. XXXI. Non habet ista: *Deus vestit foenum*. Ibid. 28.

Refut. XXXI. Licet ea quae scripta sunt non ea fide referas qua a salvatore pronuntiata sunt, eadem tamen illa loca in evangelio, quo ecclesia catholica utitur, integra servantur; quantumlibet deum illum abneges qui verbo suo condidit universa, eademque cura sua providentiaque complectitur, ne foeno quidem excepto; quem insuper deum salvator sua voce confessus est.

Schol. XXXII. *Pater vester novit corporeis iisce vobis opus esse.* Ibid. 30.

Refut. XXXII. Novit pater discipulos corporis indigere commoditatibus, quas idcirco procurat, non in alio quodam quam in hoc seculo, neque in aliena possessione, sed in iis rebus quarum ipse conditor est, servos suos singulari providentia gubernans.

Schol XXXIII. *Quaerite regnum dei, et haec omnia adiicientur vobis.* Ibid. 31.

Refut. XXXIII. Si alienis sustentamur opibus, estque alius coelestis regni deus, quid potest in hoc esse sermone consentaneum? Nam aut ad illum tam inferiora ista pertinent quam coeleste regnum, ideoque inferiora haec omnia, quae sua sunt, pro labore illo, quem regni sui desiderium afferre solet, hominibus rependit, aut ita regnum futurumque seculum ad illum pertinet, ut haec infima conditori tribuenda sint; ex quo sequitur conditoris ipsius voluntatem ad supremi illius regnum accommodatam esse, cum iis omnibus gratificetur et faveat qui iustitiam ipsius ac regnum requirant. Quod si voluntatis nulla dissensio, sed summa quaedam concordia sit, non iam duo sunt triave principia. Vere enim deus unus est, qui universa condidit, et quidem bene, non contrario modo condidit. Peccare vero nostrum est, atque in eligendo fugiendoque aberrare.

Schol. XXXIV. Pro eo quod est, *Pater vester*, habebat, *Pater*. Ibid. 30.

Refut. XXXIV. Nihil caussae nostrae ne hoc loco quidem offi-

que Petavium secutus. Libri tam scripti quam editi habent Εἰ τῶν ἄλλου, *omissa praepositione* ἐκ.

92. ἢ γὰρ *reposui ex cod. Rhedig. Vulgo* εἰ γάρ.

93. *Verba* τὰ ἐνταῦθα, καὶ αὐτοῦ ἐστιν *desiderantur in edit. princ. Petavius ea reposuit ex cod. Vatic.*

βαιώσεις. Τὸν γὰρ αὐτοῦ πατέρα προνοεῖν τῶν ἐνταῦθα ὡμολόγησας τὸν σωτῆρα εἰρηκέναι.

Σχόλ. λε'. Ἀντὶ τοῦ, Δευτέρᾳ ἢ τρίτῃ φυλακῇ, εἶχεν, [94] Ἑσπερινῇ φυλακῇ.

Ἔλεγχ. λε'. Ἐλήλεγκται ὁ κτηνώδης μεταστρέψας τοὺς θείους λόγους ἀνοήτως πρὸς τὴν ἑαυτοῦ ὑπόνοιαν. Οὐ γὰρ ἡμεριναὶ γίνονται φυλακαὶ, ἀλλὰ νυκτεριναὶ, ἀπὸ ἑσπέρας εἰς τὴν πρώτην [95] φυλακὴν προκοπὴν τῆς ἐπεκτάσεως ἔχουσαι, καὶ οὐκ ἀπὸ τῆς ἕω εἰς τὴν ἑσπέραν, ὡς οὗτος ἁλίσκεται ῥᾳδιουργήσας.

Σχόλ. λς'. Ἥξει ὁ κύριος τοῦ δούλου ἐκείνου, καὶ διχοτομήσει αὐτὸν, καὶ τὸ μέρος αὐτοῦ μετὰ τῶν ἀπίστων θήσει.

Ἔλεγχ. λς'. Τίς ὁ διχοτομῶν τὸν δοῦλον; λέγε. Εἰ μὲν ὁ δημιουργὸς καὶ κριτὴς παρά σου λεγόμενος θεός ἐστιν ὁ τοῦτο μέλλων πράσσειν, ἄρα αὐτοῦ εἰσιν οἱ πιστοί. Ἐπιτιμῶν γὰρ τῷ μὴ καλῶς πράττοντι δούλῳ τὸ μέρος αὐτοῦ [96] μετὰ τῶν ἀπίστων τίθησιν. Εἰ δὲ ὁ πατὴρ τοῦ Χριστοῦ ἐστιν, ἢ αὐτὸς ὁ Χριστὸς, ὁ μέλλων τοῦτο ἐπιτελεῖν, σαφῶς τὴν μαρτυρίαν παρὰ σαυτῷ φυλάττεις κατὰ σοῦ οὖσαν. Ὁμολογῶν γὰρ ἢ Χριστὸν ἢ τὸν αὐτοῦ πατέρα τοῦτο πράττειν μέλλοντα ἀναμφιβόλως ὡμολόγησας τὸν αὐτὸν κριτὴν, καὶ τὸν αὐτὸν ἀγαθὸν καὶ ἕνα ὄντα, τῶν ὧδε καὶ τῶν ἐκεῖ προνοούμενον.

Σχόλ. λζ'. Μή ποτε [97] κατασύρῃ σε πρὸς τὸν κριτὴν, καὶ ὁ κριτὴς παραδώσει σε τῷ πράκτορι.

pag. 336. Ἔλεγχ. λζ'. Κριτὴν λέγει τὸν δημιουργὸν, πράκτορα δὲ ἕκαστον τῶν αὐτοῦ ἀγγέλων, μέλλοντας ἀπαιτεῖν τοὺς ἁμαρτωλοὺς τὰ πεπραγμένα. Ποῖα δὲ ἀλλ' ἢ τὰ σφάλματα καὶ ἁμαρτήματα, ἃ καὶ ὁ Ἰησοῦς βδελύσσεται, ἃ καὶ σὺ ἀπαγορεύειν λέγεις; Εἰ τοίνυν ἃ ὁ ἀγαθὸς θεὸς βδελύσσεται, καὶ ὁ κριτὴς καὶ ὁ δημιουργὸς τὰ αὐτὰ βδελύσσεται, εἷς ἐστι καὶ ὁ αὐτὸς ἀπὸ τοῦ ἔργου δεικνύμενος καὶ τῆς μιᾶς εὐδοκίας.

Σχόλ. λη'. Ἦν παρακεκομμένον ἀπὸ τοῦ, Ἦλθόν τινες ἀναγγέλλοντες αὐτῷ περὶ τῶν Γαλιλαίων, ὧν τὸ αἷμα συνέμιξε Πιλᾶτος μετὰ τῶν θυσιῶν αὐτῶν, ἕως ὅπου λέγει περὶ τῶν ἐν τῷ Σιλωὰμ [98] δέκα καὶ ὀκτὼ ἀποθανόντων ἐν τῷ πύργῳ. Καὶ ὅτι, Ἐὰν μὴ μετανοήσητε, καὶ ἕως τῆς παραβολῆς τῆς συκῆς, περὶ ἧς εἶπεν ὁ γεωργὸς ὅτι, Σκάπτω, καὶ βάλλω κόπρια, καὶ ἐὰν μὴ [99] ποιήσει, ἔκκοψον.

Ἔλεγχ. λη'. Τούτων πάντων ἐποιήσατο τὴν ἀφαίρεσιν ὁ συλητὴς, κρύψας ἀφ' ἑαυτοῦ τὴν ἀλήθειαν, διὰ τὸ τὸν κύριον συμπεφωνηκέναι τῷ καλῶς δικάσαντι τοὺς τοιούτους Πιλάτῳ, καὶ ὅτι καλῶς οἱ ἐν τῷ Σιλωὰμ ἀπέθανον ἁμαρτωλοὶ ὄντες, καὶ ὑπὸ θεοῦ οὕτως τιμωρηθέντες. Ὅταν δὲ ῥᾳδιουργήσωσί τινες βασιλικὰ προστάγματα, ἀπὸ τῶν

94. ἑσπερινὴν φυλακὴν supra extat.
95. προκοπὴν, φυλακὴν τῆς cod. Vatic.
96. Verba μετὰ τῶν ἀπίστων absunt ab edit. princ. Adiecit ea ex cod. Vatic.

cis, sed eam magis sublevas, dum horum inferiorum curam a patre suo geri confitentem salvatorem inducis.

Schol. XXXV. Pro eo quod est, *Secunda, vel tertia custodia,* scripserat, *Vespertina custodia.* Luc. 12, 38.

Refut. XXXV. Ex hoc loco manifeste belua ista convincitur divina ad opiniones suas oracula depravasse. Neque enim diurnae sunt custodiae, sed nocturnae, quae a vespera primam ad custodiam prorogantur, non a matutino diluculo ad vesperam, quemadmodum iste flagitiose substituit.

Schol. XXXVI. *Veniet dominus servi illius, et secabit eum, et partem eius ponet cum infidelibus.* Ibid. 46.

Refut. XXXVI. Qui isti servi sector est agedum dicito. Si enim ille ipse creator, quem tu iudicem ac deum statuis, hoc omnino facturus est, ad hunc plane fideles pertinebunt. Etenim servum ille haud recte sese gerentem increpans partem illius cum infidelibus ponit. Quod si pater ipse Christi, vel etiam Christus idipsum praestiturus est, perspicuum habes contra te testimonium. Cum enim Christum, vel ipsius patrem citra ullam controversiam facturum id esse fateare, eundem pariter et iudicem et bonum, et unicum tam infimorum quam coelestium moderatorem constituis.

Schol. XXXVII. *Ne forte trahat te ad iudicem, et iudex tradat te exactori.* Ibid. 58.

Refut. XXXVII. Iudicem hic creatorem appellat. Exactorem porro ipsius angelorum quemlibet, qui factorum rationem a peccatoribus exigent. Quae autem illa facta, nisi delicta et peccata sunt, quae Iesus detestatur et, ut fateris ipse, prohibet? Ergo cum eadem illa quae bonus deus execratur iudex detestetur et conditor, unus idemque opere ipso ac voluntatis consensione declaratur.

Schol. XXXVIII. Sustulerat ex illo loco, *Venerunt quidam nuntiantes ipsi de Galilaeis, quorum sanguinem miscuerat Pilatus cum sacrificiis eorum,* usque ad ea quibus de octodecim illis est sermo, qui in Siloam ruina turris oppressi sunt. Item, *Nisi poenitentiam egeritis,* usque ad parabolam ficus, de qua dixit agricola, *Fodiam, et mittam stercora, et si non fecerit, excide.* Cap. 13, 1.

Refut. XXXVIII. Haec ideo nefarius praedo subtraxit ac semetipsum veritate fraudavit, quod dominus Pilati sententiam qua homines istos iure damnaverat approbarit, quoque alteri illi, qui in Siloam perierant, merito eas poenas dedisse videantur, utpote peccatores, et eiusmodi a deo suppliciis affecti. Sed ut imperatoris

Petavius.
97. καταχρίνῃ *cod. Vatic.*
98. *Supra* δεκαοκτώ.
99. *Supra* ποιήσῃ.

[1] ἀρχαίων τὰ ἀντίγραφα προφερόμενα ἠσφαλισμένως ἔχοντα ἐλέγχει τοὺς ἄφρονας. Οὕτως καὶ ἀπὸ τοῦ βασιλικοῦ οἴκου, τουτέστι τῆς ἁγίας τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας προφερόμενον τὸ εὐαγγέλιον ἐλέγχει τοὺς ἀφανιστὰς τῶν καλῶν ἐνδυμάτων μύας.

Σχόλ. λθ'. Ταύτην δὲ θυγατέρα Ἀβραάμ, [2] ἣν ἔδησεν ὁ Σατανᾶς.

Ἔλεγχ. λθ'. Εἰ τῆς θυγατρὸς τοῦ Ἀβραὰμ ἐπιμελεῖται ἐλθὼν ὁ κύριος, οὐκ ἀλλότριος αὐτοῦ ἐστιν Ἀβραάμ. Ὁμολογεῖ γὰρ αὐτὸν αὐτῷ εὐαρεστηκέναι, οἶκτον εἰς τὴν αὐτοῦ θυγατέρα ἐνδεικνύμενος.

Σχόλ. μ'. Παρέκοψε πάλιν τὸ, Τότε ὄψεσθε Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ, καὶ πάντας τοὺς προφήτας, ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ θεοῦ. Ἀντὶ δὲ τούτου ἐποίησεν, Ὅτε πάντας τοὺς δικαίους ἴδητε ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ θεοῦ, ὑμᾶς δὲ ἐκβαλλομένους. [3] Προςτέθηκε δὲ, Κρατουμένους ἔξω, [4] καὶ, Ἐκεῖ [5] ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων.

pag. 337. Ἔλεγχ. μ'. Πῶς τὰ ἴχνη τῆς ἀληθείας φαίνεται. Οὐ γάρ τις ὁδὸν δύναται ἀποκρύψαι. Πλανῆσαι μὲν γὰρ ἀνθρώπους δύναται ἐξ αὐτῆς, καὶ ἀποκρύψαι αὐτὴν ἀπὸ τῶν ἀγνοούντων, ἀπὸ δὲ τῶν ἐν πείρᾳ αὐτῆς γεγονότων ἀδύνατον. Οὐ γὰρ δύναται τὴν γῆν, ἔνθα ἦν ἡ ὁδὸς, ἀφανίσαι, κἄν τε αὐτὴν ἀμαυρώσῃ, τοῦ τε τόπου παραμένοντος τῆς ὁδοῦ ὑπὸ τῶν γινωσκόντων ἐλέγχεται ὁ τὴν ὁδὸν ῥᾳδιουργήσας. Ὅρα δὴ τὰ ἴχνη τῆς ἀκολουθίας. Τὸν γὰρ λόγον τοῦτον πρὸς τίνα ἔλεγεν, ἀλλ' ἢ πρὸς τοὺς Ἰουδαίους; καὶ εἰ πρὸς τοὺς Ἰουδαίους, ἤδη ἔδειξεν αὐτοὺς ἔνδον, καὶ ἐκβαλλομένους ἀπὸ τῶν δικαίων. Τίνες δ' ἂν εἶεν, ἀλλ' ἢ οἱ αὐτῶν πατέρες, Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ, καὶ προφῆται; Οὐ γὰρ εἶπεν, Ὄψεσθε δικαίους εἰςερχομένους, [6] καὶ ὑμᾶς μὴ εἰςερχομένους, ἀλλ', Ὄψεσθε τοὺς δικαίους ἐν τῇ βασιλείᾳ, ὑμᾶς δὲ ἐκβαλλομένους. Καὶ περὶ μὲν τοῦ Ἐκβαλλομένους, [7] μελλητικῶς ἀπεφήνατο, τοὺς δὲ δικαίους ἤδη ὄντας ἀπέδειξεν οὐκ ἀλλοτρίους τούτων κατὰ τὴν σάρκα, οὐδὲ κατὰ τὴν κλῆσιν, ἀλλὰ μετὰ τούτων κληθέντας τοὺς ἤδη δεδικαιωμένους πρὸ τῆς ἐνσάρκου αὐτοῦ παρουσίας. Εἰ δὲ καὶ ἔξω μένοντας, ὡς τῶν πατέρων ἔσω ὄντων, πόθεν δὲ βρυγμὸς ὀδόντων γίνεται ἐν τῇ κρίσει, ὦ ἠλίθιε, ἐὰν μὴ ἀνάστασις σωμάτων γένηται;

Σχόλ. μα'. Παρέκοψε πάλιν τὸ, Ἥξουσιν ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν, καὶ ἀνακλιθήσονται ἐν τῇ βασιλείᾳ· καὶ τὸ, Οἱ ἔσχατοι ἔσονται πρῶτοι· καὶ τὸ, Προςῆλθον [8] Φαρισαῖοι λέγοντες, Ἔξελθε καὶ πορεύου, ὅτι Ἡρώδης σε θέλει ἀποκτεῖναι· καὶ [9] τὸ, Πορευθέντες εἴπατε τῇ ἀλώπεκι ταύτῃ, ἕως [10] ὅπου εἶπεν, Οὐκ ἐνδέχεται προφήτην

1. ἀρχείων correxit Pelavius.
2. ἣν supra desideratur.
3. Supra ἐποίησε.
4. καὶ abest h. l. ab libris, tam scriptis quam editis; sed supra extat.
5. Supra ἐστιν.

edicta si qui corrumpere ac depravare conentur, prolata ex archivis fidelissima exemplaria insanos illos redarguunt, sic e palatio, hoc est ecclesia sancta, depromptum evangelium egregiarum, ut ita dicam, vestium arrosores mures facile detegit.

Schol. XXXIX. *Hanc autem filiam Abraae, quam alligavit Satanas.* Luc. 13, 16.

Refut. XXXIX. Cum veniens dominus Abraami filiae curam suscipiat, non erit ab eo alienus Abraamus. Quem hoc ipso placuisse sibi declarat, quod eius filiae misericordia moveatur.

Schol. XL. Item illud ademit: *Tunc videbitis Abraam, Isaac et Iacob, et omnes prophetas in regno dei.* Pro quo rescripsit, *Cum omnes iustos videritis in regno dei, vos autem exclusos.* Adiecitque, *Detentos foris*, et, *Illic est fletus et stridor dentium.* Ibid. 28.

Refut. XL. Quomodo veritatis vestigia produntur! Viam enim occultare nemo potest. Ac licet homines ab eo revocare et in errorem possit abducere, aut ignaris dissimulare, idem tamen itinerum peritis fieri nequit, quia terra, in qua sit impressa via, tolli funditus e medio non potest. Et quamvis illud obscuret quispiam, cum idem tamen huius locus remaneat, qui eam depravaverit a peritis haud difficile, coarguitur. Quamobrem orationis ipsius vestigia, et consequentia respice. Illum enim ipsum sermonem ad quemnam alium praeterquam ad Iudaeos habuit? Quod si Iudaeos alloquebatur, iam eos intus fuisse demonstrabat, et a iustorum consortio segregatos. At vero quinam ii sunt, nisi Abraam, Isaac, Iacob et prophetae? Non enim ait: *Videbitis iustos intrantes, vos autem non intrantes*, sed, *Videbitis iustos in regno, vos autem eiectos.* Ubi quod eiectos dicit, quasi futurum denuntiat, iustos vero iam ibidem versari significat, qui neque carne neque vocatione ab illis alieni sunt, sed communiter vocati ante Christi salvatoris adventum iustitiam adepti sunt. Sed illi foris manent scilicet, dum intus eorum patres resident. Quod nisi futura corporum est resurrectio, undenam dentium ille stridor in iudicio esse potest, homo stolidissime!

Schol. XLI. Illud item sustulit: *Venient ab oriente et occidente, et recumbent in regno*, tum illud: *Erunt novissimi primi*, item: *Accesserunt Pharisaei dicentes, Exi et vale, quoniam Herodes vult te interficere.* Nec non et istud: *Abeuntes dicite vulpi huic*, usque ad Ibid. 29.

6. καὶ ὑμᾶς μὴ εἰςερχομένους *desideratur in edit. princ. Ex cod. Vatic. adiecit ea verba Petavius.*

7. *Cornarius vertit:* futuri significatione pronuntiavit.

8. οἱ Φαρισαῖοι *extat supra.*

9. *Supra* τὸ, Εἶπε, Πορευθέντες εἴπατε *cett.*

10. ὅτου *supra legitur.*

ἀπολέσθαι ἔξω Ἱερουσαλήμ· καὶ τὸ, Ἱερουσαλήμ, Ἱερουσαλήμ, ἡ ἀποκτείνουσα τοὺς προφήτας, καὶ λιθοβολοῦσα τοὺς ἀπεσταλμένους· καὶ τὸ, Πολλάκις ἠθέλησα ἐπισυνάξαι ὡς ὄρνις τὰ τέκνα σου· καὶ τὸ, Ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν· καὶ τὸ, Οὐ μή ἴδητέ με, [11] ἕως οὗ εἴπητε, Εὐλογημένος.

Ἔλεγχ. μα΄. Ὅρα τὴν τοσαύτην τόλμαν, πόσην ποιεῖται ἀφαίρεσιν τοῦ εὐαγγελίου· ὡς εἴ τις λάβῃ ζῶον καὶ ἐκτέμῃ αὐτὸ [12] κατὰ ἥμισυ τοῦ σώματος, καὶ ἐν τῷ ἡμίσει τοὺς ἀγνοοῦντας πειράσεται πείθειν τοιοῦτο εἶναι τὸ ζῶον λέγων, καὶ μηδὲν ἀπ' αὐτοῦ ἀφαιρεῖσθαι.

pag. 338. Σχόλ. μβ΄. Πάλιν παρέκοψε πᾶσαν τὴν παραβολὴν τῶν δύο υἱῶν, τοῦ εἰληφότος τὸ μέρος τῶν ὑπαρχόντων [13] καὶ ἀσώτως δαπανήσαντος, καὶ τοῦ ἄλλου.

Ἔλεγχ. μβ΄. Οὐδὲν διοίσει τὸ ἀκόλουθον τῆς ῥᾳδιουργίας ἀπὸ τῶν πρότερον ἑαυτῷ τετολμημένων. Ἑαυτῷ δὲ τὸ ἐπιζήμιον ἐπάγεται, μενούσης τῆς κατὰ θεὸν ἀληθείας.

Σχόλ. μγ΄. Ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται ἕως Ἰωάννου, καὶ πᾶς εἰς αὐτὴν βιάζεται.

Ἔλεγχ. μγ΄. Εἰ νόμον τάσσει, καὶ προφήτας ἀποκαλεῖ, καὶ οὐκ ἀνομίαν δηλοῖ τὸν νόμον, οὐδὲ ψευδοπροφήτας φάσκει τοὺς προφήτας, σαφῶς ὁμολογεῖται μεμαρτυρηκέναι τὸν σωτῆρα τοῖς προφήταις, καὶ δέδεικται ὡς περὶ αὐτοῦ προεφήτευσαν.

Σχόλ. μδ΄. Περὶ τοῦ πλουσίου καὶ Λαζάρου τοῦ πτωχοῦ, ὅτι ἀπηνέχθη ὑπὸ τῶν ἀγγέλων εἰς τὸν κόλπον Ἀβραάμ.

Ἔλεγχ. μδ΄. Ἰδοὺ, καὶ ἐν ζῶσι καὶ μακαριζομένοις καὶ ἐν κληρονομίᾳ ἀναπαύσεως ὁ Ἀβραὰμ ὑπὸ τοῦ κυρίου ἐγκατελέχθη, καὶ Λάζαρος ἐν κόλποις αὐτοῦ κατηξίωται. Μηκέτι τοίνυν, Μαρκίων, τὸν Ἀβραὰμ βλασφήμει, τὸν ἐπιγνόντα τὸν ἑαυτοῦ δεσπότην, καὶ εἰπόντα αὐτῷ, Κύριε, ὁ κρίνων πᾶσαν τὴν γῆν. Ἰδοὺ γὰρ, ὑπ' αὐτοῦ τοῦ κυρίου ἐμαρτυρήθη εἶναι δίκαιος, καὶ οὐκ ἀλλότριος τῆς παρὰ τοῦ σωτῆρος ἐπαινουμένης ζωῆς.

Σχόλ. με΄. Νῦν δὲ ὧδε παρακαλεῖται ὁ αὐτὸς Λάζαρος.

Ἔλεγχ. με΄. Εἰ παρακαλεῖται Λάζαρος ἐν κόλποις Ἀβραὰμ, οὐκ ἐκτὸς τῆς παρακλήσεως τῆς ζωῆς ὑπάρχει ὁ Ἀβραάμ.

Σχόλ. μς΄. Εἶπεν Ἀβραὰμ, Ἔχουσι Μωϋσέα καὶ τοὺς προφήτας, ἀκουσάτωσαν αὐτῶν, ἐπεὶ οὐδὲ τοῦ ἐγειρομένου ἀπὸ νεκρῶν [14] ἀκούσουσιν.

Ἔλεγχ. μς΄. Οὐχ ὡς ἔτι ἐν τῷ κόσμῳ ὢν καὶ ὡς ἠπατημένος

11. *Supra* ἕως εἴπητε.
12. κατὰ *rescripsi pro* καὶ τὸ, *quod vulgo in libris extat.*

ea: *Non capit prophetam occidi extra Hierusalem.* Illud etiam: *Hierusalem, Hierusalem, quae occidis prophetas et lapidas eos, qui ad te missi sunt;* item: *Saepe volui congregare, sicut gallina pullos suos;* et: *Relinquetur vobis domus vestra;* et: *Non me videbitis, donec dicatis, Benedictus.*

Refut. XLI. Vide hominis audaciam, ac quantum ex evangelio subtrahat, quemadmodum si quis animali quopiam in duas partes dissecto dimidium eius imperitis ostendat, ac persuadere conetur eiusmodi totum animal esse, nec ei quicquam ademptum.

Schol. XLII. Ad haec integram abscidit duorum filiorum parabolam, eius videlicet qui bonorum partem abstulerat, et alterius. Luc. 15, 11.

Refut. XLII. Simillimum maximeque geminum novum hoc facinus est iis, quae in eodem ante genere commisit. Quod huic uni duntaxat fraudi fuit, cum eadem divina veritas nihilominus perseveret.

Schol. XLIII. *Lex et prophetae usque ad Ioannem, et omnis in illud vim facit.* Cap. 16, 16.

Refut. XLIII. Si legem percenset ac prophetas commemorat, neque aut illi pravitatem adscribit, aut istos falsos prophetas appellat, necessario fatendum est Christum dominum prophetas testimonio suo comprobasse, quos ex eodem loco de Christo vaticinatos esse colligitur.

Schol. XLIV. De divite et Lazaro mendico, quemadmodum delatus est ab angelis in sinum Abraae. Ibid. 22.

Refut. XLIV. Viden' ut inter vivos ac beatos in illa felici sempiternae quietis hereditate Abraamus ad omino numeretur, et in eius sinu Lazarus acquiescat? Desine igitur, Marcio, Abraamo maledicere, qui dominum agnovit suum, eumque sic allocutus est: *Domine, qui iudicas universam terram.* Ecce tibi iustum hunc fuisse testatus est dominus, nec ab ea vita, quam salvator ipse commendat, alienum. Gen. 18, 25.

Schol. XLV. *Nunc vero hic consolatur Lazarus.* Luc. 16, 25.

Refut. XLV. Cum Lazarus in Abraami sinu consoletur, sequitur ne Abraamum quidem ipsum solatii esse huius expertem.

Schol. XLVI. Dixit Abraam, *Habent Moysem et prophetas, illos audiant: alioqui neque si a mortuis quis resurrexerit, audient.* Ibid. 29.

Refut. XLVI. Non tanquam in hoc mundo adhuc sit, et in er-

13. *Haec verba* καὶ ἀσώτως δαπανή-σαντος *supra non occurrunt.*

14. *Supra* ἀκούουσιν.

Ἀβραὰμ μαρτυρεῖ τῷ νόμῳ Μωϋσέως καὶ τοῖς προφήταις, οὐδὲ ὡς οὐκ εἰδὼς τὰ ἐκ τούτων ἀποβησόμενα, ἀλλὰ μετὰ τὸ ἐν πείρᾳ γενέσθαι τῆς ἐκεῖ ἀναπαύσεως. Μετὰ γὰρ τελευτὴν μαρτυρεῖται ὑπὸ τοῦ σωτῆρος ἐν τῇ παραβολῇ τοῖς τοῦ νόμου δόγμασι καὶ προφήταις τὴν σωτηρίαν
pag. 339. κτησάμενος, καὶ ταῦτα πρὸ τοῦ νόμου πράξας. Ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς μετὰ ταῦτα τὸν νόμον φυλάξαντας καὶ προφήταις ὑπακούσαντας εἰς τὸν κόλπον αὐτοῦ εἶναι, καὶ εἰς τὴν ζωὴν μετ' αὐτοῦ ἀπιέναι· ὧν εἷς ἦν Λάζαρος, ὁ διὰ νόμου καὶ προφητῶν καταξιωθεὶς ζωτικοῦ κόλπου τῆς τοῦ Ἀβραὰμ μακαριότητος.

Σχόλ. μζ'. Παρέκοψε τὸ, Λέγετε, [15] ἀχρεῖοι δοῦλοί ἐσμεν· ὃ ὠφείλομεν ποιῆσαι, πεποιήκαμεν.

Ἔλεγχ. μζ'. Καὶ τὸ ἀσφαλὲς τῆς τοῦ κυρίου διδασκαλίας οὐ παραδέχεται. Ἐπασφαλιζόμενος γὰρ τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς, ἵνα μὴ διὰ τῆς ὑπερφανίας ἀπολέσωσι τὸν μισθὸν τοῦ ἔργου, ταπεινοφρονεῖν ἐνουθέτει. Οὗτος δὲ οὐ παραδέχεται. Τύφῳ γὰρ κατὰ πάντα ἐπήρθη, καὶ οὐκ ἀληθείᾳ.

Σχόλ. μη'. Ὅτε συνήντησαν οἱ δέκα λεπροί. Ἀπέκοψε δὲ πολλὰ, καὶ ἐποίησεν, Ἀπέστειλεν αὐτοὺς λέγων, Δείξατε ἑαυτοὺς [16] τοῖς ἱερεῦσι, καὶ ἄλλα ἀντ' ἄλλων ἐποίησε, λέγων ὅτι, Πολλοὶ λεπροὶ ἦσαν ἐν ἡμέραις Ἐλισσαίου τοῦ προφήτου, καὶ οὐκ ἐκαθαρίσθη εἰ μὴ Νεεμὰν ὁ Σύρος.

Ἔλεγχ. μη'. Καὶ ἐνταῦθα προφήτην τὸν Ἐλισσαῖον καλεῖ ὁ κύριος, καὶ ἑαυτὸν πληροῦντα τὰ ἰσοτύπως παρ' ἐκείνου προγεγενημένα, ἵνα ἐλέγχῃ Μαρκίωνα καὶ πάντας τοὺς ἀθετοῦντας θεοῦ προφήτας.

Σχόλ. μθ'. Ἐλεύσονται ἡμέραι, ὅταν ἐπιθυμήσητε [17] μίαν τῶν ἡμερῶν τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου.

Ἔλεγχ. μθ'. Εἰ ἡμέρας ἀριθμεῖ, καὶ χρόνον σημαίνει, καὶ υἱὸν ἀνθρώπου λέγει ἑαυτὸν, ἄρα καὶ μέτρον ἡλικίας ὑπέδειξε, καὶ ἡμερῶν τοῦ κηρύγματος ὑπόδειγμα. Οὐκ ἄσαρκος οὖν ὁ λόγος, ἀλλ' ἐν σώματι ἡ εὐδοκία.

Σχόλ. ν'. Εἰπέ τις πρὸς αὐτὸν, Διδάσκαλε ἀγαθὲ, Τί ποιήσας ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσω; [18] ὁ δὲ, Μή με λέγε ἀγαθόν· εἷς ἐστιν ἀγαθὸς [19] ὁ θεός. [20] Προσέθετο ἐκεῖνος, Ὁ πατήρ· καὶ ἀντὶ τοῦ, Τὰς ἐντολὰς οἶδας, λέγει, Τὰς ἐντολὰς οἶδα.

Ἔλεγχ. ν'. Ἵνα μὴ δείξῃ τὰς ἐντολὰς ἤδη προγεγραμμένας, λέγει,

15. *Supra* ὅτι ἀχρεῖοι. *Vocabulum* λέγετε, *quod desideratur in edit. princ., Petavius ex cod. Vatic. restituit.*

16. τοῖς *non extat in ed. princ. Restituit Petavius ex cod. Vatic.*

rore versetur Abraamus, legi Moysis ac prophetis testimonium perhibet, nec sic tanquam ea quae futura postea sunt ignoret, sed posteaquam cuiusmodi quies illa foret experientia didicit. Post obitum enim salvator in parabola testatur illum per legis dogmata, prophetasque salutem esse consecutum, tametsi ante legem illa factis expressisset. Similiter eos qui legem postea servassent ac prophetis obtemperassent in sinu eius acquiescere et ad vitam cum ipso pervenire. Quorum e numero Lazarus fuit, qui legis prophetarumque beneficio in vitalem beatitudinis illius, qua Abraamus fruitur, sinum receptus est.

Schol. XLVII. Haec verba praetermisit: *Dicite, Servi inutiles* Luc. 17, 10.
sumus: quod debuimus facere, fecimus.

Refut. XLVII. Etiam illam, quam doctrina domini praescribit, cautionem repudiat. Etenim Christus cautos ac prudentes reddere discipulos studens, ne ob superbiam operis suis mercede priventur, ad humilitatem erudiebat. Quod iste documentum reiicit, utpote elatus arrogantia, non veritate subnixus.

Schol. XLVIII. Quando occurrerunt decem leprosi. Quo in
loco multa resecat, itaque scribit: *Et misit eos dicens, Ostendite vos* Ibid. 12.
sacerdotibus: ac pro aliis alia supposuit, ita concipiens: *Multi erant* Cf. 4, 27.
leprosi in diebus Elisaei prophetae, et nemo curatus est, nisi Naamam Syrus.

Refut. XLVIII. Hoc in loco prophetam dominus Elisaeum nominat, seque adeo demonstrat ea quae ab illo signis et involucris aequaliter adumbrata fuerant, reipsa complesse, quo Marcionem, ac ceteros omnes prophetarum contemptores refelleret.

Schol. XLIX. *Venient dies, quando desiderabitis videre unum* Cap. 17, 22.
ex diebus filii hominis.

Refut. XLIX. Cum et dies numeret, et certum tempus indicet, et filium se hominis appellat, sane mensuram quandam aetatis significat ac praedicationis suae definitum diem constituit. Quare non expers carnis est verbum, sed in corpore benevolum illud est dei consilium perfectum.

Schol. L. *Dixit ei quidam, Magister bone, quid faciens vitam* Cap. 18, 18.
aeternam possidebo? At ille, Nolite me dicere bonum: unus est bonus deus. Adiecit ille, *Pater*. Sed et pro eo quod est, *Mandata nosti* scripsit ille, *Mandata novi.*

Refut. L. Ne mandata antea perscripta fuisse monstraret, ista

17. *Abest* ἰδεῖν *ante* μίαν, *quod supra quidem legitur.*
18. ὁ δὲ *supra desideratur.*
19. ὁ θεὸς *supra desideratur.*
20. *Supra* Προςέθηκε τὸ ὅτι, Ὁ πατήρ.

Τὰς ἐντολὰς οἶδα. Τὸ δὲ ὅλον κεφάλαιον φανερὸν ὑπάρχει ἀπὸ τῆς ἀκολουθίας. Καὶ εἰ πατέρα ἀγαθὸν φάσκει καὶ θεὸν ὀνομάζει, καλῶς ἀπὸ τοῦ νόμου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ διδάσκει τὸν βουλόμενον τὴν ζωὴν
pag. 340. κληρονομῆσαι, καὶ οὐκ ἀθετεῖ, οὐ δὲ ἀπωθεῖται, ἀλλὰ μᾶλλον ἐπιμαρτυρεῖ τοὺς ἐν νόμῳ πολιτευσαμένους ζωὴν αἰώνιον κεκληρονομηκέναι, Μωϋσέα τε καὶ τοὺς ἄλλους προφήτας.

Σχόλ. να΄. Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ ἐγγίζειν [21] αὐτὸν τῇ Ἱεριχώ, τυφλὸς ἐβόα, Ἰησοῦ, υἱὲ Δαβὶδ ἐλέησόν με. Καὶ ὅτε ἰάθη, φησὶν, Ἡ πίστις σου σέσωκέ σε.

Ἔλεγχ. να΄. Ἐν πίστει οὐκ ἔνι ψεῦδος. Εἰ γὰρ ψεύδεται, οὐ πίστις. Λέγει γοῦν, Υἱὲ Δαβὶδ, καὶ ἐπαινεῖται, καὶ κομίζεται τὸ αἴτημα ὁ τὸ ὄνομα ὁμολογήσας καὶ οὐκ [22] ἐπετιμήθη ὡς ψεύστης, ἀλλ' ὡς πιστὸς ἐμακαρίσθη. Οὐκ ἄρα ἄσαρκος ὁ διὰ τὴν ἐπίκλησιν τοῦ ὀνόματος χαρισάμενος τῷ τυφλῷ τὸ βλέπειν. Ἀληθινῶς γὰρ ἦν, καὶ οὐ δοκήσει, ἐκ τοῦ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ σάρκα, ἀπὸ Μαρίας τῆς ἁγίας παρθένου καὶ διὰ πνεύματος ἁγίου γεγεννημένος.

Σχόλ. νβ΄. Παρέκοψε τὸ, Παραλαβὼν τοὺς δώδεκα ἔλεγεν, Ἰδοὺ, ἀναβαίνομεν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ τελεσθήσεται πάντα τὰ γεγραμμένα ἐν τοῖς προφήταις περὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου· παραδοθήσεται [23] γὰρ, καὶ ἀποκτανθήσεται, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐγερθήσεται. Ὅλα ταῦτα παρέκοψε.

Ἔλεγχ. νβ΄. [24] Ἵνα ἐν μηδενὶ ὀρθοποδήσῃ· μὴ ὀρθοποδῶν δὲ ἐλέγχεται ῥᾳδιουργῶν κατὰ πάντα τρόπον. Ἔκρυψε γὰρ τὰ ῥητὰ, ἵνα δῆθεν τὰ περὶ τοῦ πάθους ἀρνήσηται. Ὕστερον δὲ ὁμολογοῦντι αὐτὸν ἐσταυρῶσθαι εἰς μάταιον αὐτῷ ὁ πόνος τῆς ῥᾳδιουργίας ἔσται.

Σχόλ. νγ΄. Παρέκοψε τὸ κεφάλαιον τὸ περὶ τῆς ὄνου καὶ Βηθφαγὴ, καὶ τὸ περὶ τῆς πόλεως καὶ τοῦ ἱεροῦ, [25] διότι γεγραμμένον ἦν, Ὁ οἶκός μου οἶκος προσευχῆς [26] κληθήσεται, καὶ ποιεῖτε αὐτὸν σπήλαιον λῃστῶν.

Ἔλεγχ. νγ΄. Τὸν ἔλεγχον ἑαυτῆς ἡ κακία οὐχ ὁρᾷ, τυφλώττει γάρ. Οἴεται δὲ δύνασθαι ἀποκρύπτειν τὴν τῆς ἀληθείας ὁδὸν, ὅπερ ἐστὶν ἀδύνατον. Εὐθὺς γὰρ ἀνεπήδησε, παραλιπὼν ὅλα τὰ κεφάλαια τὰ προειρημένα, διὰ τὸν μαρτυρηθέντα τόπον τοῦ ναοῦ ὄντα αὐτοῦ ἴδιον καὶ εἰς ὄνομα αὐτοῦ ᾠκοδομημένον, καὶ ἀπὸ τῆς Ἱεριχὼ καταλιπὼν πᾶσαν τὴν ἀκολουθίαν τῆς ὁδοιπορίας, πῶς τε ἦλθον εἰς Βηθανίαν καὶ εἰς Βηθφαγή. Φύσει γὰρ λεωφόρος ἦν παλαιὰ ἄγουσα εἰς Ἱερουσαλὴμ
pag. 341. διὰ τοῦ Ὄρους τῶν ἐλαιῶν, οὐκ ἄγνωστος οὖσα τοῖς καὶ τὸν τόπον

21. αὐτὸν supra desideratur.
22. ἐπετιμήθη cod. Vatic., et inde edit. Petav. ἐπεθυμήθη edit. princ.
23. γὰρ non legitur supra.

substituit: *Mandata novi.* Sed integrum caput illud ex ipsa sermonis est consequentia manifestum. Et quoniam patrem bonum appellat ac deum, praeclare illud ostendit, quemlibet ex patris sui lege velut quoddam vitae patrimonium posse consequi, nec illam condemnat, aut reiicit, sed eos potius qui in lege vixerunt immortalem vitam sortitos esse testatur, Moysen videlicet, ac prophetas ceteros.

Schol. LI. *Factum autem est cum appropinquaret Iericho, caecus clamabat: Iesu fili David, miserere mei! Et cum curatus esset, ait, Fides tua te salvum fecit.* Luc. 18, 35.

Refut. LI. Nullum inest in fide mendacium. Nam si mentitur, fides non est. At ille cum dixisset, *Fili David*, a Christo laudatur, nomenque confessus quod petierat impetrat. Non ille increpatur ut mendax, sed praedicatur ut fidelis. Non carnis igitur erat expers, qui ob illam nominis invocationem caeco visum restituit. Quippe non vana duntaxat specie, sed reipsa secundum carnem e stirpe Davidis originem duxerat de beatissima virgine Maria natus, et a sancto spiritu formatus.

Schol. LII. Mutilavit ista: *Assumptis duodecim ait, Ecce ascendimus Hierosolymam, et consummabuntur omnia quae scripta sunt per prophetas de filio hominis: tradetur, occidetur, et tertia die resurget.* Haec omnia sustulit. Ibid. 31.

Ἔλεγχ. ς'. Ὦ θαυμασίων μυστηρίων, καὶ ἀντιθέτων θεοῦ ὑποδειγμάτων. Τῇ γὰρ σαρκὶ περιῆψε τὰ πάντα δεινά. Ἡ σὰρξ δὲ οὐκ ἀεὶ ἦν, ἀλλ' ἐν τῇ ἕκτῃ ἡμέρᾳ τῆς κοσμοποιΐας, τοῦ Ἀδὰμ πλασθέντος, ἡ σὰρξ ἔκτοτε ἔσχε τὴν ἀρχήν, φημὶ τῆς πλάσεως· ἵνα ἐλεγχθῶσιν οἱ λέγοντες ἀεὶ καὶ ἐξ ἀρχῆς εἶναι τὸ κακόν. Καὶ γὰρ οὔτε ἐξότε ἐπλάσθη ἡ σὰρξ ἥμαρτεν, ἵνα μὴ ὁ πλάστης αἴτιος νομισθῇ ἁμαρτίας, πλάσας σάρκα ἁμαρτωλήν, οὔτε προϋπῆρχε τοῦ πλάσματος τὸ κακόν. Μετὰ
pag. 352. χρόνον δὲ ἐν παρακοῇ ὁ Ἀδὰμ γεγονώς, ἔχων τὸ αὐτεξούσιον, προαιρέσει ἰδίᾳ ἀφ' ἑαυτοῦ τὴν ἁμαρτίαν εἰς ἑαυτὸν διανοηθεὶς ἔπραξε, φημὶ δὲ τὴν ἀθέτησιν τοῦ αὐτοῦ δεσπότου διὰ τῆς παρακοῆς ποιησάμενος. Ποῦ τοίνυν ἦν τὸ κακόν, πρινὴ τὴν σάρκα εἶναι; Πῶς δὲ εὐθὺς πλασθεῖσα οὐ τὸ κακὸν εἰργάσατο, ἀλλὰ χρόνῳ μετέπειτα; Ἄρα γοῦν ἀνήρηται ὁ περὶ τῆς κακίας ἀρχῆς λόγος. Οὐ γὰρ δύναται ἀρχαΐζειν, ἐπειδὴ ἐν τῇ σαρκὶ τῇ μεταγενεστέρᾳ τὸ γίνεσθαι ἔχει ἡ κακία, ἢ μὴ γίνεσθαι. Καὶ οὔτε ἡ σὰρξ πάλιν ἀκληρονόμητός ἐστι τῶν ἐπουρανίων. Καὶ μή τις λάβηται τοῦ ἁγίου ἀποστόλου εἰπόντος, Σὰρξ καὶ αἷμα βασιλείαν θεοῦ οὐ κληρονομήσουσιν· οὐ γὰρ πᾶσαν σάρκα αἰτιᾶται. Πῶς γὰρ αἰτιαθήσεται σάρξ, ἡ μὴ πράξασα τὰ προειρημένα; Καὶ ἐξ ἑτέρων δὲ ἀποδείξεων παραστήσω τὸ ζητούμενον. Τίς γάρ, φησίν, ἐγκαλέσει κατὰ ἐκλεκτῶν θεοῦ; Πῶς οὐ κληρονομήσει Μαρία ἡ ἁγία μετὰ σαρκὸς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἡ μὴ πορνεύσασα, μὴ ἀσελγήσασα, μὴ μοιχευθεῖσα, μηδέν τι τῶν ἀνηκέστων σαρκὸς ἔργων ἐργασαμένη, ἀλλὰ ἄχραντος μείνασα; Οὐκ ἄρα τοίνυν περὶ σαρκὸς λέγει μὴ κληρονομεῖν βασιλείαν οὐρανῶν, ἀλλὰ περὶ σαρκικῶν ἀνθρώπων τῶν τὰ φαῦλα διὰ τῆς σαρκὸς πραττόντων, ἅτινά ἐστι πορνεία, εἰδωλολατρία, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια. Καὶ ἐξάπαντος ἐλήλεγκταί σου ἡ σκευωρία, ὦ Μαρκίων πεπλανημένε, τῆς ἀληθείας πάντη προλαβούσης, καὶ τὸ στερεὸν τοῦ κηρύγματος τῆς ζωῆς ἀσφαλιζομένης.

Σχόλ. ζ'. Οἱ δὲ τοῦ Χριστοῦ τὴν σάρκα ἐσταύρωσαν σὺν τοῖς παθήμασι καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις.

Ἔλεγχ. ζ'. Εἰ ἐσταύρωσαν τὴν σάρκα οἱ τοῦ Χριστοῦ, ὦ Μαρκίων, δῆλον ἦν ὅτι οἱ τοῦ Χριστοῦ δοῦλοι σὺν ταῖς ἐπιθυμίαις καὶ τοῖς παθήμασι καθαρὰν τὴν σάρκα ἀπέδειξαν, καὶ ἐμιμήσαντο τὸν Χριστόν, δείξαντες αὐτὸν σάρκα ἐσταυρωκέναι. Διὸ καὶ αὐτοὶ τὰ ἴσα τῷ δεσπότῃ αὐτῶν φρονήσαντες τὴν σάρκα ἐσταύρωσαν. Καὶ εἰ τὴν σάρκα

94. ἃ προλέγω ὑμῖν, καθὼς καὶ cell. plene supra.

cidia, ebrietates, comessationes, quae praedico vobis, sicut praedixi, quoniam qui talia agunt regnum dei non possidebunt.

Refut. VI. O admiranda dei mysteria, ac Marcionis erroribus adversa dogmata! Etenim mala omnia carni tribuuntur. Ea porro perpetuo non extitit, sed sexto demum die, tum cum Adamus formatus est, esse coepit. Ex quo illi refelluntur qui malum ab initio ac semper extitisse praedicant. Atqui neque simul ac formata caro est, peccatum admisit, ne peccati auctor qui illam finxerant haberetur, quasi peccata ream carnem molitus esset, neque malum opus ipsum antecessit. Verum aliquanto post tempore a dei obsequio desciscens Adamus ac libertate praeditus per sese ac sponte sua certoque consilio peccato se obstrinxit, dum per animi contumaciam domino sui maiestatem imminuit. Ubinam ergo rerum, antequam caro prodiisset, peccatum fuit? Aut quanam ratione non simulatque condita est, sed aliquanto postea intervallo malum commisit? Quamobrem omnis illa de principio mali sententia corruit. Non enim antiquum esse potest malum, quod in recentiori caro habet ut sit, aut non sit omnino. Neque vero a coelesti possessione caro deiicitur. Nec est quod apostoli auctoritate abutatur quispiam, dum ait: *Caro et sanguis regnum dei non possidebunt.* Nam non carnem omnem accusat. Cur enim accusetur ea quae nihil eorum quae antea commemorata sunt admiserit? Sed et aliis quoque rationibus quod quaeritur evidenter ostenditur. *Quis*, inquit, *accusabit adversus electos dei?* Nonne sanctissima virgo Maria cum ipsa carne coeleste regnum capesset, cui neque vitium est unquam oblatum, nec libidine est ulla aut adulterio foedata, neque quicquam ex nefariis illis carnis operibus admisit, sed integra inviolataque perstitit? Non igitur utcumque de carne loquitur, cum eam negat coeleste regnum possidere, sed de carni immersis hominibus, qui adminiculo carnis scelesta quaedam perpetrant, cuiusmodi sunt fornicatio, idololatria etc. Unde tua, Marcio, fraus atque calliditas omnino detegitur, cum omnes erroris aditus iamdudum veritas occuparit, praedicationisque eius quae vitam adfert firmitatem stabilitatemque munierit.

1. Cor. 15, 50.

Rom. 8, 33.

Schol. VII. *Qui autem Christi sunt, carnem crucifixerunt cum vitiis et concupiscentiis.* Gal. 5, 24.

Refut. VII. Si qui *Christi sunt, carnem crucifixerunt*, Marcio, perspicuum est Christi servos circumcisis cupiditatibus et affectionibus purgatissimam carnem suam reddidisse, imitatosque esse Christum, dum ipsum carnem suam cruci affixisse declarant. Unde et illi eodem quo dominus suus consilio carnem in cruce defigunt. Iam

pag. 351. γ' καὶ ια' Ἔλεγχ. Εἰ ἄρχοντες τοῦ αἰῶνος τούτου πολλοί, καταργοῦνται δὲ οἱ τοιοῦτοι, ἀναγκασθήσῃ, ὦ Μαρκίων, οὐκέτι τριῶν [99] Ἀρχῶν ζητεῖν τὰς ῥίζας, ἀλλ' [1] ἐρευνῆσαι ἄλλον μῦθον πολλῶν ἀρχῶν καὶ πολλῶν ῥιζῶν καὶ πολλῆς τραγῳδίας. Καὶ ὅταν συκοφαντῶν πλάσῃς (οὐ γὰρ εὕροις), [2] συναντήσει σοι τὸ Καταργουμένων, [3] ἐκ δὲ τοῦ λόγου τοῦ λέγοντος Καταργουμένων ἀναιρεθήσεται ἡ παρά σου φανταζομένη ἄναρχος τῶν ἀρχῶν ῥίζα. Πᾶν γὰρ τὸ λῆγον οὐκ ἀΐδιον ὑπάρχει, ἀλλὰ εἰ ἀρχὴν ἔσχε τοῦ εἶναι, καὶ τέλος ὑφέξει. Ἀδύνατον γὰρ τὸ ἀρχὴν ἐσχηκὸς διαιωνίζειν ἀϊδίως, εἰ μή τι ἂν θέλοι [4] τὸ ὄν, αἴτιον γενόμενον τοῦ μή ποτε ὄντος, ἀρξαμένου δὲ τοῦ εἶναι. Τὸ δὲ ὄν ἐστι πατὴρ καὶ υἱὸς καὶ ἅγιον πνεῦμα· τὸ δὲ μὴ ὄν ἐστι πάντα τὰ [5] κεκτισμένα, ἀρχὴν ἐσχηκότα τοῦ εἶναι· ἐν οἷς ἂν καὶ τὸ λεγόμενον κακὸν καὶ ὂν κακόν, ἀπὸ ἀνθρώπων ἀρξάμενον τῶν γενομένων, οὐκ ὄντων ποτέ. Ἀρχὴν δὲ τοῦ κακοῦ ἐσχηκότος ἐξότε καὶ ὁ ἄνθρωπος, ὁ οὐκ ὤν ποτε, οὐκέτι ἔσται τὸ κακόν· ἀναμφιβόλως γὰρ ἀναιρεθήσεται, διὰ τὸ μὴ συνευδοκεῖν τὸν [6] ὄντα τῷ ἀρχὴν ἐσχηκότι καὶ ἐν φαύλοις ἑαυτὸν καταστήσαντι. Παυθήσεται γὰρ μετὰ τὴν ἀνάστασιν οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς τοῦ νόμου κηρύξεως, καὶ πρὸ τοῦδε νόμου ἀπὸ πολλῶν τῶν κατὰ τὸν φυσικὸν νόμον πεπολιτευμένων, καὶ ἔτι γε περισσοτέρως ἀπὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ ἐνσάρκου παρουσίας, τελειότατα δὲ ἀπὸ τῆς τῶν νεκρῶν ἀναστάσεως. Ἐπειδή, Σπείρονται ἐν φθορᾷ, ἐγείρονται ἐν ἀφθαρσίᾳ, μηκέτι τὸ κακὸν ἐργαζόμενοι, μηκέτι ἀποθνήσκοντες. Καὶ ὅτι δὲ παυθήσεται, μαρτυρήσει ὁ αὐτὸς λόγος τοῦ ἀποστόλου φάσκων, Τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου, τῶν καταργουμένων. Καὶ ἀνῄρηται πανταχόθεν ἡ κατὰ σέ, ὦ Μαρκίων, ὑπόθεσις, φαντασιώδης τις οὖσα καὶ ψευδὴς καὶ ἄστατος καὶ ἄλογος.

δ' καὶ ιβ' Σχόλ. Γέγραπται γάρ, Ὁ δρασσόμενος τοὺς σοφοὺς ἐν
pag. 355. τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν. Καὶ πάλιν, Κύριος γινώσκει τοὺς διαλογισμοὺς τῶν ἀνθρώπων ὅτι εἰσὶ μάταιοι.

δ' καὶ ιβ' Ἔλεγχ. Τὸ Γέγραπται εἰς χρῆσιν προφερόμενον, καὶ τὸ

99. ἀρχῶν cod. Vatic., et inde edit. Petav. ἀρχόντων cod. Rhedig. et edit. princ.

1. Reposui ἐρευνῆσαι pro ἐρευνήσας, quod in omnibus libris reperitur.

2. συναντῆσαι omnes libri, tam scripti quam editi.

3. Verba ἐκ δὲ τοῦ — — — Καταργουμένων, quae in edit. princ. non reperiuntur, ex cod. Vatic. restituit Petavius.

4. τὸ αἴτιον cod. Vatic. Verte: nisi

vero si carnem suam crucifixerint, fieri non potest, quin caro pro Christo perpessa cum Christo pariter regnet, id quod alio in loco his verbis demonstrat apostolus: *Sicut socii passionum Christi estis, ita et gloriae.* 2. Cor. 1, 7.

Schol. VIII. *Neque enim qui circumciduntur ipsi legem custodiunt.* Gal. 6, 13.

Refut. VIII. Non igitur suo tempore prohibita vetus illa circumcisio fuit, si quidem legem custodiret. Porro lex Christum nuntiabat idcirco venientem, ut legem liberatis afferret, cuius illa figuram expressit. Quicumque vero adhuc in illa signantur, tametsi legem omnem observent, non tamen iis observatio ista legis imputabitur. Cum enim lex de Christo praedixerit: *Prophetam suscitabit vobis dominus deus e fratribus meis sicut me; ipsum audietis:* qui ex illis Christum non audierint, horum circumcisio praeputii instar aestimatur, ipsaque legis observatio observatio esse desinit. Est igitur bona quidem lex, bonaque circumcisio, quas Christum Christique perfectiorem legem ac circumcisionem cognovimus. Deut. 18, 15.

EX EPISTOLA AD CORINTHIOS, QUAM ISTI PERINDE AC NOS SECUNDO LOCO NUMERANT.

Schol. I et IX. *Scriptum est enim, Perdam sapientiam sapientum, et prudentiam prudentium reprobabo.* 1. Cor. 1, 19.

Refut. I et IX. Quandoquidem ex iis quae a prophetis scripta sunt apostolus ad veritatis sinceraeque doctrinae faciendam fidem auctoritates arcessit nequaquam a veritate, nec a bono bonaque illius disciplina, prophetae segregandi sunt.

Schol. II et X. *Ut, quemadmodum scriptum est, qui gloriatur, in domino glorietur.* Ibid. 31.

Refut. II et X. Cum is qui gloriatur in domino apud prophetas laude dignus habeatur, dominum porro scriptura eum intelligat qui legis sit deus, quem tu, Marcio, Iudicem et Creatorem, ac Iustum nominas, non potest hic alius esse quam Christi pater, cuius discipulus est Paulus; quandoquidem e prophetae doctrina gentium institutus a Christo magister Paulus, ex iisdem inquam doctrinae fontibus velut clarissimam aquam hauriens, commissam sibi perfundit ecclesiam.

Schol. III et XI. *Principum huius seculi, qui evacuantur.* Cap. 2, 6.

97. Καὶ *ante* ἵνα *abest supra.*
98. τοῦ *abest ab edit. princ. Ex cod. Vatic. restituit Petavius.*

Refut. III et XI. Si huius seculi principes sunt multi, qui quidem evacuantur, non trium amplius Principiorum, Marcio, stirpes ac radices indagare cogeris, sed aliam comminisci fabulam, atque multorum ad Principiorum et radicum, et ingentis alicuius tragoediae inquisitionem te convertere. Cumque nescio quid calumniose struxeris, neque enim invenire poteris quemadmodum verba illa, *Qui evacuantur,* accommodes, ex hoc ipso *evacuandi* vocabulo ruat illa necesse est, quam fingis, Principiorum radix, carens ipso Principio. Quicquid enim desinit aliquando, sempiternum esse non potest: sed si principium aliquod unde esse coepit habuerit, finem insuper obtinebit. Fieri quippe nequit ut quod principium habet perenne sit ac perpetuum. Alioqui quid illud sibi vellet quod dicitur, id quod est eius esse caussam quod aliquando non fuerit et esse demum coeperit? Idipsum porro quod est, pater est et filius, et spiritus sanctus. Cetera omnia, quae condita sunt, non esse dicuntur, quae a Principio quodam ortum habuerunt; inter quae malum etiam quod dicitur referendum est, malum inquam quod ab hominibus iam in lucem editis tamquam a principio manavit, cum et ipsi quandoque non fuerint, et tum esse malum coeperit cum et homo, qui antea non erat, originem accepit. Quare veniet tempus cum malum amplius non erit, cum Principi ipsi minime istud placuerit, quod ortum a principio ipsum in malorum numero atque ordine collocarat. Igitur non solum post corporum resurrectionem desinet, sed iamdudum ab ipsa legis promulgatione, imo ante legem ipsam in plerisque desiit, qui vitam suam ex naturalis legis praescripto temperarunt. Sed multo magis post Christi salvatoris adventum, ac denique post mortuorum Resurrectionem longe id cumulatius accidet. Quandoquidem *Seminantur in corruptione, surgunt autem in incorruptione,* 1. Cor. 15, 42.
nec malum amplius perpetrant, neque moriuntur. Ac cessaturum quidem omnino malum eadem illa apostoli testatur oratio: *Principum huius seculi, qui evacuantur.* Ex quo vanum tuum illud dogma concidit, Marcio! quod opinione sola confictum mendax, inconstans, rationique minime consentaneum est.

Schol. IV et XII. Scriptum est enim: *Qui comprehendit sapientes in astutia eorum.* Cap. 3, 19.
Et iterum: *Dominus novit cognitiones hominum, quia vanae sunt.* Ibid. 20.

Refut. IV et XII. Istud ipsum: *Scriptum est etc.* ad usum

qua placuerit illi quod est, quodque caussa factum est eius *cett. Neque Cornarius neque Petavius hunc locum intellexerunt.*

5. *Libri vulgo* κεκτημένα. „acquisita" *vertit Cornarius.*

6. ὄντα cod. *Vatic.* ἄρχοντα *libri editi.*

Γινώσκει κύριος ὁμολογούμενον, οὐκ [7] ἀλλότριον ὑπάρχει τῷ ἀναλεξαμένῳ τὸ ῥητὸν τοῦ λόγου, φημὶ δὲ τῷ ἁγίῳ ἀποστόλῳ, παρ' ᾧ ἡ χρῆσις ἐμφέρεται. Ἐξ ἧς χρήσεως ὁ χαρακτὴρ φανεῖται οὐκ ἀλλοτρίου τοῦ κηρύγματος τοῦ ἀποστόλου ἀπὸ τῆς παλαιᾶς διαθήκης, ὅθεν αὐτῷ ἡ μαρτυρία συνέστη.

έ καὶ ιγ' Σχόλ. Καὶ γὰρ τὸ πάσχα ἡμῶν ἐτύθη Χριστός.

έ καὶ ιγ' Ἔλεγχ. Εἰ πάσχα ὁ ἀπόστολος ὁμολογεῖ, καὶ τυθέντα τὸν Χριστὸν οὐκ ἀρνεῖται, οὐκ ἀλλότριον τὸ πάσχα τοῦ Χριστοῦ, τοῦ κατὰ νόμον πάσχα πρόβατον θύοντος ἀληθινῶς, καὶ οὐ δοκήσει, [8] οὗ προβάτου τύπος ἦν ὁ [9] οὐ δοκήσει θυόμενος Χριστὸς, οὐδὲ ἄνευ σαρκὸς πάσχων. Πῶς γὰρ ἠδύνατο πνεῦμα θύεσθαι; Δῆλον οὐκ ἠδύνατο. Μὴ δυναμένου δὲ ἄνευ σαρκὸς [10] τυθῆναι, τυθέντος δὲ ἐν ἀληθείᾳ, ὁμολογεῖται διὰ τῆς τοῦ ἀποστόλου ἀναμφιλέκτου ὁμολογίας. Οὐκοῦν ἐκ παντὸς σαφῶς ἀποδέδεικται οὐκ ἀλλότριος [11] ὁ νόμος τύπῳ φερόμενος χρόνῳ [12] ἄχρι τοῦ ἐντελεστέρου καὶ ἐναργοῦς προβάτου τυθέντος ἐν ἀληθείᾳ Χριστοῦ, οὗ προῆγεν ἐν τοῖς παλαιοῖς χρόνοις ἄλλοις θυόμενον τὸ πρόβατον τὸ αἰσθητόν· ἡμῶν δὲ τὸ πάσχα ἐτύθη Χριστός.

ϛ' καὶ ιδ' Σχόλ. Οὐκ οἴδατε ὅτι ὁ κολλώμενος τῇ πόρνῃ ἓν σῶμά ἐστιν; [13] Ἔσονται γὰρ οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν.

ϛ' καὶ ιδ' Ἔλεγχ. Εἰ οὐκ ἀληθὴς ὁ νόμος, τίνι τῷ λόγῳ οἱ ἀληθεῖς τὰς μαρτυρίας ἀπὸ τοῦ νόμου λαμβάνουσιν; Ὧν εἷς ὑπάρχει ὁ ἅγιος θεοῦ ἀπόστολος Παῦλος, ὁ τὴν μαρτυρίαν ταύτην μετὰ καὶ πολλῶν ἄλλων λαβὼν εἰς ἐναργῆ παράστασιν ἀληθείας καὶ κηρύγματος ἀγαθοῦ θεοῦ.

ζ' καὶ ιε' Σχόλ. Μετηλλαγμένως. [14] Ἀντὶ γὰρ τοῦ, Ἐν τῷ νόμῳ, λέγει, Ἐν τῷ Μωϋσέως νόμῳ. Λέγει δὲ πρὸ τούτου, [15] Ἢ καὶ ὁ νόμος ταῦτα οὐ λέγει;

ζ' καὶ ιε' Ἔλεγχ. Κἄν τε ἐν τῇ δευτέρᾳ ἀποφάσει ἀλλάξῃς τὸ εἶδος, ὦ Μαρκίων, καὶ νομίσῃς ἀπὸ τοῦ πεποιηκέναι σε, Ἐν τῷ νόμῳ [16] Μωϋσέως, ἀπαλλοτριοῦν διὰ τὸν Μωϋσέα θεοῦ τὸν νόμον, ἄνωθεν ὁ σύνδεσμος ἐλέγχει σου τὴν ἀφροσύνην, ὅτι, [17] Ἢ καὶ ὁ νόμος ταῦτα
pag. 356. οὐ λέγει; Ἐν γὰρ τῷ νόμῳ γέγραπται, Οὐ φιμώσεις βοῦν ἀλοῶντα. Οὐδὲν δὲ ἡμᾶς ἠδίκησας, κἄν τε προσθεὶς τὸ ὄνομα Μωϋσέως· ἀλλὰ ἡμᾶς μὲν ὠφέλησας, κατὰ σαυτοῦ δὲ τὴν μαρτυρίαν ἔσφιγξας, παντα-

7. *Ita ed. Petav., ex cod. Vatic.* ἀλλότριος *edit. princ.*

8. οὗ *scripsi, Cornarium atque Petavium secutus, pro* οὐ, *quod libri tam scripti quam editi tuentur.*

9. οὐ *desideratur in cod. Vatic.*

10. τιθῦναι τηθέντος *ed. princ. mendose.*

11. ὁ νόμος *cod. Vatic. et ed. Petav.* νόμος *ed. princ.*

12. μέχρι *edit. Petav. Nescio unde.*

translatum itemque, *Novit dominus etc.* hac auctoritate comprobatum, alienum ab eo minime censetur, qui hanc e scriptura sententiam protulit, apostolo videlicet, a quo ista collecta sunt. Atque hoc ex usu locorum satis apparet apostolicae doctrinae formam nihil a vetere testamento dissidere, cuius ille testimonium adhibuit.

Schol. V et XIII. *Etenim pascha nostrum immolatus est Christus.* 1. Cor. 5, 7.

Refut. V et XIII. Cum et pascha apostolus agnoscat, et immolatum Christum non neget, non est abalienandum a Christo pascha qui ex paschatis lege verum agnum non specie tenus immolat, cuius agni formam non specie item sola immolatus Christus nec sine carne passus expressit. Qui enim mactari spiritus posset? Sane fieri istud omnino nequit, sed neque sine carne potest occidi. Occisum autem esse revera haud dubia apostoli confessione declaratur. Quamobrem necessaria illud ratione colligitur, non alienam esse legem, quae adumbratis rebus ac figuris tamdiu constabat, donec perfectior, idemque manifestus agnus succederet, hoc est Christus reipsa mactatus, quem priscis temporibus antecessit alter ille qui immolabatur agnus, quique sensu percipi poterat: *Nostrum vero pascha immolatus est Christus.*

Schol. VI et XIV. *Nescitis quod qui adhaeret meretrici, unum corpus est. Erunt enim, inquit, duo in carnem unam.* Cap. 6, 16.

Refut. VI et XIV. Nisi vera lex sit, est tandem quod qui veritati student auctoritates ex illa depromunt? cuiusmodi sanctus dei apostolus est Paulus qui cum aliis innumeris hoc etiam testimonium ad veritatem bonique dei praedicationem evidenter asseverandam non dubitavit afferre?

Schol. VII et XV. Mutatus est locus. Nam pro eo quod est, Cap. 9, 8 et 9.
In lege, scripsit, *In Moysis lege.* Sed antea dixerat, *Tametsi lex ea non dicat.*

Refut. VII et XV. Licet in secunda sententia formam orationis immutaveris, Marcio, atque ex eo quod, *In lege Moysis* scripseris, hac voce, *Moysis,* alienum a lege deum ostendi putaveris posse, tamen superior illa coniunctio vesaniam tuam redarguit, *Tametsi lex ista non dicat.* In lege quippe scriptum est: *Non alligabis os bovi* Deut. 25, 4.
trituranti. Ceterum quod tu legem Moysis scribere maluisti, nihil nobis omnino nocuisti, sed profuisti potius, ac luculentius contra te

13. *Supra* Ἔσονται γὰρ, φησὶν, οἱ δύο *cett.*

14. *Aliter supra:* Ἀντὶ γὰρ τοῦ, Καὶ ὁ νόμος ταῦτα οὐ λέγει, φησὶ ἐκεῖνος, Εἰ καὶ ὁ νόμος Μωϋσέως ταῦτα οὐ λέγει.

15. *Editi libri* Εἰ καὶ.

16. *Ita cod. Vatic. et ed. Petav. In ed. princ. legitur* Μωϋσέος. *Ita vulgo etiam in seqq.*

17. *Editi* Εἰ καὶ.

χόθεν δὲ [18] ὡμολόγησας, ἀγνοῶν τοῦ θεοῦ εἶναι τὸν Μωϋσέος νόμον ἀπὸ τοῦ, Ἐν τῷ νόμῳ Μωϋσέος, καὶ, Ὁ νόμος λέγει. Ἐπακολουθεῖ γὰρ ὁ ἀπόστολος συντιθέμενος ἐν τῷ μετέπειτα εἰρηκέναι, Μὴ τῶν βοῶν μέλει τῷ θεῷ; ἢ πάντως δι᾽ ἡμᾶς εἴρηκεν; Εἰ δὲ διὰ τοὺς ἀποστόλους εἴρηκεν ὁ νόμος καὶ ὁ ἐν τῷ νόμῳ θεὸς λαλήσας, ἐπιμελεῖται ἄρα τῶν ἀποστόλων τοῦ Χριστοῦ ἐν τῷ μὴ φιμοῦν αὐτοὺς παρακελεύεσθαι, ἤτοι τοῦ λαλεῖν τὴν τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ διδασκαλίαν, ἤτοι τὴν ἐφήμερον τροφὴν παρὰ τῶν λαῶν ἀνενδέως αὐτοὺς ἔχειν. Οὐκ ἄρα ἀλλοτρίους τοὺς ἀποστόλους ἑαυτοῦ τῆς θεότητος οἶδεν, οὐδὲ οἱ ἀπόστολοι ἀλλότριον αὐτὸν θεὸν ἡγοῦνται. Ἐξ ἧςπερ ὑπὲρ πάντων μαρτυρίας ὁ ἅγιος ἀπόστολος ἀποδέδωκε φήσας, Μὴ περὶ τῶν βοῶν μέλει τῷ θεῷ; ἀλλὰ διὰ τοὺς ἀποστόλους εἴρηκε. Καὶ εἰ διὰ τοὺς ἀποστόλους εἴρηκε, κτιστὴς δέ ἐστι ἀνθρώπων καὶ κτηνῶν, ἐξ ὧν βόες τε καὶ στρουθοὶ, ἑρπετά τε καὶ κνώδαλα, ἐνάλιά τε καὶ τὰ ἄλλα, ἄρα μέλει αὐτῷ περὶ πάντων κατὰ τὴν ἑκάστου ἀναλογίαν. Καὶ μέλει μὲν αὐτῷ περὶ πάντων ἐν τῷ λέγειν, Ἀνθρώπους καὶ κτήνη σώσεις, κύριε, καὶ ἐν τῷ εἰρηκέναι, Τίς δέδωκε κόρακι βοράν; καὶ, Νεοσσοὶ κοράκων πρὸς κύριον κεκράγασι, τὰ σῖτα ζητοῦντες, καὶ, Δώσεις τὴν τροφὴν εὔκαιρον τοῖς πᾶσιν. Ἀλλὰ οὐκ ἐν τῷ ἀλοᾶν τοὺς βοῦς παρεκελεύετο μὴ φιμοῦν βοῦν ἀλοῶντα, [19] ἐπεὶ ἐδείκνυεν ἂν μὴ δύνασθαι τὸν θεὸν τρέφειν αὐτοῦ τὴν [20] κτῆσιν [21] ἄλλῃ, εἰ καὶ μὴ διὰ τῆς τῶν ἀνθρώπων τοῖς κτήνεσιν [22] ἐπικουρουμένων τροφῆς. Ἔδειξε δὲ ὁ ἅγιος ἀπόστολος οὐ δι᾽ ἀπορίαν τροφῆς τὸν θεὸν διὰ τοῦ ἀλοητοῦ ἐπιμέλεσθαι βοῶν ἐν τῷ παρακελεύεσθαι μὴ φιμοῦν τοὺς τοιούτους, ἀλλὰ διὰ τοῦ αἰνίγματος περὶ τῶν ἀποστόλων σημαίνεσθαι τὴν σχέσιν. Τῶν γὰρ [23] κάτω αἰσθητῶν πάντων ποιεῖται τὴν πρόνοιαν, καὶ ὁμοίως μέλει αὐτῷ περὶ πάντων. Οὐ γὰρ ἀντιθέτως ὁ ἀπόστολος πρὸς τὸν σωτῆρα ἔγραφεν, ἵνα οὕτως προφασίσωνται οἱ πολλοί. Μικρότερα γὰρ τῶν βοῶν τὰ στρουθία, περὶ ὧν ὁ σωτὴρ ἔλεγεν ὅτι, Πέντε στρουθία πω-
pag. 357. λεῖται ἀσσαρίων δύο, καὶ πάλιν, Οὐχὶ δύο στρουθία πωλεῖται ἀσσαρίου ἑνός; [24] Εἰ οὖν δύο στρουθία πωλεῖται ἀσσαρίου ἑνὸς, καὶ ἓν ἐξ αὐτῶν οὐ πεσεῖται εἰς παγίδα ἄνευ τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὁμοῦ μὲν πάντων προνοεῖ, τῶν δὲ μειζόνων ἐπιμελεῖται, κατὰ τὸ μεῖζον εἶδος τῆς πνευματικῆς ἀκολουθίας· ὥστ᾽ οὖν ἐκ παντὸς ὁμολογεῖται τὸν αὐτὸν ποιητὴν καὶ δημιουργὸν καὶ νομοθέτην παλαιᾶς καὶ καινῆς διαθήκης ὄντα θεὸν ἀγαθόν τε καὶ δίκαιον καὶ τῶν πάντων κύριον.

18. *Ita ed. Pelav. ex cod. Vatic. Ed. princ. habet* ὁμολόγησας.

19. ἐπεὶ ἐδείκνυεν *ed. Pelav. ex cod. Vatic.* ἐπεδείκνυεν *edit. princ.*

20. *Repone* κτίσιν.

21. *Rescripsi* ἄλλῃ, εἰ καὶ μὴ *postulante sententia. Libri habent* ἀλλὰ εἰ καὶ μή.

testimonium obfirmasti, ut vel imprudens confiterere Moysis legem a deo derivatam, hoc ipso quod, *In lege Mosis*, scripseris. Item, *Lex dicit.* Adstipulatur enim et apostolus postea subiiciens: *Numquid de bobus cura est deo? An propter nos utique dicit?* Quod si propter apostolos tam lex quam qui in lege locutus est deus ista dixerunt, uterque profecto apostolorum Christi curam suscipit, dum illis os alligari prohibet, sive a praedicanda Christi doctrina impediri vetat, sive quotidiana ipsis alimenta suppeditari populorum liberalitate praecipit. Itaque nec alienos a divinitate sua apostolos ille putat, nec isti alienum ipsum esse statuunt. Ex hoc vero communi omnibus testimonio sic colligit apostolus: *Numquid de bobus cura est deo?* Sed propter apostolos dixit. Quare si propter apostolos usurpavit, hominum porro pecudumque conditor est, e quibus boves sunt ac passeres, serpentes, bestiae, pisces, animantiaque reliqua, consequens est curam illum omnium pro cuiusque ratione capessere. Nam et universorum ei curam esse satis ex eo quod scriptum est
ostenditur: *Homines et iumenta salvabis, domine.* Item ex eo: *Quis* Psalm. 36, 7.
dedit corvo cibum? et: *Pulli corvorum ad dominum clamant cibos postu-* Iob. 39, 3.
lantes; et: *Dabis opportunam escam omnibus.* Neque vero bovum in Psalm. 146, 9.
obterendis frugibus obstringi capistris ora simpliciter prohibet. Alio- Psalm. 144, 15.
qui deum conditis a se animantibus praebere alimenta non posse monstraret, neque aliter quam ope hominum et auxilio pecorum pabulo providere. Sed illud apostolus declarat, non cibariorum inopia deum bubus triturae tempore consultum voluisse atque obligari vetuisse, verum hoc aenigma totum ad apostolos quadam habitudine referendum. At vero infima omnia, quae sensu percipi possunt, deus providentia sua complectitur, et universorum curam pariter suscipit. Non enim salvatori contraria scripsit apostolus, ut hanc sibi plerique excusationis latebram quaerant. Etenim longe bubus minores sunt
passeres, de quibus a salvatore dictum est: *Quinque passeres ve-* Luc. 12, 6.
neunt dupondio. Et rursum: *Nonne duo passeres asse veneunt, et* Matth. 10, 29.
unus ex ipsis non cadet in laqueum sine patre vestro qui in coelis est?
Sic igitur universa deus providentia sua gubernat. Quae vero maiora sunt, altiore quadam cura et spiritali, quae illorum naturam consequitur, administrat. Concludendum igitur est eundem conditorem et opificem ac legislatorem esse veteris ac novi testamenti, deum bonum, et iustum, universorumque dominum.

22. *Libri habent* ἐπικουρουμένους. — *Pro* κτήνεσιν *in cod. Rhedig. extat* κτίσεσιν.

23. κάτω *rescripsi cum Petavio pro* κατὰ τὸ, *quod libri retinent.*

24. *Verba* Εἰ οὖν δύο στρουθία πωλεῖται ἀσσαρίου ἑνὸς, *quae desiderantur in editis et in cod. Rhedig., restitui ex auctoritate cod. Vaticani.*

η' καὶ ις' Σχόλ. Μὴ τῶν βοῶν μέλει τῷ Θεῷ;

η' καὶ ις' Ἔλεγχ. Ἤδη διαπεπραγμάτευται καὶ διὰ πλάτους ἡρμήνευται ἐν τῷ πρὸ αὐτοῦ ῥητῷ. Διὸ περιττὸν ἡγησάμενος αὖθις περὶ αὐτοῦ λέγειν ἠρκέσθην τοῖς προειρημένοις.

θ' καὶ ιζ' Σχόλ. Οὐ θέλω γὰρ ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοί, ὅτι οἱ πατέρες [25] ὑμῶν ὑπὸ τὴν νεφέλην ἦσαν, καὶ πάντες διὰ τῆς θαλάσσης διῆλθον, καὶ πάντες τὸ αὐτὸ πνευματικὸν ἔφαγον βρῶμα, καὶ πάντες τὸ αὐτὸ πνευματικὸν ἔπιον πόμα. Ἔπινον γὰρ ἐκ πνευματικῆς ἀκολουθούσης πέτρας, ἡ δὲ πέτρα ἦν ὁ Χριστός, ἀλλ' οὐκ ἐν τοῖς πλείοσιν αὐτῶν ηὐδόκησε. Ταῦτα δὲ τύποι [26] ὑμῶν ἐγενήθησαν, [27] πρὸς τὸ μὴ εἶναι ἡμᾶς ἐπιθυμητὰς κακῶν, καθὼς καὶ ἐκεῖνοι ἐπεθύμησαν· μηδὲ εἰδωλολάτραι γίνεσθε, καθώς τινες αὐτῶν, [28] καθὼς γέγραπται, Ἐκάθισεν ὁ λαὸς φαγεῖν καὶ πιεῖν, καὶ ἀνέστησαν παίζειν· μηδὲ ἐκπειράζωμεν τὸν Χριστόν, [29] ὅπου λέγει, Ταῦτα δὲ τυπικῶς συνέβαινεν ἐκείνοις, ἐγράφη δὲ ἡμῖν, καὶ τὰ ἑξῆς.

θ' καὶ ιζ' Ἔλεγχ. Ὦ πολλῆς [30] φρενοβλαβείας. Τίς ἔχων ὀφθαλμοὺς ἡλίου ἀνατέλλοντος ἑαυτὸν ἀπὸ τοῦ φωτὸς πλανήσει; Εἰ γὰρ πατέρας ἑαυτοῦ τοὺς τότε λέγει ὁ ἅγιος ἀπόστολος, καὶ ὑπὸ νεφέλης καὶ διὰ θαλάσσης διεληλυθέναι, καὶ πνευματικὸν βρῶμα καὶ πόμα εἶναι, βεβρωκέναι δὲ καὶ πεπωκέναι ἐκ πνευματικῆς ἀκολουθούσης πέτρας, Χριστὸν δὲ εἶναι τὴν πέτραν φάσκει, τίς πεισθήσεται Μαρκίωνος τῇ ἀπονοίᾳ, τοῦ σκοτίζοντος ἑαυτοῦ τὸν νοῦν καὶ τῶν ἀκουόντων αὐτοῦ, ἀλλότριον φάσκειν τὸν Χριστὸν τῶν ἐν νόμῳ γενομένων, ὁμολογουμένων δὲ παρὰ τοῦ ἀποστόλου ἐν ἀληθείᾳ, καὶ οὐκ ἐν δοκήσει; [31] Εἰ
pag. 358. φάσκει δὲ ὁ ἅγιος ἀπόστολος μὴ ἐν τοῖς πλείστοις τὸν Χριστὸν ηὐδοκηκέναι, πάντως διὰ παράνομον πρᾶξιν τῶν αὐτῶν. Εἰ δὲ οὐκ ηὐδόκησεν ἐν τοῖς κατὰ τὸν νόμον παράνομα ἐργασαμένοις, ἄρα ἀγανακτεῖ πρὸς τοὺς τοιούτους, ὡς αὐτοῦ δεδωκότος τὸν νόμον, καὶ διδάσκει ἑαυτοῦ τὸν νόμον ὑπάρχειν, καιρῷ [32] δοθέντα, καὶ δικαίως ἐξυπηρετηθέντα ἄχρι τῆς ἐνσάρκου αὐτοῦ παρουσίας. Πρέπον γάρ ἐστιν οἰκοδεσπότῃ καθ' ἕκαστον καιρὸν ἁρμοδίως ἐπιτάσσειν τοῖς ἑαυτοῦ οἰκέταις τὰ πρέποντα. Εὐθὺς δὲ ἐπιφέρει λέγων, Ταῦτα δὲ τύποι ἡμῶν ἐγενήθησαν, πρὸς τὸ μὴ εἶναι ἡμᾶς ἐπιθυμητὰς κακῶν, καθὼς κἀκεῖνοι ἐπεθύμησαν· μηδὲ εἰδωλολάτραι γίνεσθε, καθώς τινες αὐτῶν· οὐχὶ κατὰ πάντων τὴν ψῆφον διεξιών. Καὶ πόθεν οἶδας ταῦτα, ὦ ἀπόστολε; Ἐπιφέρει, Ὡς γέγραπται, φήσας, Ἐκάθισεν ὁ λαὸς φαγεῖν καὶ πιεῖν, καὶ ἀνέστησαν παίζειν. Ἄρα γοῦν ἀληθὴς ἡ γραφή, ἐξ ἧς καὶ τὸν ἔλεγχον κατὰ τῶν ἀνόμων ὁ ἀπόστολος λαμβάνει. Εἶτα πάλιν,

25. Supra ἡμῶν.
26. Supra ἡμῶν.
27. Vulgo μὴ πρὸς τὸ εἶναι. Cf. supra.
28. Supra ὡς.
29. Supra ἕως ὅπου.
30. φρενοβλαβίας edit. princ.
31. Εἰ particulam repetii ex proxima vocabuli δοκήσει syllaba, quae videlicet

Schol. VIII et XVI. *Numquid de bobus cura est deo?* 1 Cor. 9, 9.

Refut. VIII et XVI. Abunde tractatus hic locus est, et in superiori capite a nobis expositus. Ideoque supervacaneum rati eadem denuo repetere iis quae dicta sunt contenti esse debemus.

Schol. IX et XVII. *Nolo enim vos ignorare, fratres, quoniam patres nostri sub nube fuerunt, et omnes mare transierunt, et omnes eandem escam spiritalem manducaverunt. Bibebant enim de spiritali consequente eos petra, petra autem erat Christus. Sed non in pluribus eorum beneplacitum est deo. Haec autem in figura facta sunt nostri, ut non simus concupiscentes malorum, sicut illi fuerunt, neque idolorum cultores efficiamini, sicut quidam ex ipsis, quemadmodum scriptum est: Sedit populus manducare et bibere, et surrexerunt ludere. Neque tentemus Christum,* usque ad illa verba: *Haec autem omnia in figura contingebant illis, scripta sunt autem nobis etc.* Cap. 10, 1 sqq.

Refut. IX et XVII. O inauditam amentiam! Quis oriente sole, si modo oculos habeat, a luce possit aberrare? Nam si patres suos veteres illos apostolus nominat, et sub nube fuisse, ac mare transiisse praedicat, si spiritalem escam et potum commemorat, itemque manducasse ac bibisse de spiritali consequente illos petra, eamque petram Christum esse scribit, quis Marcionis insaniae fidem adhibeat, qui suam ac sectatorum suorum mentem tantis tenebris implicat, ut Christum ab iis qui in lege versati sunt abalienare contendat, quos quidem apostolus revera, non ficta quadam specie commendavit? Quod autem *in plerisque* scribit idem *non fuisse placitum Christo,* plane ad illorum scelera pertinere putandum est. Iam vero Ibid. 5. si in iis, qui in lege scelerate se gesserunt, nequaquam illi placitum est, ideo illis succensuerit oportet, quod legem ipse tulerit, quam omnino suam esse confirmat, quae pro temporis opportunitate concessa tamdiu functionem suam est administrationemque sortita, donec ille carne praeditus advenit. Nam et paterfamilias servis suis consentanea cuique tempori debet mandata praescribere. Subinde vero ista subtexuit: *Haec autem in figura nostri contigerunt, ne simus concupiscentes malorum, sicut illi concupierunt, neque idolorum cultores efficiamini, sicut quidam ex ipsis.* In quo non omnes sententia sua condemnavit. Sed undenam obsecro haec, apostole, nosti? *Sicut scriptum est,* inquit, *Sedit populus manducare et bibere, et surrexerunt ludere.* Vera est itaque scriptura, de qua ad convincendos improbos Paulus argumenta colligit. Deinde rursus: *Neque tentemus*

illam absorpserat. Non enim reperitur in libris.

32. δοθέντι *edit. princ., quod vitium ope cod. Vatic. sustulit Petavius.*

Μηδὲ πειράζωμεν τὸν κύριον. Ὁ δὲ Μαρκίων ἀντὶ τοῦ Κύριον Χριστὸν ἐποίησε. Χριστὸν δὲ καὶ κύριον ταὐτὸν [33] ὑπάρχει, κἂν μὴ δοκοίη τῷ Μαρκίωνι, προϋποτεταγμένης τῆς τοῦ Χριστοῦ ἐπωνυμίας, ἐν τῷ εἰπεῖν, Ἡ πέτρα ἦν ὁ Χριστὸς, καὶ, Οὐκ ἐν τοῖς πλείοσιν αὐτῶν ηὐδόκησε. Διεξιὼν δὲ πάλιν ὁ ἅγιος ἀπόστολος πᾶσαν τὴν τοῦ κεφαλαίου ὑπόθεσίν φησι, Ταῦτα δὲ τυπικῶς συνέβαινεν ἐκείνοις, ἐγράφη δὲ ἡμῖν εἰς νουθεσίαν. Εἰ τοίνυν τὰ τυπικῶς ἐκείνοις συμβεβηκότα ἐγράφη ἡμῖν εἰς νουθεσίαν, ὁ γράψας τὰ γεγονότα τότε εἰς νουθεσίαν ἡμῶν ἐπεμελεῖτο ὢν καὶ τὴν νουθεσίαν ἐποιεῖτο, τὸ μὴ γίνεσθαι ἡμᾶς ἐπιθυμητὰς κακῶν. Ὁ δὲ μὴ θέλων κακῶν ἐπιθυμητὰς ἡμᾶς εἶναι ἄρα ἀγαθὸς ὑπάρχει, καὶ οὐ κακός. Ἐν οἷς γὰρ ὑπάρχει, ἐν τούτοις προτρέπεται ἡμᾶς εἶναι, ὁ αὐτὸς ἀγαθὸς θεὸς ὢν καὶ δίκαιος, ὁ τῶν προγραφέντων θεὸς, καὶ τῶν μετέπειτα νουθετουμένων κτιστὴς ὢν, τῶν πάντων καὶ δημιουργὸς καὶ νομοθέτης, καὶ δωρητικὸς τῶν εὐαγγελίων, καὶ καθοδηγὸς τῶν ἀποστόλων.

ι' καὶ ιη' Σχόλ. Τί οὖν φημι; ὅτι ἱερόθυτον τί ἐστιν, ἢ εἰδωλόθυτον τί ἐστιν; ἀλλ' ὅτι ἃ θύουσι δαιμονίοις, καὶ οὐ θεῷ. Προςέθετο δὲ ὁ Μαρκίων τὸ, Ἱερόθυτον.

pag. 359. ι' καὶ ιη' Ἔλεγχ. Τί οὖν φημι; εἰδωλόθυτον τί ἐστιν; ἀλλ' ὅτι ἃ θύουσι δαιμονίοις, καὶ οὐ θεῷ. Οὐκ ἀπηγόρευσε τὸν παλαιὸν τῶν πατέρων χρόνον ὁ ἀπόστολος, ἕως αὐτοῦ, καὶ ἕως ἀνέστηκεν Ἱερουσαλὴμ, ἀπὸ τοῦ εἰπεῖν τοὺς εἰς τὰ εἴδωλα θύοντας δαιμονίοις θύειν, καὶ οὐ θεῷ. Οὐκ ἄρα κατέκρινε τῷ θεῷ θυσάντων, ὅτε χρεία θυσιῶν ἦν· κατακρίνει δὲ τοὺς θύοντας εἰδώλοις, οὐ διὰ τὸ θύειν, ἀλλὰ διὰ τὸ ἀντὶ [34] θεοῦ εἰδώλοις θύειν. Οὔτε γὰρ θύουσιν, ἵνα τροφὴν ἑαυτοῖς ἐκ θεοῦ κεχαρισμένην εἰς μετάληψιν ἐργάσωνται, ἀλλὰ δαίμοσι θύοντες, καὶ ματαιοφροσύνῃ. Σὺ δὲ, ὦ Μαρκίων, προςέθηκας τὸ, Ἱερόθυτον, νομίσας ἀπὸ τοῦ μεμίχθαι τὰ δύο ὀνόματα, ἱεροῦ τε καὶ εἰδώλου, συνάπτεσθαι τῶν δύο τρόπων τὴν σχέσιν. Καὶ οὐκ ἔστι τοῦτο. Εἰ μὲν γὰρ μετὰ τὸ ἐλθεῖν τὴν καινὴν διαθήκην ἐθύετο τῷ Χριστῷ κατ' ἰδίαν, καὶ εἰς ὄνομα αὐτοῦ ζῶα ἀνεφέρετο, πιθανὸν ἂν σοι ηὑρίσκετο τὸ τῆς συκοφαντίας ψεῦδος, ὡς τῶν νῦν θεῷ θυόντων [35] Χριστῷ θυόντων, τῶν δὲ τότε θυσάντων ἐν τῷ ἱερῷ Ἱεροσολύμων καὶ τῶν τοῖς εἰδώλοις θυόντων ὁμοῦ συναπτομένων, καὶ [36] δαίμοσι θυόντων, καὶ οὐχὶ θεῷ. Μηδενὸς δὲ θύσαντος ζῶα Χριστῷ ἀπὸ τῆς Χριστοῦ ἐνδημίας καὶ καινῆς διαθήκης φανερὰ ἡ παρὰ σοὶ προςθήκη.

33. ὑπάρχει correxi ego. Vulgo ὑπάρχειν.
34. Vulgo θεῷ.
35. Χριστῷ θυόντων, quod vulgo desideratur, ex cod. Vaticano restitui.
36. δαίμοσι θυόντων emendatio Cornarii est, etiam a Petavio commendata. Libri habent δημοσιευόντων.

dominum. Marcio vero pro *Domino* Christum substituit. Sed idem est plane Christus ac dominus, etsi Marcioni aliter visum sit; cum Christi appellatio subiecta sit in iis verbis: *Petra autem erat Christus*, et, *Non in plerisque illorum beneplacitum est deo.* Post haec apostolus ubi totum illud argumentum percurrit, subiicit: *Haec autem in figura contingebant illis: scripta sunt autem ad correptionem nostram.* Cum igitur quae illis in figura contingebant, ad correptionem nostram scripta sint, qui ea, quae tum acciderunt, ad correptionem nostram praescripsit, illis haud dubie consulere studuit, quos corrigere atque admonere cupiebat, ne malorum concupiscentes essemus. Quamobrem bonus idem, non malus fuerit oportet. Quibus enim affectus est, iisdem ut praediti esse velimus hortatur, bonus ille nimirum deus ac iustus, ac tam eorum quos ante scripserat deus quam posteriorum, qui correpti sunt, conditor, communis denique auctor omnium ac legislator, qui et evangelia largitus est, et apostolorum dux ac moderator extitit.

Schol. X et XVIII. *Quid ergo dico? Quod in templo immola-* 1.Cor.10, 19.
tum aliquid sit, aut idolothytum aliquid sit? Sed quae immolant daemoniis, et non deo. Ubi Marcio *In sacris immolatum* adiecit.

Refut. X et XVIII. *Quid ergo dico? Idolis immolatum aliquid est? Sed quae immolant daemoniis et non deo.* Non prisca illa patrum tempora condemnavit apostolus, quae ad aetatem usque suam, adeoque quamdiu, stetere Hierosolyma, fluxerunt, cum eos dixit qui idolis immolarent daemoniis immolare, non deo. Non illos, inquam, damnare voluit qui deo sacrificarent, quo tempore sacrificari oportuit, sed eos duntaxat accusat qui idolis immolant, non ob hoc ipsum quod immolant, sed quod idolis istud ipsum pro deo praestant. Non enim ideo sacrificant, ut alimenta divinitus ad usum concessa sibi comparent, sed daemonibus ac vanissimis numinibus sacra faciunt. Tu vero, Marcio, vocem illam, *In templo immolatum*, adiecisti, ex eo ratus quod duo haec vocabula, templum et idola, permista invicem forent, ambarum quoque rationum habitudines posse confundi. Sed longe opinione tua falleris. Etenim si postquam novum testamentum illatum est, privatim Christo adhuc immolaretur, et in eius nomine offerrentur animalia, probabiliter abs te mendacissimae illae calumniae repertae viderentur, ut et qui hoc tempore deo sacrificarent, et hoc olim Hierosolymitano in templo fecissent et idolis immolarent, in unum miscerentur omnes, ac daemoniis, non deo sacra facere dicerentur. Sed cum animalia nemo Christo post eius adventum ac novum testamentum conditum immolarit, illud te

Εἰ δὲ καὶ φύσει ἔκειτο ἡ λέξις ἐν τῷ ἀποστόλῳ περὶ ἱεροθύτων καὶ εἰδωλοθύτου, ὁμοῦ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ [37] ἔκρινε παρὰ τοῖς εὔλογον λογισμὸν κεκτημένοις, καταχρηστικῶς λεγομένης τῆς λέξεως ὑπὸ τοῦ ἀποστόλου, διὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων συνήθειαν, τῶν ἀεὶ τὸ εἴδωλον ἱερὸν καλούντων. Καὶ πανταχοῦ διέπεσέ σου ἡ ψευδήγορος διάνοια, ἀποδειχθείσης τῆς ἀληθείας, ὅτι οἱ θύοντες εἰδώλοις, ἤτοι κατὰ τὸν αὐτῶν λόγον ἱερόθυτον ὃ ἐποίουν ἢ ποιοῦσι, ψεῦδος ἐργαζόμενοι δαιμονίοις θύουσι, καὶ οὐχὶ Χριστῷ· ἀλλ' οὐχ οἱ ποτὲ κατὰ νόμον θύσαντες, δικαιότατα, νῦν δὲ τούτου μηκέτι γενομένου, αὐτοῦ θέλοντος· ὡς καὶ ἀπὸ τῶν ἀνέκαθεν διὰ Ἱερεμίου τοῦ προφήτου ἔλεγεν, Ἵνα τί μοι λίβανον ἐκ Σαβᾶ φέρεις, καὶ κινάμωμον ἐκ γῆς μακρόθεν; καὶ πάλιν, Αἱ
pag. 360. θυσίαι σου οὐχ ἥδυνάν μοι· καὶ ἄλλοτε, Ἀρόν σου τὰς θυσίας, Ἰσραὴλ, καὶ φάγετε κρέα· οὐ γὰρ ἐνετειλάμην τοῖς πατράσιν ὑμῶν ἐν ἡμέρᾳ ἐπιλαβομένου μου τῆς χειρὸς αὐτῶν, ἐξαγαγεῖν [38] αὐτοὺς ἐκ γῆς Αἰγύπτου, περὶ θυσιῶν, ἀλλὰ τοῦτο ἐνετειλάμην αὐτοῖς, ἕκαστον ποιεῖν δικαιοσύνην πρὸς τὸν πλησίον. Αὐτοῦ δὲ λέγοντος ὅτι, Οὐκ ἐνετειλάμην, καὶ αὐτοῦ ἐν τῷ νόμῳ λέγοντος τῷ Μωϋσῇ ὅτι, Ἕκαστος τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἐὰν προσενέγκῃ θυσίαν ἐκ βοῶν ἢ προβάτων, ἄρσεν ἄμωμον προσφερέτω, καὶ πάλιν, Ἐάν τις ἁμάρτῃ, καὶ γένηται ἔν τινι πλημμελείᾳ, προσαγάγῃ πρόβατον, καὶ πάλιν, Ἐὰν ἁμάρτῃ ὁ λαὸς, προσενέγκῃ μόσχον, ἔδειξε μὲν εὐπροσδέκτως αὐτὸν κομίζεσθαι τὰς ὑπὲρ σωτηρίας τοῦ λαοῦ ποτε τελεσθείσας θυσίας· οὐκ αὐτοῦ ἐπιδεομένου τούτων, οὐδὲ θέλοντος ταῦτα, ἀλλὰ συγκαταβαίνοντος αὐτῶν τῇ ἀσθενείᾳ, καὶ τῇ τῆς ἀνθρωπότητος προλήψει, ἵνα ἀπὸ τῆς πολυθεΐας εἰς τὴν τοῦ περὶ ἑνὸς θεοῦ γνῶσιν μετενέγκῃ τὴν τῶν ἀνθρώπων διάνοιαν. Ἐπειδὴ γὰρ ἰσχυρῶς ἐθεμελίωτο ἡ διάνοια αὐτῶν ἐν τῇ θυσίᾳ, ὡς εὐσεβείᾳ, τῇ ὑπὲρ ἱλασμῶν ἑαυτῶν καὶ σωτηρίας εἰδώλοις προσφερομένῃ. [39] Εἰς δὲ τὸ μὴ χαλεπῶς φέρειν, διὰ τὴν συνήθειαν, τὸ ἀποστρέψαι ἅπαξ ἀπὸ τῆς πολυθέου φαντασίας τοῦτο ποιεῖν ἕως καιροῦ εἰς ἓν ὄνομα ἠθέλησε, τά τε κατ' ἔτος αὐτοῖς γινόμενα εἰς αὐτὸν μεταλλάξαι· ἵνα λοιπὸν γνόντες τὸν ἕνα καὶ πιστεύσαντες ἀσφαλῶς τῷ ἑνὶ παρ' αὐτοῦ ἀκούσωμεν, Μὴ [40] φάγομαι κρέα ταύρων, ἢ αἷμα τράγων [41] πίομαι; καὶ, Μὴ τεσσαράκοντα ἔτη θυσίαν προσηνέγκατέ μοι [42] ἐν ἐρήμῳ, οἶκος Ἰσραήλ; καί τοί γε πολλῶν θυσιῶν τότε προς-

37. ἐκρίνετο *praeter consilium suspicabatur Petavius.*

38. αὐτοὺς, *pro quo* αὐτὸν *in edit. princ., Petavius ex cod. Vatic. restituit.*

39. *Transpositis verbis sanatus est hic locus, paucis praeterea, sed leviter, mutatis a me atque correctis. In libris enim scriptum est omnibus:* εἰς δὲ τὸ μὴ ἅπαξ χαλεπῶς φέρει, διὰ τὴν συνήθειαν τοῦ ἀποστρέψαι, τοῦτο ποιεῖν ἕως καιροῦ εἰς ὄνομα, ἀπὸ τῆς πολυθέου φαντασίας ἠθέλησα τὰ κατ' ἔτος αὐτοῖς γινόμενα εἰς τὸν μεταλλάξαι. *Neque cod. Veneti scriptura differt, nisi quod* εἰς αὐτοῦ ὄνομα *habet pro* εἰς ὄνομα, *deinde* ἠθέλησε *pro* ἠθέλησα, *et* εἰς αὐτὸν *pro* εἰς τόν.

addidisse manifestum est. Quod licet ista dictio ita ut concipis ab
apostolo esset expressa, atque *ἱερόθυτον* ad *εἰδωλόθυτον* adiunxisset,
unum tamen idemque esse iudicarent ii qui rationis paululum habe-
rent, sic ut abusione quadam vocis illud usurpasse crederetur apo-
stolus, quod homines idolum *ἱερόν*, hoc est sacrum, appellare so-
lent. Quocirca falsa illa tua ratio concidit, cum id verissime sit
patefactum, qui idolis immolant, quod *ἱερόθυτον* isti vocant, quique
hoc se mendacio obstringi passi sunt, aut adhuc patiuntur, daemo-
niis immolare non Christo. Quod quidem longe ab illis aberat qui
ex lege tum iustissime sacrificabant. Quod ipsum tamen eodem vo-
lente fieri desiit; quemadmodum iam olim per prophetam Hieremiam
vaticinatus est: *Ut quid mihi tus de Saba affers, et cinnamomum de* Hier. 6, 20.
terra longinqua? Item: *Victimae tuae non placuerunt mihi.* Et alibi,
Tolle victimas tuas, Israel, et comedite carnes. Non enim praecepi Hierem. 7, 21.
patribus vestris in die, qua apprehendi manum eorum, ut educerem eos
de terra Aegypti, de victimis, sed hoc praecepi illis, unumquemque
facere iustitiam cum proximo suo. Cum igitur dicit, *Non praecepi*
illis, et idem tamen in lege Moysi praecipit, *Quilibet filiorum Israel,* Levit. 22, 18.
si offerat sacrificium de bobus aut ovibus, masculum immaculatum offe-
rat, ac rursum, *Si quis peccaverit, et in aliquo inventum est delictum,*
offeret agnum, item, *Si peccaverit populus, offeret vitulum,* his omni-
bus grata sibi fuisse sacrificia declarat, quae tum pro salute populi
istius oblata sunt; non quod illis indigeret, aut admodum cuperet,
sed ut ad eorum se imbecillitatem et anticipatam humanae mentis opi-
nionem accommodaret, atque ut a plurimorum cultu numinum ad
unius dei cognitionem illorum animos traduceret. Etenim quoniam
in sacrificiis vehementer ipsorum defixa mens erat, tanquam pietatis
haec essent officia, quae idolis pro expiatione sua ac salute praesta-
rent, simul ne ob consuetudinem extorqueri subito sibi ista omnia
molestius ferrent, suo in nomine fieri ista aliquanto tempore voluit,
quo a plurium deorum inani cultu annuas illas ceremonias ad obse-
quium suum transferrent, atque ut uno demum cognito deo, corro-
borataque in illum fide nostra, deinceps ab eodem audiamus: *Num-* Psalm. 49, 13.
quid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo?
item: *Numquid quadraginta annis sacrificium obtulistis mihi in deserto* Amos 5, 25.
domus Israel? Quamquam infinita iam erant oblata sacrificia. Sed

Aliter Petavius censuit ei luxationi occurrendum, qui rescripsit: εἰς δὲ τὸ μὴ ἅπαξ χαλεπῶς φέρειν, διὰ τὴν συνήθειαν, τοῦτο ποιεῖν ἕως καιροῦ εἰς ὄνομα αὐτοῦ ἠθέλησε, τοῦ ἀποστρέψαι ἀπὸ τῆς πολυθέου φαντασίας, καὶ τὰ κατ' ἔτος αὐτοῖς γινόμενα εἰς ἑαυτὸν μεταλλάξαι. *Iudicent eruditi.*

40. φάγωμαι *edit. princ.*
41. πίωμαι *libri editi.*
42. ἐν τῇ ἐρήμῳ *cod. Ven.*

ενεχθεισῶν· ἵνα δείξῃ ὅτι οὐκ αὐτῷ προςέφερον, καί τοί γε αὐτοῦ δεχομένου, καὶ εἰς ὄνομα αὐτοῦ αὐτῶν προςφερόντων· ἀλλὰ διὰ τὴν αὐτῶν ἐν τοῖς τοιούτοις ἀναχθεῖσαν συνήθειαν, ἕως [43] μεταλλάξῃ [44] καθελκύσας ἀπὸ συνηθείας [45] πολλῶν εἰς τὸν ἕνα, καὶ ἀπὸ τοῦ ἑνὸς λοιπὸν μάθωσιν ὅτι οὔτε ἔχρηζεν οὔτε χρήζει, καὶ λοιπὸν ἀποκόψῃ διὰ τῆς ἐνσάρκου παρουσίας τῆς τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ τὸ πᾶν τῆς ὑποθέσεως τῶν θυσιῶν, τῆς μιᾶς θυσίας τελειωσάσης τὰς προϋπαρξάσας πάσας, ἥτις ἐστὶ θυσία Χριστοῦ, ὅτι τὸ πάσχα ἡμῶν ἐτύθη Χριστὸς, κατὰ τὸ γεγραμμένον· ἧς θυσίας καὶ πάσχα καὶ διδασκαλίας
pag. 381. παιδαγωγὸς ἐγένετο ὁ νόμος, ὁδηγῶν διὰ τὸν τύπον, καὶ ἀποκαθιστῶν εἰς [46] ἐντελεστέραν διδασκαλίαν.

ιαʹ καὶ ιθʹ Σχόλ. Ἀνὴρ οὐκ ὀφείλει κομᾶν, δόξα καὶ εἰκὼν θεοῦ ὑπάρχων.

ιαʹ καὶ ιθʹ Ἔλεγχ. Εἰκόνα οὐ μόνον τὸν ἄνθρωπον θεοῦ ὁρίζεται ὁ ἀπόστολος, ἀλλὰ καὶ δόξαν. Τὴν κόμην δὲ ὑποτιθέμενος σωματικὴν οὖσαν κατ' ἰδίαν ἐν σώματι, καὶ οὐκ ἐν ψυχῇ, οὐκ ἀλλότριον ἄρα θεοῦ τὸ ποίημα ὁρίζεται τοῦ ἀγαθοῦ, διὰ τὸ ὁμολογεῖν αὐτὸν τὰ ἀπὸ παλαιᾶς ἐν καινῇ πληρούμενα διαθήκῃ.

ιβʹ καὶ κʹ Σχόλ. Ἀλλὰ ὁ θεὸς συνεκέρασε τὸ σῶμα.

ιβʹ καὶ κʹ Ἔλεγχ. Εἰ ὁ θεὸς συνεκέρασε τὸ σῶμα, οὐκ ἄλλον δὲ θεὸν ὁ ἀπόστολος κηρύσσει, ἀλλὰ τὸν ὄντα, ὁμολογεῖ δὲ τὸν θεὸν τὸ σῶμα τοῖς μέλεσι κεκερακέναι, οὐκ ἄλλον οἶδε θεὸν, ἀλλ' ἢ τὸν δημιουργὸν, αὐτὸν ἀγαθὸν καὶ κτιστὴν καὶ δίκαιον πάντων ποιητήν· ἐξ ὧν πάντων ἓν ἔργον ὑπάρχει ὁ ἄνθρωπος, ὁ τοῖς μέλεσιν ὑπ' αὐτοῦ καλῶς κεκερασμένος.

ιγʹ καὶ καʹ Σχόλ. Πεπλανημένως ὁ Μαρκίων, Ἀλλὰ ἐν ἐκκλησίᾳ θέλω πέντε λόγους τῷ νοΐ μου λαλῆσαι· ἑτέρως δὲ, Διὰ τὸν νόμον.

ιγʹ καὶ καʹ Ἔλεγχ. Ἆρα καὶ αἱ γλῶσσαι ἐκ τοῦ χαρίσματος τοῦ πνεύματός εἰσι. Γλώσσας δὲ ὁποίας λέγει ὁ ἀπόστολος; ὅπως [47] γνῷς, οὐ τὰς φωνὰς τὰς Ἑβραΐδας, τὰς διαφόρως καὶ ποικίλως ἐν ἑκάστῃ λέξει καλῶς μετὰ σοφίας ποικιλθείσας, ἀλλὰ καὶ τὴν κομπώδη γλῶσσαν τῶν Ἑλλήνων· [48] ηὔχουν τινὲς τὸ Ἀττικίζειν καὶ Αἰολίζειν, καὶ Δωρικῶς φθέγγεσθαί τινες τῶν παρὰ τοῖς Κορινθίοις τὰς πτύρσεις καὶ στάσεις

43. μεταλλάξῃ *scripsi pro* μεταλλεύσῃ, *quod libri tuentur, sed citra sententiam. Etiam Cornarius vertit* donec immutaret abstractos *cett.*

44. καὶ θελήσας *cod. Ven.*

45. *Verba* τοιαύτης τῶν, *quae vulgo leguntur ante* πολλῶν, *de auctoritate codd. Vaticani et Veneti delevi. Falsum est enim quod annotavit Petavius, a Vaticano libro abesse etiam* πολλῶν.

46. ἐντελεστέραν *cod. Venet. Vulgo exstat* τὴν ἑτέρων.

47. *Ed. pr.* ἀπόστολος, ὅπως γνῷ σύ. *Ed. Petav.* ἀπόστολος, ὅπως γνῷ σύ. *Scripturam* ἀπόστολος; ὅπως γνῷς, *sententia suasit.*

ut ostenderet sibi haec oblata non fuisse, tametsi et acciperet ipse, et in nomine eius offerrent. Quod quidem ob inveteratam istiusmodi in rebus illorum consuetudinem est factum, donec a plurium deorum usu paulatim in unius cultus reformatos perduceret, et ab illo deinceps intelligerent nihil hunc eiusmodi ritibus opus habuisse, nec habere, atque ita demum per Christi sui adventum totum illud sacrificiorum negotium circumscriberet, postquam unicum ac singulare sacrificium antecedentia omnia consummasset, nimirum Christi sacrificium. Quoniam, ut scriptum est, *Pascha nostrum immolatus est* 1. Cor. 5, 7. *Christus.* Huius porro sacrificii et paschatis et doctrinae paedagogus lex fuit, quae per figurarum adumbrationes deduceret, et ad aliud disciplinae genus conferret.

Schol. XI et XIX. *Vir comam non nutriat gloria et imago dei* Cap. 11, 14. *cum sit.*

Refut. XI et XIX. Non solum dei imaginem, sed et gloriam apostolus hominem esse definit. Comam vero utique corpoream, non animae propriam cum nominat, non alienum a bono deo opus illud esse significat, eo quod quae in vetere testamento continebantur in novo impleta esse fateatur.

Schol. XII et XX. *Sed deus temperavit corpus.* Cap. 12, 24.

Refut. XII et XX. Si corpus a deo temperatum est, nec alium quam verum deum apostolus praedicat, eundem porro deum corporis membra temperasse ac formasse confitetur, non alium profecto deum quam conditorem ipsum, et quidem bonum et creatorem et iustum et conditorem omnium agnoscit. Quibus ex omnibus homo censendus est ab eodem apte suis partibus membrisque temperatus.

Schol. XIII et XXI. Perperam ista concepit: *Sed in ecclesia* Cap. 14, 19. *volo quinque verba sensu meo loqui:* aliter enim scripsit, et *ob legem,* adiecit.

Refut. XIII et XXI. Linguae igitur a spiritus sancti gratia derivantur. Eiusmodi porro, de quibus apostolus loquitur, linguae sunt, ut non Hebraicas modo voces comprehendant, quae in singulis vocabulis praeclarem quandam ac sapientem varietatem exhibent, sed et alia quoque idiomatum discrimina, quae nonnulli Graecae linguae periti, cui insitus quidam fastus ac vanitas est, gloriose iactabant, qualis est Attica, Aeolica ac Dorica proprietas, quarum freti scientia nonnulli turbas illas Corinthi ac seditiones excitarant,

48. *Rescripsi* ηὔχουν τινὲς *pro* αὐχοῦντες *quo vitio libri vulgo laborant. Cornarius vertit:* Linguas autem quales dicit Apostolus? Non solum voces Hebraicas diversimode ac varie in singulis locutionibus recte cum sapientia variegatas, sed etiam fastuosam Graecorum linguam iactantes indicat, et quod Attice ac Aeolice et Dorice quidam apud Corinthios loquerentur *cett.*

ἐργασαμένων, οἷς ἡ ἐπιστολὴ ἐπετέλλετο. Καὶ ὡμολόγησε μὲν χάρισμα εἶναι πνευματικὸν τὸ ταῖς Ἑβραϊκαῖς λέξεσι κεχρῆσθαί τε καὶ τὸν νόμον διδάσκειν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ [49] τὰ ἄλλα κομπώδη καθελὼν τῆς τῶν Ἑλλήνων γλώσσης ἔφησεν μᾶλλον γλώσσαις αὐτὸν αὐτῶν λαλοῦντα, διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν Ἑβραῖον ἐξ Ἑβραίων, παρὰ τοὺς πόδας Γαμαλιὴλ ἀνατεθραμμένον, ὧν [50] Ἑβραίων τὰ γράμματα ἐν ἐπαίνοις τίθησι, καὶ
pag. 362. τῆς τοῦ πνεύματος δωρεᾶς ὄντα χαρίσματα. Διὸ περὶ τῶν αὐτῶν καὶ Τιμοθέῳ γράφων ἔλεγεν ὅτι, Ἀπὸ νεότητος ἱερὰ γράμματα ἔμαθες. Ὅτι δὲ [51] προςτιθεὶς τοὺς ἀπὸ Ἑλλήνων ποιητῶν καὶ ῥητόρων ὁρμωμένους τὰ ἴσα φάσκων ὁμοίως ἔφη, Πάντων πλέον ὑμῶν λαλῶ γλώσσαις, ἵνα δείξῃ καὶ τῆς Ἑλληνικῆς παιδείας αὐτὸν ἐν πείρᾳ ὑπερβαλλόντως γεγενῆσθαι. Καὶ γὰρ καὶ ὁ χαρακτὴρ αὐτοῦ σημαίνει αὐτὸν ὑπάρχειν ἐν προπαιδείᾳ, οὗ οὐκ ἠδυνήθησαν Ἐπικούρειοι καὶ Στωϊκοὶ ἀντιστῆναι, ἀνατρεπόμενοι διὰ τῆς λογίως [52] παρ' αὐτοῦ ἀναγνωσθείσης τοῦ βωμοῦ ἐπιγραφῆς, [53] τῆς ἀντία γνωστοῦ ἐπιγεγραμμένης τῷ Θεῷ [54] Ἀγνώστῳ, ῥητορικῶς ἀναγνωσθείσης παρ' αὐτοῦ [55] λεῷ, καὶ εὐθὺς μεταφραστικῶς ῥηθείσης, Ὃν ἀγνοοῦντες εὐσεβεῖτε, τοῦτον ἐγὼ καταγγέλλω ὑμῖν· καὶ πάλιν φήσαντος, Εἶπέ τις ἴδιος αὐτῶν προφήτης,

Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί,

ἵνα τὸν Ἐπιμενίδην δείξῃ, ἀρχαῖον ὄντα φιλόσοφον καὶ Μίθρα τοῦ παρὰ Κρησὶν [56] εἰδώλου· ἀφ' οὗπερ καὶ Καλλίμαχος ὁ Λίβυς τὴν μαρτυρίαν εἰς ἑαυτὸν συνανέτεινε, ψευδῶς περὶ Διὸς λέγων,

[57] Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται. Καὶ γὰρ τάφον, ὦ ἄνα, σεῖο
Κρῆτες ἐτεκτήναντο, σὺ δὲ οὐ θάνες· ἐσσὶ γὰρ αἰεί.

Καὶ ὁρᾷς πῶς διηγεῖται περὶ γλωσσῶν ὁ ἅγιος ἀπόστολος, Ἀλλὰ θέλω πέντε λόγους ἐν ἐκκλησίᾳ τῷ νοΐ μου, τουτέστι διὰ τῆς ἑρμηνείας, φράσαι. Ὡς ὁ προφήτης ἐν πνεύματι ἁγίῳ εἰς τὸν νοῦν προκεχορηγημένα φέρων εἰς φῶς διὰ τῆς προφητείας ὠφελεῖ τοὺς ἀκούοντας, οὕτως κἀγὼ, φησὶ, [58] λαλῆσαι εἰς ἀκοὴν τῆς ἐκκλησίας καὶ οἰκοδομὴν, καὶ μὴ διὰ τοῦ κόμπου Ἑλληνίδος τε καὶ Ἑβραΐδος ἑαυτὸν οἰκοδομεῖν τὸν εἰδότα, καὶ οὐχὶ τὴν ἐκκλησίαν, δι' ἧς ἐπίσταται γλώσσης. Σὺ δὲ προςέθηκας, ὦ Μαρκίων, τὸ, Διὰ τὸν νόμον· ὡς τοῦ ἀποστόλου λέγοντος, Θέλω πέντε λόγους ἐν ἐκκλησίᾳ διὰ τὸν νόμον. Αἰδέσθητι,

49. *Epiphanium scripsisse puto* τὰ ἄλλα τὰ κομπώδη *cett.*, *ita ut* τὰ ἄλλα *adverbii potius locum obtineat.*

50. *Reposui* Ἑβραίων *pro* Ἑβραίοις, *quod libri tuentur omnes. Nihilominus Cornarius quoque vertit:* Nam Hebraeas literas laudi ducit *cett.*

51. *Vix dubito quin reponendum sit:* Ὅτι δὲ προςτίθησιν, τοὺς ἀπὸ Ἑλλήνων ποιητῶν καὶ ῥητόρων ὁρμωμένους τὰ ἴσα φάσκων ὁμοίως ἔφη *cett.* — *In edit. Petav. mendose legitur inverso verborum ordine:* ὅτι δὲ τοὺς ἀπὸ προςτιθεὶς Ἑλλήνων *cett.*

52. παρ' αὐτοῦ *ego. Libri* παρ' αὐτῷ. *Et Cornarius:* ab ipso.

53. τῆς ἀντία γνωστοῦ (*sc.* θεοῦ) *mea est emendatio. Libri (etiam cod. Venet.)*

ad quos ideo hanc apostolus epistolam dedit. In qua primum singularis cuiusdam esse beneficii docet Hebraicis uti vocabulis posse ac legem docere. Deinde ut Graeci sermonis tumorem arrogantiamque comprimeret, sese linguarum illorum usu instructiorem illis ipsis esse monuit, quod Hebraeus ab Hebraeis esset oriundus, et ad pedes Gamalielis institutus. Ita Hebraicae linguae scientiam in laude posuit, et inter spiritus sancti beneficia numeravit. Unde et ad Timotheum de iisdem scribens, *Tu*, inquit, *ab adolescentia sacras literas* 2.Tim. 3, 15.
didicisti. Quod vero ad illam eruditionem politiores quoque Graecorum literas, hoc est poëticas ac rhetoricas, adiecerit, iisce verbis expressit: *Abundantius vobis omnibus linguis loquor*, uti se Graecarum disciplinarum excellentiori quodam usu praeditum esse monstraret. Nam et scribendi genus ipsum quo utitur humanitatis illum studiis haud mediocriter imbutum fuisse declarat, ut ne Epicurei quidem ipsi Stoicive possent resistere; quos omnes cum arae illius inscriptionem eiusmodi, *Ignoto Deo*, erudite legisset, summa cum elo- Act. 17, 23.
quentia artificioseque refutavit, id ipsumque ita declaravit: *Quem ignorantes colitis, hunc annuntio vobis.* Item illud alio loco dixit, *Dixit* Tit. 1, 12.
quidam proprius illorum propheta,

Cretenses semper mendaces, malae bestiae, ventres pigri,

Epimenidem veterem philosophum intelligens, Mithrae cuiusdam apud Cretenses idoli sacerdotem. De quo et Callimachus, Libycus poëta, idem testimonium falso ad institutum suum transtulit, cum ita de Iove cecinit:

Creta quidem assidue mendax. Rex magne, sepulcrum
Creta tuum exstruxit, sed te mors nulla subegit.

Vides quorsum ille de linguis apostoli sermo pertineat, *Volo quinque verba sensu meo*, hoc est cum interpretatione loqui. Quemadmodum propheta quae sibi sancti spiritus afflatu in animum immissa fuerint in medium proferens auditoribus suis per prophetiam illam affert utilitatem, ita ego, inquit, loqui sic cupio, ut me ecclesia omnis audiat, et aedificari possit, non ut Graecae aut Hebraicae linguae scientia elatus me unum, qui eam scilicet intelligam, non ecclesiam ipsam, aedificem. Tu vero illud addidisti, Marcio, *Ob legem*; quasi ita scripserit apostolus: *Volo quinque verba in ecclesia propter legem.*

habent τῆς ἀντὶ ἀγνώστῳ, *quae verba Petavius cum non intellegeret, uncinis notavit.*

54. *Libri habent* ἀγνώστως.

55. *Ita rescripsi pro* θεῷ *quod libri praebent omnes. Petavius voculam uncinis notavit.*

56. εἰδώλου *cod. Vatic., et inde edit. Petav.* εἰδωλίου *cod. Rhedig. et edit. princ.*

57. *Callimach. Hymn. in Iov.* 8.

58. *Infinitivi* λαλῆσαι *et* οἰκοδομεῖν *pendere videntur a verbo* θέλω, *quod cogitatione repetendum est.*

Βαβυλὼν δευτέρα, καὶ καινὴ Σοδόμων πολυμιξία. Ἕως πότε [59] συγχέεις τὰς γλώσσας; Ἕως πότε τολμᾷς κατὰ τῶν ὑπὸ σοῦ μηδὲν ἀδικουμένων; Ζητεῖς γὰρ βιάσασθαι ἀγγελικὰς δυνάμεις, [60] ἐκβαλὼν τοὺς
pag. 363. λόγους τῆς ἀληθείας ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας, φάσκων Λὼτ τῷ ἁγίῳ, Ἐξάγαγε τοὺς ἄνδρας. Καὶ ὃ ἐπιχειρεῖς, κατὰ σεαυτοῦ ἐπιχειρεῖς, τοὺς δὲ λόγους τῆς ἀληθείας οὐκ ἐκβαλεῖς, ἀλλὰ σεαυτὸν πατάσσεις ἐν ἀορασίᾳ, καὶ ἐν νυκτὶ ἐζοφωμένῃ διάγεις, ψηλαφῶν τὴν θύραν, καὶ μὴ εὑρίσκων ἕως ἀνατείλῃ ὁ ἥλιος καὶ ἴδῃς τὴν ἡμέραν τῆς κρίσεως, ἐν ᾗ καὶ τὸ πῦρ ἀπαντήσεται τῇ σῇ ψευδηγορίᾳ. Τοῦτο γάρ σε ἐκδέχεται, ὡς ὁρᾷς. Οὔτε γὰρ κεῖται παρὰ τῷ ἀποστόλῳ, Διὰ τὸν νόμον, καὶ παρὰ σοὶ τοῦτο πεποιήτευται. Εἰ δὲ καὶ ἔλεγεν ὁ ἀπόστολος, Διὰ τὸν νόμον, συνᾳδόντως ἔλεγε τῷ ἑαυτοῦ κυρίῳ, οὐχ ἵνα καταλύσῃ τὸν νόμον, ἀλλ' ἵνα πληρώσῃ.

ιδ' καὶ κβ' Σχόλ. Ἐν τῷ νόμῳ γέγραπται ὅτι, ἐν ἑτερογλώσσοις καὶ χείλεσιν ἑτέροις λαλήσω πρὸς τὸν λαὸν τοῦτον.

ιδ' καὶ κβ' Ἔλεγχ. Εἰ μὴ ἐπλήρωσε κύριος τὰ ἐν τῷ νόμῳ προειρημένα, τίς ἦν χρεία τὸν ἀπόστολον ὑπομνῆσαι τὰ ἀπὸ νόμου ἐν καινῇ διαθήκῃ πληρούμενα; Ὡς καὶ ὁ σωτὴρ ἔδειξεν ὅτι αὐτὸς ἦν ὁ καὶ τότε ἐν νόμῳ λαλήσας, καὶ κατὰ ἀπειλὴν ὁρίσας αὐτοῖς, λέγων, Διὸ προςώχθησα τῇ γενεᾷ ταύτῃ, καὶ εἶπον, Ἀεὶ πλανῶνται τῇ καρδίᾳ, καί, Ὤμοσα εἰ εἰςελεύσονται εἰς τὴν κατάπαυσίν μου. Διὸ καὶ ἐν ἑτερογλώσσοις ἐπηγγείλατο λαλῆσαι αὐτοῖς, ὡς καὶ ἐλάλησε, καὶ οὐκ εἰςῆλθον. Τοῦτο γὰρ εὑρίσκεται λέγων τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς, Ὑμῖν δέδοται λαλῆσαι τὰ μυστήρια τῆς βασιλείας, ἐκείνοις δὲ ἐν παραβολαῖς, ἵνα βλέποντες μὴ βλέπωσι, καὶ τὰ ἑξῆς. Πανταχοῦ τοίνυν ἐν τῇ καινῇ τὰ ἀπὸ παλαιᾶς πληρούμενα παντί τῳ σαφές ἐστιν ὅτι οὐχ ἑτέρου θεοῦ καὶ ἑτέρου, ἀλλὰ τοῦ αὐτοῦ αἱ δύο διαθῆκαι συνίστανται.

ιε' καὶ κγ' Σχόλ. Αἱ γυναῖκες ἐν ἐκκλησίᾳ σιγάτωσαν, οὐ γὰρ ἐπιτρέπεται αὐταῖς λαλεῖν· ἀλλὰ ὑποτασσέσθωσαν, καθὼς καὶ ὁ νόμος λέγει.

ιε' καὶ κγ' Ἔλεγχ. Εἰ κατὰ τὸν νόμον διατάσσεται ὁ ἅγιος τοῦ θεοῦ ἀπόστολος τὴν εὐταξίαν τῇ ἁγίᾳ τοῦ θεοῦ ἐκκλησίᾳ, οὐκ ἄτακτος ὁ νόμος, ἀφ' οὗπερ τὴν εὐταξίαν μετακομίζεται, οὐδὲ ἀλλοτρίου θεοῦ ὑπάρχει ὁ νόμος, τὴν γυναῖκα καθυποτάξας τῷ ἀνδρί. Συναρέσκει γὰρ καὶ ἀποστόλῳ τοῦτο ἐν τῇ τῆς ἐκκλησίας νομοθεσίᾳ, ὥς φησι,
pag. 364. Καθὼς καὶ ὁ νόμος λέγει. Ποῦ δὲ εἶπεν ὁ νόμος; Ἀλλὰ ἐν τῷ εἰπεῖν τὸν θεὸν πρὸς τὴν Εὔαν εὐθύς, Πρὸς τὸν ἄνδρα σου ἡ ἀποστροφή σου, καὶ αὐτός σου κυριεύσει. Εἰ γὰρ καὶ ἐν ἄλλοις τόποις, ἀλλὰ ἐν-

59. συγχεῖς emend. Petavius. Libri habent συνέχεις.

60. Ita edidit Petavius ex cod. Vallic. ἐκ βαβυλὼν edit. princ.

Pudeat te secunda Babylon, ac Sodomorum nova confusio. Quousque linguas istas confundes? Quousque contra eos quibus nocere nihil potes tuam armabis audaciam? Nam angelis vim moliris afferre, et ab ecclesia veritatis sermones abiudicas, quasi ita sanctum Lot alloquare: *Educ viros illos.* Verum tuus in te conatus recidet, nec Gen. 19, 5.
ideo veritatis illos sermones eiicis, sed tibimetipsi caecitatem infligis, atque in densissima noctis caligine versaris, fores palpans, nec inveniens, donec sol ortus fuerit, tuque iudicii diem aspicias, in quo mendaciis tuis vindex ignis occurrat. Nam hic te, uti vides, expectat. Ceterum apud apostolum non legitur, *Propter legem*, sed illud a te perperam est adiectum. Quod si istud addidisset, consentaneum ei foret, quod ab eius domino fuerat dictum, *non venisse se ut legem solveret, sed ut adimpleret.*

Schol. XIV et XXII. *In lege scriptum est: Quoniam in aliis* 1.Cor. 14, 21.
linguis et labiis aliis loquar populo huic.

Refut. XIV et XXII. Nisi illa quae in lege praedicta fuerant dominus implesset, quid attinebat apostolum ea commemorare, quae ex lege veteri fuerant in novo testamento perfecta? Quemadmodum et salvator ipse demonstrat, eundem se esse qui tum in lege locutus est, in hunc modum interminatus: *Ideo offensus fui generationi huic,* Ps. 94, 10.
et dixi, semper hi errant corde, et, *Iuravi si introibunt in requiem meam.* Propterea in aliis linguis locuturum se esse denuntiavit, ut et locutus est, nec ingressi illi sunt. Huiusmodi enim quiddam discipulis suis dixisse legitur: *Vobis datum est nosse mysteria regni dei:* Matth. 13, 11.
illis autem in parabolis, ut videntes non videant etc. Cum itaque in Matth. 4, 12.
novo testamento ea ubique sint impleta quae in vetere continebantur, dubitare nemo potest quin eiusdem ambo testamenta dei sint, non alterius ac diversi.

Schol. XV et XXIII. *Mulieres in ecclesia taceant. Non enim* 1.Cor. 14, 34.
permittitur illis loqui, sed subditae sint, sicut et lex dicit.

Refut. XV et XXIII. Si ex legis praescripto sanctissimus dei apostolus ecclesiae ordinem ac disciplinam constituit, non erit lex ordinis expers, e qua ordinem apostolus transtulit, neque ab alieno deo proficiscetur, quae viro feminam esse subiectam praecipit. Hoc enim et apostolo in condendis ecclesiae legibus placuit, ut ipse testatur, *Sicut et lex dicit.* Sed ubinam demum ista lex dicit? Nimirum eo in loco ubi ita dominus Evam alloquitur: *Ad virum erit conversio* Gen. 3, 16.
tua, et ipse dominabitur tibi. Nam etsi plerisque aliis in locis idem repetitum fuerit, illic tamen primum est usurpatum. Iam cum ex

τεῦθεν ἡ ἀρχή. Εἰ τοίνυν ἀπὸ τότε ἡ γυνὴ ὑπετάγη ἐκ προστάγματος θεοῦ τῷ ἀνδρὶ, καὶ ἀκολούθως ὁ ἀπόστολος καθυποτάσσει ταύτην, οὐκ ἀντιθέτως τῷ ποιήσαντι τὸν ἄνθρωπον καὶ τὴν γυναῖκα θεῷ, αὐτὸς κελεύων δείκνυσιν ἐξάπαντος ὅτι τοῦ αὐτοῦ θεοῦ ὑπάρχει ὁ ἀπόστολος νομοθέτης θεοῦ, οὗ καὶ ὁ νόμος ἦν καὶ ἡ πᾶσα παλαιὰ διαθήκη, καὶ τοῦ αὐτοῦ ἡ καινὴ διαθήκη, τουτέστιν αἱ δύο διαθῆκαι, αἱ τὴν γυναῖκα τότε καὶ νῦν καθυποτάξασαι τῷ ἀνδρὶ, δι' εὐσεβῆ καὶ ἀντίρροπον εὐταξίαν.

ιϛ' καὶ κδ' Σχόλ. Περὶ ἀναστάσεως νεκρῶν. Γνωρίζω δὲ ὑμῖν, ἀδελφοὶ, τὸ εὐαγγέλιον, ὃ εὐηγγελισάμην ὑμῖν. Καὶ ὅτι, Εἰ Χριστὸς οὐκ ἐγήγερται, μάταιον, καὶ τὰ ἑξῆς. Οὕτως κηρύσσομεν, καὶ οὕτως ἐπιστεύσατε, ὅτι Χριστὸς ἀπέθανε, καὶ ἐτάφη, καὶ ἐγήγερται [61] τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ. Ὅταν δὲ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσηται ἀθανασίαν, τότε γενήσεται ὁ λόγος ὁ γεγραμμένος, Κατεπόθη [62] ὁ θάνατος.

ιϛ' καὶ κδ' Ἔλεγχ. Γνωρίζω δὲ ὑμῖν, ἀδελφοὶ, τὸ εὐαγγέλιον, ὃ εὐηγγελισάμην ὑμῖν. Εἰ εὐηγγελίσατο, καὶ αὐτὸ πάλιν γνωρίζει, οὐκ ἄλλοθεν εὐαγγέλιον, οὔτε ἄλλη γνῶσις μετὰ τὴν μίαν καὶ τὸ [63] ἓν ὅπερ ἓν τυγχάνει διὰ τῶν τεσσάρων εὐαγγελίων καὶ τῶν ἀποστόλων· ἵνα ἐλέγξῃ τὸν Μαρκίωνα τὸν μετὰ τοσαῦτα ἔτη ἥκοντα, μετὰ χρόνους τοῦ καλουμένου Ἀνικήτου, τοῦ Ῥωμαίων ἐπισκόπου, τοῦ κατὰ διαδοχὴν ἐνάτου γενομένου ἀπὸ τῆς τῶν ἀποστόλων Πέτρου καὶ Παύλου τελειώσεως. Διὸ ἐπασφαλιζόμενος ὁ αὐτὸς ἀπόστολος ἔλεγε, Κἂν τε ἡμεῖς, ἢ ἄγγελος εὐαγγελίσηται ὑμῖν παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω, γινώσκων πνεύματι ἁγίῳ ὅτι μέλλει Μαρκίων καὶ οἱ κατ' αὐτὸν διαστρέφειν τὴν ὁδὸν τὴν καλῶς ἑδραιωμένην. Ὅθεν οὐκέτι εἶπεν, Εὐαγγελίζομαι ὑμῖν, ἀλλὰ, Γνωρίζω ὑμῖν τὸ εὐαγγέλιον, οὐκ ἄλλο ὂν, ἀλλὰ ὃ ἤδη εὐηγγελισάμην ὑμῖν, οὗ τὴν ὑπόμνησιν ὑμῖν ποιοῦμαι. Γνωρίζω
pag. 365. ὑμῖν, Τίνι λόγῳ εὐηγγελισάμην ὑμῖν, εἰ κατέχετε, ἐκτὸς εἰ μὴ εἰκῆ ἐπιστεύσατε. Εἰ μὴ γὰρ κατέχετε, ὡς ἐκήρυξα ὑμῖν, χωρὶς αὐτοῦ εἰκῆ ἐπιστεύσατε. Εὐηγγελισάμην γὰρ ὑμῖν, Ὅτι Χριστὸς ἀπέθανεν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν κατὰ τὰς γραφὰς, καὶ ὅτι τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐγήγερται κατὰ τὰς γραφὰς, καὶ οὐ κατὰ μῦθον, καὶ οὐδὲ κατὰ τὴν διδασκαλίαν τῶν μελλόντων ἀφ' ἑαυτῶν λαλεῖν ἃ μὴ γέγραπται. Οἱ μὲν γὰρ Ἰουδαῖοι ἀφ' ἑαυτῶν λέγουσι μὴ ἐγηγέρθαι, Μαρκίων δὲ καὶ οἱ ἄλλοι λέγουσιν ἀφ' ἑαυτῶν δοκήσει πεπονθέναι καὶ [64] τεθάφθαι. Ἐγὼ δὲ κατὰ τὰς γραφὰς ἀσφαλίζομαι ὑμᾶς. Εὐθὺς γὰρ ἐπιφέρει, λέγων, Οὕτως κηρύσσομεν, καὶ οὕτως ἐπιστεύσατε, ὅτι Χριστὸς ἀπέθανε καὶ ἐτάφη, καὶ ἐγήγερται τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ· καὶ εὐθὺς, Εἰ νεκροὶ

61. τῇ *abest supra.*
62. *Supra* ὁ θάνατος εἰς νῖκος.
63. ἓν ὅπερ ἓν τυγχάνει *scripsi ex emendatione Pelavii. Libri enim, plane corrupti, habent:* ἐν ᾧπερ ἐντυγχάνει. *Cornarius vertit: neque alia notitia post*

illo tempore deinceps mulier divino mandato viro subiecta esse coeperit, et id secutus apostolus eandem subiecerit, nec illi deo, qui virum feminamque condidit contrarium quidam praeceperit, plane istud indicat, eiusdem se dei apostolum ac legislatorem esse, a quo lex ipsa vetusque est testamentum omne derivatum, cui novum etiam, adeoque utrumque testamentum tribui oporteat, quod mulierem ut olim, ita et nunc, ob piam atque aequabilem moderationem viro subditam esse praecipiat.

Schol. XVI et XXIV. De resurrectione mortuorum: *Notum* 1.Cor. 15, 1. *autem vobis facio, fratres, evangelium, quod praedicavi vobis.* Item, *Si Christus non resurrexit, inanis etc. Sic praedicamus, et sic credidistis: Quoniam Christus mortuus est et sepultus, et resurrexit tertia die. Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo, qui scriptus est: Absorpta est mors in victoria.*

Refut. XVI et XXIV. *Notum autem vobis facio, fratres, evangelium, quod praedicavi vobis.* Si aliquando praedicavit, et idipsum notum facit, nullum aliunde derivatum evangelium est, aliave cognitio praeter unam illam, unumque illud, quod in quatuor evangeliis et apostolis omnibus unicum est. Ex quo Marcio refellitur, qui tanto intervallo prodierit; nimirum post Aniceti Romani pontificis tempus, qui ab apostolorum Petri ac Pauli passione nonus ordine numeratur. Quocirca ut nos idem praemuniret apostolus, aiebat: *Etiamsi nos, aut angelus evangelizaverit vobis praeter quam quod ac-* Gal. 1, 9. *cepistis, anathema sit.* Sancti quippe spiritus instinctu noverat venturum aliquando cum discipulis Marcionem, qui egregie munitam viam niterentur pervertere. Quare non iterum dixit: *Evangelizo vobis*, sed, *Notum vobis facio evangelium*, non aliud ab eo utique quod iam praedicavi vobis ac denuo vobis in memoriam revoco. *Notum vobis facio quanam ratione evangelizaverim vobis, si retinetis; nisi forte frustra credidistis.* Nisi enim retinetis quemadmodum praedicavi vobis, sine illo frustra credidistis. Hoc enim nuntiavi vobis, Christum pro peccatis nostris secundum scripturas obiisse mortem, ac secundum easdem tertia die resurrexisse, non secundum fabulam aliquam, vel eorum doctrinam qui ex sese quae minime scripta sunt proferent. Etenim Iudaei ex sese Christum surrexisse negant, Marcio ac ceteri perinde ex sese specie tenus esse passum, ac sepultum praedicant. Ego vero ex scripturarum vos auctoritate confirmo. Ac subinde scribit: *Si praedicamus, et sic credidistis: Quoniam Christus mortuus est et sepultus, et resurrexit tertia die.* Et paulo post: *Si*

unam et illud in quo colloquitur per quatuor evangelia et apostolos.

64. τεθάπται *edit. princ. Vitium ex cod. Vatic. sustulit Petavius.*

οὐκ ἐγείρονται, οὐδὲ Χριστὸς ἐγήγερται· καὶ εἰ Χριστὸς οὐκ ἐγήγερται, μάταιον τὸ κήρυγμα ἡμῶν· καὶ μετὰ ταῦτα πάντα, Δεῖ γὰρ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀθανασίαν, καὶ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν. Καὶ οὐκ εἶπε, Τὸ θνητὸν τοῦτο χωρῆσαι τὴν ἀθανασίαν, ἤ, Τὸ φθαρτὸν τοῦτο χωρῆσαι τὴν ἀφθαρσίαν, ἀλλά, Τὸ θνητὸν καὶ [65] *φθαρτὸν ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν καὶ ἀθανασίαν. Ποῖον δέ ἐστι θνητὸν, ἀλλ' ἢ τὸ σῶμα τὸ οὐ χωρῆσαν ἐν αὐτῷ μόνον ἀθανασίαν, ἀλλὰ καὶ* [66] *οἰκῆσαν, καὶ μέλλον ἐνδύεσθαι τὴν ἀθανασίαν, οὐ τοῦ σώματος ἀποβαλλομένου καὶ τῆς ψυχῆς, τῆς μὴ ἀποθνησκούσης, ἐνδυομένης ἀθανασίαν, ἀλλὰ τοῦ θνητοῦ ἐνδυομένου τὴν ἀθανασίαν, καὶ τοῦ φθαρτοῦ ἀφθαρσίαν, τουτέστι τοῦ σώματος; αὐτοῦ γὰρ καὶ θάνατός ἐστι καὶ φθορὰ πρόςκαιρος, διὰ τὴν λύσιν τὴν ἐπενεχθεῖσαν αὐτῷ διὰ τῆς τοῦ Ἀδὰμ παρακοῆς. Ὅτι δὲ περὶ τῶν μελλουσῶν φησιν ἐν αὐτῷ τελειοῦσθαι εὐεργεσιῶν διὰ τῆς ὑποσχέσεως, τὸ πληροῦσθαι* [67] *ἐνσημαίνει λέγων, Τότε γενήσεται ὁ λόγος ὁ γεγραμμένος, Κατεπόθη ὁ θάνατος εἰς νῖκος· ἵνα σημάνῃ τὴν τότε μέλλουσαν ἔσεσθαι νεκρῶν ἀνάστασιν. Ἐπειδὴ κατεπόθη ὁ θάνατος ἀπὸ μέρους ἐν τῇ τοῦ Χριστοῦ ἀναστάσει, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ἀναστάντων. Ἀνέστη γὰρ πολλὰ σώματα τῶν ἁγίων, ὥς φησι τὸ εὐαγγέλιον, καὶ συνειςῆλθον αὐτῷ εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν. Τότε δὲ εἰς νῖκος καταπίνεται, ὅτε ἀπὸ πάντων καθολικῶς ἀφανοῦται.*

pag. 366.

ΤΗΣ ΠΡΟΣ ΚΟΡΙΝΘΙΟΥΣ ΔΕΥΤΕΡΑΣ.

Αὕτη δὲ τρίτη κεῖται παρὰ τῷ Μαρκίωνι. Μετηλλαγμένως δὲ, διὰ τὸ πρώτην παρ' αὐτῷ τετάχθαι τὴν πρὸς Γαλάτας.

α' καὶ κε' Σχόλ. [68] *Πᾶσαι γὰρ αἱ ἐπαγγελίαι θεοῦ ἐν αὐτῷ τὸ Ναί· διὸ καὶ δι' αὐτοῦ τὸ Ἀμὴν τῷ θεῷ.*

α' καὶ κε' Ἔλεγχ. Διάνοιξον τοὺς ὀφθαλμούς σου καὶ σώθητι, ὦ Μαρκίων. Εἰ δὲ σὺ οὐκέτι δύνασαι, τετελεύτηκας γὰρ, οἱ ἀπὸ σοῦ ἀπατηθέντες ἀνοιξάτωσαν τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν, καὶ φυγέτωσαν ἀπὸ σοῦ ὡς ἀπὸ ἑρπετοῦ δεινοῦ καὶ λυμαινομένου τοὺς ἐγγίζοντας. Εἰ γὰρ ὅσαι ἐπαγγελίαι θεοῦ ἐν αὐτῷ τὸ Ναὶ, ἐπαγγελίας δὲ θεοῦ οἶδεν ὁ ἀπόστολος διὰ τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν, ἄρα γε ἐν Χριστῷ τὸ Ναὶ τῶν ἐπαγγελιῶν τοῦ πληρώματος ἐβεβαιοῦτο. Οὐκ ἀλλότριος οὖν ὁ Χριστὸς τοῦ παλαιοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν, οὐδὲ τοῦ θεοῦ τοῦ λαλήσαντος ἐν τῷ νόμῳ, καὶ ἐν Χριστῷ τὰς αὐτοῦ ἐπαγγελίας πεπλη-

65. *Libri editi mendose* ἄφθαρτον.
66. *Cornarius vertit:* sed etiam habitatione excipit.
67. ἐνσημαίνει *ego. Libri habent* μεσημαίνει. *Cornarius vertit:* Quod autem de perficiendis in ipso beneficentiis per

mortui non resurgunt, neque Christus resurrexit. Et si Christus non resurrexit, inanis est praedicatio nostra. Tum post haec omnia: *Oportet enim mortale hoc induere immortalitatem, et corruptibile hoc induere incorruptionem.* Nec ita dixit: Mortale hoc capere immortalitatem, aut corruptibile hoc capere incorruptionem, sed mortale et corruptibile induere incorruptionem et immortalitatem. Quod est autem mortale illud nisi corpus, quod immortalitatem non induat modo, sed in ea etiam habitet, quod immortalitatem, inquam, illam sic induat, ut non reiecto corpore anima sola quae mortis est expers, immortalitatem induat, sed ut idipsum quod mortale est immortalitatem, et corruptibile incorruptionem induat, hoc est corpus ipsum, cuius propria mors est ac temporaria illa corruptio dissolutioque ob Adami contumaciam ac scelus inflicta? Iam vero de futuris olim beneficiis, quae in corpus derivanda sunt, apostolum loqui ex eo patet quod pollicitationis formula id quod eidem contingere debet expresserit. *Tunc*, inquit, *fiet sermo, qui scriptus est: Absorpta est mors in victoria.* Quibus verbis futuram tunc mortuorum resurrectionem significat. Quandoquidem ex aliqua parte in Christi resurrectione, eorumque qui cum Christo sunt ad vitam excitati, absorpta mors est. *Multa enim sanctorum corpora surrexerunt*, ut in Matth. 27, 52.
evangelio proditum est, *et cum eo ingressa sunt in sanctam civitatem.* Sed tum absorbetur in victoria, cum ab omnibus omnino depulsa corporibus evanescit.

EX EPISTOLA II. AD CORINTHIOS.

Hanc Marcio tertiam ordine collocavit, idque commutata serie. Quae enim ad Galatas scripta est, eam primo loco posuit.

Schol. I et XXV. *Quotquot enim promissiones dei sunt in illo,* 2.Cor. 1, 20.
Est: ideo et per ipsum Amen dei.

Refut. I et XXV. Aperi oculos et salvare, Marcio! Quod si facere istud modo non potes, eo quod obieris, illi saltem aperiant, quos tu in errorem impulisti, teque, ut venenatum serpentem et appropinquantibus noxium devitent. Nam si, *Quotquot promissiones dei sunt, in illo, Etiam,* promissiones porro dei eas apostolus intelligit quae lege ac prophetis continentur, sequitur etiam illud implendarum prophetiarum proprium in Christo confirmatum fuisse. Quare nec a veteri lege nec a prophetis alienus est Christus, nec a deo, qui et in lege locutus est, et sua in Christo promissa perfecit. Sed

promissionem dicat, indicat per hoc quod dicit *cett. Interpunctio verborum in utraque Graeca editione est:* εὐεργεσιῶν, διὰ τῆς ὑποσχήσεως τὸ πληροῦσθαί με σημαίνει λέγων *cett.* 68. *Supra* Ὅσαι γὰρ ἐπαγγελίαι.

ρωκότος. Ἀλλ' οὐδὲ ἀντίθετος ὁ Χριστὸς τῷ θεῷ τῷ δεδωκότι νόμον καὶ προφήτας. Διὰ γὰρ τὸ ἐν αὐτῷ τὰς ἐπαγγελθείσας ὑποσχέσεις [69] Ναὶ γίνεσθαι, διὰ τοῦτό φησι, Καὶ δι' αὐτοῦ τὸ Ἀμὴν τῷ θεῷ· θεοῦ μὲν πατρὸς ἐπαγγειλαμένου, Χριστοῦ δὲ τοῦ καὶ βεβαιοῦντος καὶ κυρίου τὸ Ἀμὴν περιποιουμένου δι' αὐτοῦ ἐν τοῖς δι' αὐτοῦ τῇ ἐπαγγελίᾳ βεβαιωθεῖσι [70] καὶ ἐπιγνωσθεῖσι τὸν πατέρα αὐτοῦ ἐν νόμῳ λελαληκότα, καὶ ἐν εὐαγγελίῳ τοῖς πεπιστευκόσι δεδωρημένον τὰ σωτήρια τῶν λεγόντων δι' αὐτοῦ λέγοντος Χριστοῦ, Ναὶ, ὁ πατὴρ, ὅτι οὕτως ἐγένετο ἡ εὐδοκία ἐνώπιόν σου.

β' καὶ κϛ' Σχόλ. Οὐ γὰρ ἑαυτοὺς κηρύσσομεν, [71] ἀλλὰ Χριστὸν Ἰησοῦν, ἑαυτοὺς δὲ δούλους ὑμῶν διὰ [72] Ἰησοῦ· ὅτι θεὸς ὁ εἰπὼν ἐκ σκότους φῶς λάμψαι.

β' καὶ κϛ' Ἔλεγχ. Οὐ κηρύσσουσιν ἑαυτοὺς οἱ ἀπόστολοι, ἀλλὰ Χριστὸν Ἰησοῦν κύριον. Διὸ οὐκ ἔνι αἵρεσις, οὐδὲ ἐκκλησία εἰς ὄνομα ἀποστόλων ἀνηγορευμένη. Οὐδέποτε γὰρ ἠκούσαμεν ἢ Πετρίους, ἢ Παυλίους, ἢ Βαρθολομαίους, ἢ Θαδδαίους, ἀλλὰ ἀπαρχῆς ἓν κήρυγμα
pag. 367. πάντων τῶν ἀποστόλων, οὐκ αὐτοὺς κηρύσσον, ἀλλὰ Χριστὸν Ἰησοῦν κύριον. Διὸ καὶ ὄνομα τῆς ἐκκλησίας οἱ πάντες ἔθεντο ἓν, οὐχ ἑαυτῶν, ἀλλὰ τοῦ κυρίου αὐτῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἀπὸ Ἀντιοχείας ἀρξαμένων Χριστιανῶν καλεῖσθαι· ὅπερ ἐστὶν ἡ μόνη Καθολικὴ Ἐκκλησία, οὐκ ἄλλο τι ἔχουσα, ἀλλὰ Χριστοῦ, Χριστιανῶν οὖσα ἐκκλησία, οὐ Χριστῶν, ἀλλὰ Χριστιανῶν τοῦ μὲν ἑνὸς ὑπάρχοντος, τῶν δὲ ἀπὸ τοῦ ἑνὸς Χριστιανῶν καλουμένων. Μετὰ ταύτην δὲ καὶ τοὺς αὐτῆς κήρυκας πᾶσαι οὐκέτι τοῦ αὐτοῦ χαρακτῆρος φαινόμεναι διὰ τῶν ἐπιθέτων ὀνομάτων Μανιχαίων, καὶ Σιμωνιανῶν, καὶ [73] Οὐαλεντίνων, καὶ Ἐβιωναίων, ὧν εἷς καὶ σὺ, Μαρκίων, ὑπάρχεις, καὶ σοῦ τὸ ὄνομα ἐπικέκληνται οἱ ὑπὸ σοῦ ἠπατημένοι, ὡς σεαυτὸν κηρύξαντος, καὶ οὐχὶ Χριστόν. Εἶτά φασιν ὅτι, Ὁ θεὸς ὁ εἰπὼν ἐκ σκότους φῶς λάμψαι. Ὁ θεὸς δὲ ποῖος, ἀλλ' ὁ εἷς ὁ ἐν τῷ προφήτῃ δείξας ἐκ σκότους φῶς, τουτέστιν ἀπὸ τῆς τῶν ἀνθρώπων ἀπιστίας καὶ ἀγνωσίας φῶς καὶ γνῶσιν ἐν Χριστῷ [74] λάμψαι ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν τῶν ποτε ἐθνῶν εἰδωλολατρούντων, [75] λατρευόντων νῦν δὲ θεὸν τὸν τότε ἐν τῷ προφήτῃ προεπαγγειλάμενον τὸ φῶς ἑαυτοῦ ἐν τῷ κόσμῳ λάμψαι; ὡς οὐκ ἀλλοτρίου ὄντος παλαιᾶς καὶ καινῆς διαθήκης, ὡς ἡμῖν ἔθος γέγονε

69. *Scripsi* Ναὶ *pro* εἶναι, *quod libri habent, quodque uncinis notasse acquievit Petavius.*

70. καὶ ἐπιγνωσθεῖσι, *quod desideratur in edit. princ., ex cod. Vaticano restituit Petavius.*

71. *Supra* ἀλλὰ κύριον Ἰησοῦν Χριστόν.

72. *Supra* Ἰησοῦ Χριστοῦ.

73. *Reponendum puto* Οὐαλεντινιανῶν. *Vitium in hisce libris admodum crebrum.*

74. λάμψαι *scripsi pro* λάμψαν, *quod libri tenent. Petavius ariolatus est* λάμψας, *sed deesse aliquid suspicatus.*

75. λατρευόντων, *quod exciderat, quodque in omnibus libris desideratur, repetivi ex eo quod praecedit vocabulo* εἰδωλολατρούντων. *Cornarius totum hoc lemma*

neque deo illi qui legem ac prophetas dedit idem ille Christus adversatur. Nam pro eo quod illius pollicitationes in ipso repraesentatae sunt, *Et per ipsum*, inquit, *Amen dei.* Deus enim pater promisit, Christus vero dominus rata illa fecit, et Amen adhibuit illis quos illa promissio confirmavit, quique patrem illum suum agnoverunt qui in lege locutus est ac credentibus salutaria dona contulit. His enim ille verbis usus est: *Ita pater, quia ita placitum est ante te.* Matth. 11, 26.

Schol. II et XXVI. *Non enim nos ipsos praedicamus, sed Christum Iesum, nos ipsos vero servos vestros per Iesum. Quoniam deus qui dixit de tenebris lucem splendescere.* 2. Cor. 3, 5.

Refut. II et XXVI. Non seipsos, sed Iesum Christum dominum nostrum praedicant apostoli. Quare neque secta est ulla, nec ecclesia apostolorum insignita nomine. Nec unquam Petraeos ullos, aut Paulianos, aut Bartholomaeos, aut Thaddaeos audivimus, sed una iam tum initio fuit apostolorum omnium praedicatio, quae non ipsosmet illos, sed dominum Iesum Christum tantummodo celebraret. Ob id ecclesiae nomen unum omnes imposuerunt: non suum utique, sed Christi Iesu, cum Antiochiae primum appellari Christiani coeperunt. Quod quidem solam ad catholicam ecclesiam convenit, quae nullo alio quam Christi nomine praedito Christianorum ecclesia, non Christorum, dicitur: adeo ut cum unus ille sit, plures tamen ab eo Christiani nominentur. Ab hac ecclesia eiusque praeconibus ubi discesseris, reliquae omnes haud eadem nota constant, quae adiunctis nominibus atque epithetis vocantur, Manichaeorum videlicet, Simonianorum, Valentinorum, Ebionaeorum, quibus et tu, Marcio, annumerandus es, cuius nomen inscribunt ii sibi, quos tute in errorem induxeris, utpote qui teipsum, non Christum, praedicaveris. Tum demum inquiunt, *Deus qui dixit de tenebris splendescere lucem.* Quis hic deus est nisi unus ille, qui apud prophetam e tenebris lumen ostendit? hoc est ex hominum, infidelitate et inscitia, per Christum lucem ac scientiam in cordibus nostris excitavit. Qui cum olim inter gentes numeraremur simulacris addictas, deum illum modo veneramur qui per prophetam lucem suam illaturum sese mundo promiserat, ut intelligas eundem neque a veteri, neque a novo testamento dissidere, id quod certis tibi rationibus suadere, Marcio, solemus,

convertit ita: „— lucem ac cognitionem, quae in Christo illuxit in cordibus nostris, qui aliquando gentes et simulacrorum cultores eramus, nunc autem Deum cognovimus, qui tunc in propheta promisit, lucem *cett.*

πείθειν σε, ὦ Μαρκίων, ἀφ' ὧν ἔχεις γεγραμμένων λειψάνων τοῦ εὐαγγελίου, καὶ μὴ ὑπὸ σοῦ ἀπατᾶσθαι.

γ' καὶ κζ' Σχόλ. Ἔχοντες δὲ τὸ αὐτὸ πνεῦμα τῆς πίστεως καὶ ἡμεῖς πιστεύομεν, [76] διὸ καὶ λαλοῦμεν. Ἐξέκοψε δὲ τὸ, Κατὰ τὸ γεγραμμένον.

γ' καὶ κζ' Ἔλεγχ. Οὐ δοθήσεταί σοι τόπος ἐν οἷς ἂν τολμήσειας. Κἄν τε γὰρ ἐκκόψῃς τὸ, Κατὰ τὸ γεγραμμένον, φαίνεται ἡ τῆς προγεγραμμένης λέξεως ἀκολουθία. Ἀπὸ τοῦ γὰρ, Ἐπίστευσα, διὸ καὶ ἐλάλησα, εὐθὺς τὰ ἴσα ἐπενέγκας ὁ ἀπόστολος ἔφη, Ἔχοντες τὸ αὐτὸ πνεῦμα τῆς πίστεως καὶ ἡμεῖς πιστεύομεν, διὸ καὶ λαλοῦμεν. Παντὶ δέ τῳ σαφές ἐστι τοῦτο, ὅτι ἐν τῷ ἑκατοστῷ πεντεκαιδεκάτῳ ψαλμῷ ἐν τῷ τὴν ἐπιγραφὴν [77] Ἀλληλουΐα ἔχοντι, τῆς δὲ τοῦ Δαβὶδ βίβλου ὄντι καὶ ὑπ' αὐτοῦ προπεφητευμένῳ, ὁ λόγος τοῦ Ἐπίστευσά ἐστι γεγραμμένος. Ὅθεν καὶ ὁ ἀπόστολος ἔλαβε τὸ ῥητὸν, καὶ ὁμοίως ἔφη
pag. 368. τὸ, Διὸ πιστεύομεν καὶ ἡμεῖς καὶ λαλοῦμεν, εἷς ὢν τοῦ ἀριθμοῦ τῶν ἀποστόλων. Ὅθεν οὐ λέγει, Διὸ καὶ ἐπίστευσα καὶ ἐλάλησα, ἀλλὰ, Ἡμεῖς πιστεύομεν, διὸ καὶ λαλοῦμεν, ἵνα ἑαυτὸν μετὰ τῶν ἄλλων ἀποστόλων συνάψῃ. Καί φησιν, Ἔχοντες δὲ τὸ αὐτὸ πνεῦμα, ἵνα δείξῃ τὸ ἐν τῷ Δαβὶδ λαλῆσαν πνεῦμα τὸ αὐτὸ ὂν πνεῦμα καὶ ἐν τοῖς ἀποστόλοις, ἀφ' οὗπερ τότε ἐκεῖνος προφητεύων ἐπίστευεν· ἐν ᾧ πνεύματι καὶ αὐτοὶ ὄντες πιστεύουσι καὶ λαλοῦσι. Πολλὴ δὲ ἀδικία καὶ πλεονεξία, ὡς εἰπεῖν, [78] διανοημάτων. Τοῦ γὰρ ἀποστόλου ἓν καὶ τὸ αὐτὸ πνεῦμα φάσκοντος, πῶς ἡ τοῦ Μαρκίωνος ἄνοια ὁμολογοῦσα τοῦτον τὸν λόγον τὸν ἅγιον ἀπόστολον εἰρηκέναι τολμᾷ λέγειν ἄλλο εἶναι τότε τὸ πνεῦμα, καὶ ἄλλο τὸ ἐν τοῖς ἀποστόλοις.

ΤΗΣ ΠΡΟΣ ΡΩΜΑΙΟΥΣ ΤΕΤΑΡΤΗΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ.

Οὕτως γάρ. ἐστι παρὰ τῷ Μαρκίωνι κειμένη, ἵνα μηδὲν ὀρθὸν παρ' αὐτῷ εἴη.

α' καὶ κη' Σχόλ. Ὅσοι ἀνόμως ἥμαρτον, ἀνόμως καὶ ἀπολοῦνται, καὶ ὅσοι [79] ἐν νόμῳ ἥμαρτον, διὰ νόμου κριθήσονται. Οὐ γὰρ οἱ ἀκροαταὶ νόμου δίκαιοι παρὰ τῷ θεῷ, ἀλλ' οἱ ποιηταὶ νόμου δικαιωθήσονται.

α' καὶ κη' Ἔλεγχ. Εἰ ὅσοι ἀνόμως ἥμαρτον, ἀνόμως καὶ ἀπολοῦνται, σωτηρίας ὁ νόμος παραίτιος φυλαττόμενος, καὶ μὴ ἐῶν τοὺς φυλάττοντας ἀπόλλυσθαι. Καὶ εἰ οἱ διὰ νόμου ἁμαρτήσαντες διὰ νόμου κριθήσονται, ἄρα κριτὴς τῶν παραβάσεων ὁ νόμος, οὐκ ἀπωλείας

76. διὸ supra abest.
77. ἀλλήλας edit. princ., quod vitium ex cod. Vatic. correxit Petavius.

ex illis ipsis evangelii reliquiis quae apud te scriptae reperiuntur, neque fraude tua vos circumveniri patimur.

Schol. III et XXVII. *Habentes autem eundem spiritum fidei et* 2. Cor. 3, 13. *nos credimus, propter quod et loquimur.* Ubi voces illas sustulit: *Sicut scriptum est.*

Refut. III et XXVII. Quocumque audaciam tuam converteris, nullum quo te inseras aditum invenies. Sive enim illa verba, *Sicut scriptum est*, deleas, antecedentium verborum ipsa series apparet. Post haec enim verba, *Credidi propter quod locutus sum*, subinde aequalia subiungens ait apostolus, *Habentes eundem spiritum fidei et nos credimus, propter quod loquimur.* Nemo autem illud ignorat e psalmo CXV., cui inscriptum est *Alleluia*, quique in Davidis libro legitur et inter eius oracula censetur, verba illa esse deprompta, *Credidi etc.* Unde et apostolus eiusmodi sententiam transtulit, ac similiter expressit: *Propter quod credimus et nos et loquimur:* ille inquam Paulus, qui ex apostolorum numero unus extitit. Idcirco non dixit, *Propter quod et credidi, et locutus sum*, sed, *Nos credimus propter quod et loquimur*, ut se cum reliquis apostolis coniungeret. Quare ita scripsit: *Habentes eundem spiritum;* ut ostenderet illum ipsum qui per Davidem loquebatur per apostolos quoque spiritum esse locutum, cuius ille quondam impulsu vaticinans credidit, et ad eundem pertinentes isti modo credunt ac loquuntur. Versatur autem in hoc loco intelligendi ac disputandi perversa quaedam ac fraudis plena ratio. Nam cum apostolus unum eundemque spiritum esse definiat, qua fronte vecors ille Marcio, qui illam germanam apostoli orationem esse non negat alium tunc spiritum fuisse quam qui apostolis deinceps affuerit ausus est profiteri?

EX EPISTOLA AD ROMANOS, QUAE EST ORDINE IV.

Hoc enim ordine a Marcione ponitur; ne quid rectum apud illum ac germanum reperiatur.

Schol. I et XXVIII. *Quicumque sine lege peccaverunt, sine lege* Rom. 2, 12. *et peribunt, et quicumque in lege peccaverunt, per legem iudicabuntur. Non enim auditores legis iusti apud deum, sed factores legis iustificabuntur.*

Refut. I et XXVIII. Si quicumque sine lege peccarunt sine lege perituri sunt, profecto lex salutem observata conciliat, nec eos qui servant perire permittit. Item si qui in lege peccarunt per legem iudicandi sunt, iudex igitur transgressionum lex est, quae non inte-

78. *Vulgo* διὰ νοημάτων. 79. *Supra* ἐννόμως.

ὢν, ἀλλὰ δικαιοκρισίας, ὁσίως κρίνων τοὺς παραβεβηκότας. Οὐ γὰρ οἱ ἀκροαταὶ νόμου δίκαιοι παρὰ θεῷ, ἀλλ' οἱ ποιηταὶ νόμου δικαιωθήσονται. Εἰ δὲ ποιούμενος ὁ νόμος δικαιοῖ τὸν ποιήσαντα, οὐκ ἄδικος ὁ νόμος, οὔτε φαῦλος, δι' ὃν οἱ τελοῦντες τὸν νόμον δίκαιοι καθίστανται. Ἐκ δὲ τοῦ νόμου ἐστὶ καὶ ἡ εἰς Χριστὸν [80] προφητευομένη πίστις, χωρὶς οὗ οὐ δικαιωθήσεται οὐδείς, καὶ ἐν ᾧ πιστεύσας παρὰ τὴν τοῦ νόμου προφητευομένην μαρτυρίαν οὐ δύναται πάλιν δικαιοῦσθαι [81] δίκαιος, ὡς πληρώματος ὄντος τοῦ Χριστοῦ τοῦ νόμου κατὰ τὸ
pag. 369. παρὰ τῷ ἀποστόλῳ εἰρημένον ὅτι, Πλήρωμα νόμου Χριστὸς εἰς δικαιοσύνην, δεικνύντι ὅτι ἄνευ νόμου καὶ Χριστοῦ οὐκ ἔνι δικαιοσύνη. Οὔτε γὰρ Ἰουδαῖοι ἄνευ Χριστοῦ δικαιωθήσονται μὴ λαβόντες Χριστόν, οὔτε σύ, Μαρκίων, δικαιωθήσῃ ἀπαρνούμενος τὸν νόμον.

β' καὶ κθ' Σχόλ. Περιτομὴ μὲν γὰρ ὠφελεῖ, ἐὰν νόμον πράσσῃς, ἐὰν δὲ παραβάτης νόμου ἦς, ἡ περιτομή σου ἀκροβυστία γέγονεν.

β' καὶ κθ' Ἔλεγχ. Εἰ ἀποφαίνεται ὁ ἅγιος ἀπόστολος τὴν περιτομὴν ὠφελήσειν, τίς ἐν τοῖς ὠφελοῦσι μῶμον θήσειεν, ἀλλὰ εἰ ἄρα ὅμοιος τῷ ὄφει γενήσεται; Ἔοικας γὰρ τούτῳ, ὦ Μαρκίων. Κἀκεῖνος γὰρ ἀντιστρέφων τὰ παρὰ θεοῦ εἰρημένα παρέπειθε τὴν Εὔαν λέγων, Οὐ θανάτῳ ἀποθανεῖσθε. Νόμον γὰρ τῇ περιτομῇ συνέδησε, καὶ τὴν περιτομὴν τῷ νόμῳ συμπρέπουσαν ἐπέδειξε, καὶ τοῦ αὐτοῦ θεοῦ τὸ πρόσταγμα ὑπάρχειν ὑπέφηνε τοῦ τὴν περιτομήν ποτε δεδωκότος, καὶ νόμον εἰς βοήθειαν δεδωκότος ἀφ' οὗπερ Χριστὸς πιστευόμενος τὰ τέλεια τοῖς πιστεύουσι λαλεῖν τε καὶ ποιεῖν παρέχεται.

γ' καὶ λ' Σχόλ. Ἔχοντα τὴν μόρφωσιν τῆς γνώσεως καὶ τῆς ἀληθείας ἐν τῷ νόμῳ.

γ' καὶ λ' Ἔλεγχ. Εἰ ἡ γνῶσις μόρφωσιν ἔχει, ἀπὸ δὲ τῆς μορφώσεως τὸ εἶδος φαίνεται, οἱ δὲ τὴν γνῶσιν καὶ τὴν ἀλήθειαν ἔχοντες ἀπόστολοι καὶ οἱ τούτων μαθηταὶ οἴδασιν ἀπὸ τῆς μορφώσεως τοῦ νόμου τὸ εἶδος κεκτῆσθαι, τουτέστι τὴν γνῶσιν καὶ τὴν ἀλήθειαν, οὐκ ἄρα ἀλλότριος ὁ νόμος [82] τῆς γνώσεως καὶ τῆς ἀληθείας. Διὰ γὰρ τῆς ἐν αὐτῷ μορφώσεως ἐπέγνωσαν οἱ κήρυκες τῆς ἀληθείας τὴν γνῶσιν καὶ τὴν ἀλήθειαν.

δ' καὶ λα' Σχόλ. Ἔτι γὰρ Χριστὸς ὄντων ἡμῶν ἀσθενῶν, ἔτι κατὰ καιρὸν ὑπὲρ ἀσεβῶν ἀπέθανεν.

δ' καὶ λα' Ἔλεγχ. Τὸ Ἔτι καὶ Ἀπέθανεν οὐ δοκήσεως, ἀλλὰ ἀληθείας ἐστὶ σημαντικόν. Εἰ γὰρ δόκησις ἦν, τίς χρεία τοῦ Ἔτι λέγε-

80. *Sic ed. Petav. ex cod. Valic.* προφητευομένη *edit. princ.*

81. δίκαιος *reponere conatus sum pro* ὃ καί, *quod libri habent, quodque quomodo interpreteris non habes. Est corruptela. Petavius illud* ὃ καί *uncinis no-*

ritum affert ex sese, sed legitimum iudicium exercet, deque iis qui mandata violarint iustam cognitionem instituit. *Non enim auditores legis iusti apud deum, sed factores legis iustificabuntur.* Iam vero cum lex factis praestita factorem ipsum iustificet, non iniusta, neque poenitenda lex erit, propter quam iusti fiunt qui ei obtemperant. Ceterum ad legem attinet fides etiam in Christum in eadem lege praedicta, sine quo iustificari nemo potest, et ei insuper quicumque crediderit absque legis illo testimonio iustificari nequit; quoniam Christus legis complementum est, ut apostolus his verbis declarat: *Ple-* Rom. 10, 4.
nitudo legis Christus est ad iustitiam. Quibus illud indicat, sine lege atque Christo nullam esse iustitiam. Neque enim Iudaei, qui Christum repudiant, sine eo iustificabuntur, neque tu iustificabere, Marcio, qui legem abnegas.

Schol. II et XXIX. *Circumcisio enim prodest si legem facias:* Rom. 2, 25.
si autem praevaricator sis legis, circumcisio tua praeputium facta est.

Refut. II et XXIX. Quandoquidem profuturam circumcisionem apostolus pronuntiat, quis fructuosis rebus calumniam struere audeat? Hunc quidem serpentis similem oportet esse, a quo neque tu abhorres, Marcio. Siquidem ille dei verba detorquens Evam persuasione sua decepit, ita compellans: *Nequaquam moriemini.* Etenim aposto- Gen. 3, 4.
lus legem ad circumcisionem adstrinxit, et circumcisionem legi consentaneam esse monstravit, eiusdemque mandatum esse dei qui et circumcisionem olim instituit, et legem praesidii caussa tulit, cuius beneficio creditus Christus credentibus perfecta quaeque dicere ac facere concedit.

Schol. III et XXX. *Habentes informationem cognitionis, et ve-* Rom. 2, 20.
ritatis in lege.

Refut. III et XXX. Si cognitio informationem continet, forma vero ab informatione oritur, apostoli porro cognitione ac veritate praediti ex legis informatione formam ipsam obtinent, hoc est cognitionem ac veritatem, sequitur legem a cognitione et veritate minime alienam videri. Per legis enim informationem veritatis praecones cognitionem ac veritatem sunt adepti.

Schol. IV et XXXI. *Adhuc enim Christus cum essemus infirmi,* Cap. 5, 6.
adhuc in tempore pro impiis mortuus est.

Refut. IV et XXXI. Vocabula haec, *Adhuc,* et, *Mortuus est,* non nudam speciem, sed veritatem arguunt. Si enim sola species

tavit, Cornarius vertendo plane neglexit. 82. τῆς γνώσεως, *quod sententia postulabat, reposui ex coniectura Cornarii et Petavii, pro* τοῦ νόμου, *quod in libris extat.*

σθαι; δυναμένου τοῦ Χριστοῦ πάντοτε καὶ νῦν δοκήσει φαίνεσθαι, καὶ μὴ λέγεσθαι, Ἔτι ὄντων ἡμῶν ἀσθενῶν. Ἀπὸ τοῦ γὰρ Ἔτι τὸ τότε θανεῖν ἀπέδωκε, καὶ ἐδικαίωσε τῷ θανάτῳ, ἵνα μηκέτι χρείαν ἔχῃ θανεῖν ὁ ὑπὲρ ἁμαρτωλῶν ἅπαξ ἀποθανὼν, καὶ [83] δι' ἑαυτὸν μηκέτι ἀποθνήσκων.

pag. 370. ε' καὶ λβ' Σχόλ. Ὥστε ὁ μὲν νόμος ἅγιος, καὶ ἡ ἐντολὴ ἁγία καὶ δικαία καὶ ἀγαθή.

ε' καὶ λβ' Ἔλεγχ. Συντίθεται τῷ νόμῳ τὸ ἅγιον αὐτὸν εἶναι, καὶ τῇ ἐν αὐτῷ ἐντολῇ γενομένῃ, τρισὶ μαρτυρίαις ἀσφαλισάμενος ταύτην, ἁγίαν αὐτὴν λέγων καὶ δικαίαν καὶ ἀγαθὴν, ἵνα ἐλέγξῃ σὲ, Μαρκίων, καὶ ἡμᾶς διδάξῃ τοῦ ἁγίου εἶναι τὸν νόμον οὗ καὶ ἡ ἐντολὴ ἁγία, καὶ αὐτὸν τὸν ἅγιον εἶναι καὶ ἀγαθόν. Διὸ ἀγαθοῦ οὖσα ἐντολὴ ἀγαθὴ καλεῖται, καὶ ἁγίου οὖσα ἁγία ἐστὶ, καὶ δικαίου ὑπάρχουσα δικαία ἐντολὴ καλεῖται, ἑνὸς ὄντος τοῦ τότε καὶ νῦν, τοῦ ὄντος ἁγίου καὶ δικαίου καὶ ἀγαθοῦ. Διὸ καὶ ἡ αὐτοῦ ἐντολὴ, ἡ ἀπὸ τότε καὶ νῦν ἐν νόμῳ καὶ ἐν καινῇ διαθήκῃ, ἁγία ὑπάρχει καὶ δικαία καὶ ἀγαθή.

ς' καὶ λγ' Σχόλ. Ἵνα τὸ δικαίωμα τοῦ νόμου πληρωθῇ ἐν ἡμῖν.

ς' καὶ λγ' Ἔλεγχ. Εἰ ἐν τοῖς ἀποστόλοις καὶ ἐν ἡμῖν τὸ δικαίωμα τοῦ νόμου πληροῦται, πῶς σὺ, ὦ Μαρκίων, τολμᾷς λέγειν τὸν νόμον ἀλλότριον τῶν κατὰ τὸ πλήρωμα τοῦ νόμου δικαιουμένων ἀποστόλων τοῦ θεοῦ;

ζ' καὶ λδ' Σχόλ. Τέλος γὰρ νόμου Χριστὸς εἰς δικαιοσύνην παντὶ τῷ πιστεύοντι.

ζ' καὶ λδ' Ἔλεγχ. Εἰ εἰς δικαιοσύνην Χριστὸς ἐλήλυθε παντὶ τῷ πιστεύοντι, οὐ τοῦ νόμου τελειουμένου εἰ μὴ Χριστὸς τελειώσῃ τῇ ἑαυτοῦ παρουσίᾳ, οὐκ ἄρα τελειωθήσεσθε, ὦ Ἰουδαῖοι, ἐν νόμῳ μένοντες, ἐὰν μὴ Χριστὸν ἐνδημήσαντα πιστεύσαντες ὑποδέξησθε. Ἀλλὰ οὐδὲ σὺ, Μαρκίων, δυνήσῃ σωθῆναι ἐν Χριστῷ, τοῦ κηρύγματος τὴν ἀρχὴν καὶ τὴν ῥίζαν ἀποβαλλόμενος, ὅπερ ἐστὶ νόμος, ἀφ' οὗπερ Χριστὸς γινωσκόμενος τελειοῖ τὸν μὴ τὸν νόμον βδελυσσόμενον ὡς ἀλλότριον Χριστοῦ ὑπάρχοντα.

η' καὶ λε' Σχόλ. Ὁ γὰρ ἀγαπῶν τὸν πλησίον νόμον πεπλήρωκε.

η' καὶ λε' Ἔλεγχ. Εἰ διὰ τοῦ ἀγαπᾷν τὸν πλησίον νόμος πληροῦται, οὐκ ἀλλότριος Χριστοῦ καὶ θεοῦ πατρὸς τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ θεοῦ ὁ νόμος, ὁ κελεύων ἀγαπᾷν τὸν πλησίον. Διότι ὁ

83. δι' ἑαυτῶν, mendose, utraque edit. Petaviana.

extitisset, quid eam particulam, *Adhuc*, exprimere opus erat, cum omni tempore, adeoque nunc specie tenus possit apparere Christus, neque tamen adiicere necesse sit, *Cum adhuc infirmi essemus?* Hac enim voce, *Adhuc*, tum illum mortem obiisse significat, ac morte sua iustificasse, ne amplius mori necesse sit illum qui pro peccatoribus semel est mortuus, ac per sese non amplius moriatur.

Schol. V et XXXII. *Ideo lex sancta et mandatum sanctum et iustum et bonum.* Rom. 7, 12.

Refut. V et XXXII. Legi hoc apostolus tribuit, ut sancta sit, eiusdemque mandato, quod triplici testimonio confirmat, sanctum esse praedicans, et iustum, et bonum, ut te, Marcio, condemnet, nos vero ipsos edoceat legem auctoris esse sancti, cuius mandatum sanctum sit, eundemque qui sanctus est esse bonum. Propterea cum mandatum a bono profectum fuerit, bonum dicitur; et a sancto, sanctum, et a iusto derivatum, iustum etiam appellatur; cum unus idemque modo sit qui quondam extitit, sanctus, iustus ac bonus. Unde et mandatum ipsius tam quod olim quam quod modo est editum, in utroque videlicet testamento, sanctum, iustum ac bonum existimandum est.

Schol. VI et XXXIII. *Ut iustificatio legis impleatur in nobis.* Cap. 8, 4.

Refut. VI et XXXIII. Si in apostolis et in nobis iustificatio legis impletur, qua istud fronte pronuntiare audes, Marcio, legem ab apostolis dei, qui ex legis complemento iustificantur, alienam videri?

Schol. VII et XXXIV. *Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti.* Cap. 10, 4.

Refut. VII et XXXIV. Si ad credentium omnium iustitiam Christus advenit, ita ut perfici lex aliter nequeat, nisi eam Christus suo adventu perficiat, perfici vos, Iudaei, nullo modo potestis, si in lege maneatis, nisi Christum, qui iam venit, credentes in eum velitis recipere. Sed nec tu, Marcio, salutem in Christo potes adipisci, cum fidei principium ac radicem abieceris, nimirum legem, e qua cognitus Christus eum perficit qui legem minime ut alienam a Christo repudiat.

Schol. VIII et XXXV. *Qui enim diligit proximum, legem implevit.* Cap. 13, 8.

Refut. VIII et XXXV. Cum per amorem proximi lex impleatur, non est a Christo et deo patre domini nostri Iesu Christi abalienanda lex, quae diligere proximum iubet. Quoniam *deus cari-* 1. Ioann. 4, 8.

θεὸς ἀγάπη ἐστὶ, καὶ πάντα τὰ ὑπ' αὐτοῦ κηρυττόμενα ὁμοίως ἀεὶ κηρύττεται, καὶ τότε καὶ νῦν, καὶ ἐν παλαιᾷ καὶ καινῇ διαθήκῃ.

pag. 371. Τῆς πρὸς Θεσσαλονικεῖς, πέμπτης ἐπιστολῆς (οὕτω γὰρ κεῖται ἐν τῷ Μαρκίωνι, ὀγδόης δὲ οὔσης παρὰ τῷ ἀποστόλῳ) τὰ πάντα τοῦ Μαρκίωνος διεστραμμένως ἀπ' αὐτῆς ἔχοντος οὐδὲν ἐξ αὐτῆς παρεθέμεθα.

Τῆς πρὸς Θεσσαλονικεῖς δευτέρας, ἕκτης δὲ κειμένης παρὰ τῷ Μαρκίωνι, ἐνάτης δὲ οὔσης παρὰ τῷ ἀποστόλῳ, ὁμοίως διαστραφείσης ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Μαρκίωνος, πάλιν οὐδὲν ἐξεθέμεθα.

ΤΗΣ ΠΡΟΣ ΕΦΕΣΙΟΥΣ, ΕΒΔΟΜΗΣ ΟΥΣΗΣ ΠΑΡΑ ΤΩΙ ΜΑΡΚΙΩΝΙ, ΠΕΜΠΤΗΣ ΔΕ ΠΑΡΑ ΤΩΙ ΑΠΟΣΤΟΛΩΙ ΚΕΙΜΕΝΗΣ ΤΑΔΕ.

α' καὶ λϛ' Σχόλ. [84] Μνημονεύετε ὑμεῖς ποτε τὰ ἔθνη, οἱ λεγόμενοι ἀκροβυστία, ὑπὸ τῆς λεγομένης περιτομῆς ἐν σαρκὶ χειροποιήτῳ, [85] ὅτι ἦτε τῷ καιρῷ ἐκείνῳ χωρὶς Χριστοῦ, ἀπηλλοτριωμένοι τῆς πολιτείας τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ ξένοι τῶν διαθηκῶν τῆς ἐπαγγελίας, ἐλπίδα μὴ ἔχοντες, καὶ ἄθεοι ἐν τῷ κόσμῳ· νυνὶ δὲ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ὑμεῖς οἵ ποτε ὄντες μακρὰν ἐγενήθητε ἐγγὺς [86] τῷ αἵματι αὐτοῦ. Αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ εἰρήνη [87] ἡμῶν, ὁ ποιήσας τὰ ἀμφότερα [88] ἓν, καὶ τὰ ἑξῆς.

α' καὶ λϛ' Ἔλεγχ. Τὸ Μνημονεύετε καιροῦ σημαίνει τὸ εἶδος, καὶ Οἱ λεγόμενοι ἀπὸ τῆς λεγομένης, τῶν πραγμάτων τοὺς τύπους σημαίνει. Καὶ τὸ Ἐν σαρκὶ, ἵνα δείξῃ τὸν τύπον τὸν ἐν τῇ σαρκὶ ἀπεκδεχόμενον τὸν τοῦ πνεύματος καιρόν· ἵνα τὰ ἐντελέστερα ἀπὸ τοῦ τύπου δείξῃ. Χωρὶς γὰρ Χριστοῦ πολιτείας τοῦ Ἰσραὴλ ἡ ἀκροβυστία ἀπηλλοτρίωτο, ἀπηλλοτριωμένη δὲ ξένη ἦν ἐπαγγελίας καὶ διαθήκης, καὶ οἱ ἀπὸ ταύτης ὁρμώμενοι ἐλπίδα οὐκ εἶχον, ἀλλ' ἄθεοι ἦσαν ἐν τῷ κόσμῳ, ὡς ἀποδέδεικται ἀπὸ τῶν τοῦ ἀποστόλου ῥημάτων. Ἀλλὰ σὺ, Μαρκίων, οὔτε ὁρᾷς, οὔτε ἀκούεις· ἐπεὶ ἂν ἐνόεις πόσων ἀγαθῶν καραίτιον τὸν νόμον φάσκει ὁ ἅγιος ἀπόστολος, τῶν ἐν τῷ νόμῳ πρὸς τὸν τότε καιρὸν πεπολιτευμένων. Ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ οἱ ποτὲ μακρὰν νῦν ἐγγὺς ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ. Αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν, ὁ ποιήσας τὰ ἀμφότερα ἕν. Εἰ δὲ τὰ ἀμφότερα ἐποίησεν ἓν, καὶ οὐ τὸ μὲν ἀνεῖλε, τὸ δὲ ἕτερον συνεστήσατο, ἆρά γε οὐδὲ τὸ πρότερον ἀλ-
pag. 372. λότριον αὐτοῦ, οὐδὲ τὸ δεύτερον διεῖλεν ἀπὸ τοῦ πρώτου, ἀλλὰ τὰ ἀμφότερα εἰς ἓν συνήγαγεν, οὐχ ἁπλῶς, οὐ δοκήσει, ἀλλὰ ἐναργῶς ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ, ὡς ἡ ἀσφαλὴς τοῦ ἀποστόλου ὑποδείκνυσι διδασκαλία.

84. Supra Μνημονεύοντες.
85. ὅτι abest supra.
86. Supra ἐν τῷ.
87. Supra ὑμῶν.

tas est, et quae ab ipso praedicantur, omnia eodem perpetuo modo praedicantur, iam tum olim scilicet, et nunc, et in veteri novoque testamento.

Ex epistola ad Thessalonicenses, quam Marcio septimo loco ponit, ut apostolus octavo, nihil idcirco selegimus quod integra illa a Marcione depravata sit.

Quemadmodum neque ex secunda ad Thessalonicenses epistola, quam Marcio ordine sextam collocat, apostolus vero nonam excerpsimus, eo quod penitus ab eodem illo corrupta sit.

EX EPISTOLA AD EPHESIOS, QUAE EST MARCIONI VII., APOSTOLO VERO V., ISTA COLLEGIMUS.

Schol. I et XXXVI. *Memores estote quod aliquando vos gentes,* Eph. 2, 11.
qui dicimini praeputium, ab ea quae dicitur circumcisio in carne manufacta, quia eratis illo in tempore sine Christo, alienati conversatione Israel, et hospites testamentorum promissionis, spem non habentes, et sine deo in hoc mundo. Nunc autem in Christo Iesu, vos qui aliquando eratis longe, facti estis prope in sanguine ipsius. Ipse enim est pax nostra, qui fecit utraque unum etc.

Refut. I et XXXVI. Vox illa, *Memores estote,* speciem habet temporis. Tum ista, *Qui dicimini*, *et quae dicitur*, rerum figuras exprimunt. Item illud, *In carne*, eo spectat, ut inustam carni notam atque imaginem ostendat, quae venturi spiritus tempus expectaret, ut ex figura perfectiora significet. Etenim sine Christo procul ab Israelis conversatione separatum erat praeputium, ac proinde a promissione ac testamento peregrinum. Ac qui illa conditione censebantur, omni spe carebant, et sine deo erant in hoc mundo, ut apostoli verba declarant. Sed nihil vides, nihil audis, Marcio; alioqui illud animadverteres quanta ab lege bona manasse dicat apostolus, quae singulari dei providentia illis temporibus administrata sunt. Nam *in Christo Iesu, qui olim longe erant, nunc prope sunt, in sanguine illius. Ipse enim est pax nostra qui fecit utraque unum.* Quod si unum utraque fecit, adeo ut altero destructo minime alterum constituerit, non igitur prius a se alienum extitit, neque posterius a priore separavit, sed in unum ambo illa conflavit, non quoquo modo, vel specie tenus aliqua, sed perspicue *in sanguine suo*, quemadmodum certa ac solida apostoli doctrina demonstrat.

88. ἐν *omissum est in edit. Petav.*

β' καὶ λζ' Σχόλ. Διὸ λέγει, Ἔγειρε ὁ καθεύδων, [89] καὶ ἀνάστα ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ ἐπιφαύσει σοι ὁ Χριστός.

β' καὶ λζ' Ἔλεγχ. Πόθεν τῷ ἀποστόλῳ τὸ Διὸ καὶ λέγει, ἀλλὰ ἀπὸ τῆς παλαιᾶς δῆλον διαθήκης; τοῦτο δὲ ἐμφέρεται παρὰ τῷ Ἠλίᾳ. πόθεν δὲ ὁρμᾶτο ὁ Ἠλίας; ἀλλὰ εἷς ἦν τῶν προφητῶν, τῶν κατὰ νόμον πεπολιτευμένων, ἀπὸ νόμου καὶ προφητῶν ὁρμώμενος. Εἰ δὲ ἐν Χριστῷ προεφήτευσε τὸ, Ἔγειρε ὁ καθεύδων, καὶ ἀνάστα ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ ἐπιφαύσει σοι ὁ Χριστὸς, ἄρά γε τὸ πρωτότυπον διὰ Λαζάρου καὶ τῶν ἄλλων ἐπεπλήρωτο· περὶ ὧν οἱ [90] αὐτοῦ ἀμφέβαλλον, Μάρθα καὶ Μαρία, λέγουσαι, Ἤδη ὄζει, τεταρταῖός ἐστι· καὶ τῶν τοῦ ἀρχισυναγώγου λεγόντων, Μηκέτι σκύλλετε τὸν διδάσκαλον, καὶ αὐτοῦ λέγοντος, Μὴ φοβεῖσθε, οὐ γὰρ ἀπέθανεν, ἀλλὰ καθεύδει. Σαφῶς γὰρ ἔκτοτε τὸ κήρυγμα ἐκάλει ἀνάστασιν διὰ Χριστοῦ ἔσεσθαι· καὶ τὸ ἐξουσιαστικὸν τῆς εὐχερείας ὑπεδείκνυεν, ἵνα τὸ δυνατὸν τοῦ Χριστοῦ ὑποδείξῃ, ὅτι ὡς τῷ ἀνθρώπῳ εὐχερὲς, οὐ τὸν ἀποθανόντα, ἀλλὰ τὸν καθεύδοντα διὰ φωνῆς ἐγεῖραι, οὕτως καὶ τῷ Χριστῷ ἦν ἑτοιμότατα τὸ εἰπεῖν, Λάζαρε δεῦρο ἔξω, καὶ τὸ, Κουμὶ, κουμὶ ταλιθὰ, τουτέστιν Ἀνάστηθι ἡ παῖς· [91] καὶ δι' ὧν ἐναργῶν ἀποδείξεων ἐσήμανεν ὁ λόγος τὴν ἡμῶν κτῆσιν, ἀπὸ νεκρῶν ἔργων καὶ ὕπνου βαρέως ἡμῶν τῶν ποτε καθευδόντων ἀνεγείροντα τὸν Χριστὸν καὶ διὰ τῆς κλήσεως φωτίζοντα ἡμᾶς· ἥτις γέγονε δευτέρα αὕτη σχέσις. Τὸ δὲ τέλειον καὶ καθολικὸν προσδοκώμενον, ὅταν ὁ αὐτὸς ὁ λέγων, Ἐγώ εἰμι ἡ ἀνάστασις, πάντας καλέσῃ καὶ ἐγείρῃ σώματι καὶ ψυχῇ, καὶ φωτίσῃ ἐν τῇ αὐτοῦ μελλούσῃ παρουσίᾳ.

γ' καὶ λη' Σχόλ. Ἀντὶ [92] τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα, καὶ κολληθήσεται τῇ γυναικὶ, καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν, παρὰ τὸ, Τῇ γυναικί.

γ' καὶ λη' Ἔλεγχ. Ἀποδέδεικται πολλάκις μὴ ἀλλότρια εἶναι τὰ
pag. 273. ἐν τῷ νόμῳ τοῖς ἀπὸ τοῦ ἀποστόλου διδασκομένοις, κἄν τε σὺ, ὦ Μαρκίων, παρακόψῃς τὸ Γυναικί. Ἀπὸ τοῦ γὰρ, Ἔσονται εἰς σάρκα μίαν, δήλη σου ἔσται ἡ πᾶσα ῥᾳδιουργία.

ΤΗΣ ΠΡΟΣ [93] ΚΟΛΟΣΣΑΕΙΣ ΟΓΔΟΗΣ ΠΑΡΑ ΤΩΙ ΜΑΡΚΙΩΝΙ ΚΕΙΜΕΝΗΣ, ΠΑΡΑ ΔΕ ΤΩΙ ΑΠΟΣΤΟΛΩΙ ΕΒΔΟΜΗΣ ΚΕΙΜΕΝΗΣ.

α' καὶ λθ' Σχόλ. Μὴ οὖν τις ὑμᾶς κρινέτω ἐν βρώσει, ἢ ἐν πό-

89. Verba καὶ ἀνάστα ἐκ τῶν νεκρῶν desiderantur supra.

90. Restitui αὐτοῦ. Vulgo enim extat αὐτοί.

91. καὶ, ab omnibus libris sublatum, uncinis notavit Petavius. Non intellexit videlicet attractionem in verbis δι' ὧν ἐναρ-

Schol. II et XXXVII. *Ideo dicit, Surge qui dormis, et resurge a mortuis, et illuminabit te Christus.* Eph. 5, 4.

Refut. III et XXXVI. Undenam illa verba, *Ideo dicit,* deprompsit apostolus? Non aliunde utique quam ex testamento vetere. Haec enim apud Eliam leguntur. Iam vero quo ex grege Elias extitit? Nonne e prophetis unus, qui ex legis praescripto vixerunt, ut et ille legi ac prophetis inhaesit? Quod si ita in Christo vaticinatus est: *Surge qui dormis, et resurge a mortuis, et illuminabit te Christus,* plane ipsum exemplar, quod figuris illis adumbratum est, in Lazaro, ceterisque id genus impletum est. De Lazaro quidem Martha ac Maria dubitantes ita locutae sunt: *Iam foetet, quatriduanus est.* Ioann. 11, 39. At synagogae principis comites. *Nolite,* inquiebant, *fatigare magistrum.* Sed dominus ista subiecit: *Nolite timere; non enim mortuus est, sed dormit.* Marc. 5, 39. Iam tum enim futura per Christum resurrectio divini verbi praeconio celebrabatur. Sed et potestatem illius agendique facilitatem expressit, ut quam potens esset Christus ostenderet, ex eo quod uti homini facillimum est non mortuum, sed dormientem voce suscitare, ita Christo promptissimum erat dicere, *Lazare, veni foras,* tum, *Kumi, Kumi Talitha,* hoc est *Surge, puella.* Iisque manifestissimis argumentis dei verbum vocationem indicabat nostram, Christumque dominum ab operibus mortuis et altissimo quo tenebamur somno nosmetipsos excitantem, ac vocatione sua collustrantem, quae quidem secunda fuit habitudo. Nam perfectum ac generale illud expectandum est, cum nimirum ille ipse qui dixit, *Ego sum resurrectio,* universos evocaverit, et corpore ac mente pariter excitarit, atque in futuro adventu sua luce perfuderit.

Schol. III et XXXVIII. In eo quod scriptum est, *Relinquet homo patrem suum et matrem, et adhaerebit uxori, et erunt duo in carnem unam,* vocabulum, *Uxori,* sustulit. Eph. 5, 31.

Refut. III et XXXVIII. Saepenumero docuimus haud aliena esse quae in lege sunt ab iis quae apostolus tradidit, etsi, Marcio, nomen uxoris expunxeris. Etenem illa ipsa verba, *Erunt in carnem unam,* fraudem tuam satis superque detegunt.

EX EPISTOLA AD COLOSSENSES, QUAM OCTAVAM MARCIO COLLOCAT, APOSTOLUS VERO VII.

Schol. I et XXXIX. *Nemo ergo vos iudicet in cibo, aut in* Col. 2, 16.

γῶν ἀποδείξεων, *quae nos post* κλῆσιν *incidere iubet, et accusativos* ἐγείροντα τὸν Χριστὸν *pendere ab* ὑποδείκνυεν.

92. τούτου *restitui pro* τοῦ, *quod vulgo extat.*

93. ΚΟΛΟΣΣΕΙΣ *edit. Petav.*

σει, ἢ ἐν [94] ἑορτῇ, ἢ ἐν νεομηνίᾳ καὶ σαββάτῳ, ὅ ἐστι σκιὰ τῶν μελλόντων.

α' καὶ λθ' Ἔλεγχ. Οὐδαμόθεν ὑποπίπτει σκιά, ὦ Μαρκίων, ἀλλ' ἢ ἀπὸ σώματος καὶ σῶμα οὐ δύναται εἶναι, σκιᾶς ἀπ' αὐτοῦ μὴ φαινομένης. Ὅθεν πεισθῆναι ὀφείλουσιν οἱ ἀπὸ σοῦ ἠπατημένοι διὰ τῶν ἔτι παρὰ σοῦ φυλαττομένων τῆς ἀληθείας τῶν θείων γραφῶν λειψάνων ὅτι μελλόντων ἀγαθῶν ἀποκαλύπτεσθαι οὐκ ἀλλότρια ἦν τὰ τότε δικαιώματα προςκαίρως προστεταγμένα περὶ βρώσεως καὶ πόσεως καὶ μέρους ἑορτῶν καὶ νεομηνιῶν καὶ σαββάτων. Ὧν ἀγαθῶν σκιὰ ἦσαν τὰ προειρημένα δι' ὧν σκιῶν τὸ σῶμα κατειλήφαμεν τῶν ἐνεστώτων ἀγαθῶν, ἐν νόμῳ μὲν σκιαγραφηθέντων, ἐν Χριστῷ δὲ τελειωθέντων.

ΠΡΟΣ ΦΙΛΗΜΟΝΑ ΕΝΑΤΗΣ.

Οὕτως γὰρ παρὰ τῷ Μαρκίωνι κεῖται, παρὰ δὲ τῷ ἀποστόλῳ ἐσχάτη κεῖται· ἐν τρισὶ δὲ ἀντιγράφοις τριςκαιδεκάτη πρὸ τῆς πρὸς Ἑβραίους, τεσσαρεςκαιδεκάτης, τέτακται. Ἄλλα δὲ ἀντίγραφα ἔχει τὴν πρὸς Ἑβραίους δεκάτην πρὸ τῶν δύο τῶν πρὸς Τιμόθεον καὶ Τίτον, καὶ Φιλήμονα. Πάντα δὲ τὰ ἀντίγραφα τὰ σῶα καὶ ἀληθῆ τὴν πρὸς Ῥωμαίους ἔχουσι πρώτην, οὐχ, ὡς σὺ Μαρκίων τὴν πρὸς Γαλάτας ἔταξας πρώτην. Ὅμως ἀπὸ ταύτης τῆς πρὸς Φιλήμονα οὐδὲν παρεθέμεθα, διὰ τὸ ὁλοσχερῶς αὐτὴν διαστρόφως παρ' αὐτῷ κεῖσθαι.

ΠΡΟΣ ΦΙΛΙΠΠΗΣΙΟΥΣ ΔΕΚΑΤΗΣ.

pag. 374. Οὕτως γὰρ κεῖται παρὰ τῷ Μαρκίωνι ἐσχάτη καὶ δεκάτη, παρὰ δὲ τῷ ἀποστόλῳ ἕκτη. Ὡςαύτως οὐδὲ ἀπ' αὐτῆς, διὰ τὸ διαστρόφως παρ' αὐτῷ κεῖσθαι, οὐδὲν ἐξελεξάμεθα.

Αὕτη πεπλήρωται ἡ τοῦ Μαρκίωνος σύνταξις ἀπὸ τοῦ κατὰ Λουκᾶν εὐαγγελίου καὶ τοῦ ἀποστόλου σωζομένων λειψάνων, λόγων τε ὑποθέσεως· ἀφ' ἧς ἀναλεξάμενοι τὰ κατ' αὐτοῦ ἀπὸ τῶν παρ' αὐτοῦ σωζομένων τοὺς ἐλέγχους παρεθέμεθα. Προςέθετο δὲ ἐν τῷ ἰδίῳ ἀποστολικῷ καλουμένῳ, καὶ τῆς καλουμένης πρὸς Λαοδικέας.

α' καὶ μ' Σχόλ. Εἷς κύριος, μία πίστις, ἓν βάπτισμα, εἷς Χριστὸς, εἷς θεὸς καὶ πατὴρ πάντων, ὁ ἐπὶ πάντων καὶ διὰ πάντων καὶ ἐν πᾶσιν.

α' καὶ μ' Ἔλεγχ. Συναδόντως μὲν τῇ πρὸς Ἐφεσίους, ὦ Μαρκίων, καὶ ταύτας τὰς κατὰ σοῦ μαρτυρίας ἀπὸ τῆς λεγομένης πρὸς Λαοδικέας συνήγαγες [95] [κατὰ σοῦ μαρτυρίας]· ἵνα ἐπὶ τῷ τέλει τοῦ

94. μέρει ἑορτῆς, ἢ νεομηνίας καὶ σαββάτων *legitur supra; quod hic quoque restituere suadent verba in Refutatione repetita.*

potu, aut in festo, aut in neomenia, et sabbato, quae est umbra futurorum.

Refut. I et XXXIX. Neque aliunde quam a corpore umbra spargitur, neque corpus esse potest, quin ab eo umbra promanet. Quamobrem ex illis ipsis veritatis ac sacrarum literarum reliquiis, quas apud te retines, discere circumventi abs te homines debent, ab iis bonis quae retegenda olim erant, mandata illa nequaquam abhorruisse quae de cibo ac potu, festis ac neomeniis et sabbatis pro temporis ratione praescripta sunt, quarum nos umbrarum beneficio praesentium bonorum, ut ita dicam, corpus adepti sumus, quae in lege adumbrata postremo in Christo perfecta sunt.

DE EPISTOLA IX., QUAE EST AD PHILEMONEM.

Hoc illam ordine Marcio collocavit, cum apostolus ultimo loco posuerit. Sed in nonnullis codicibus XIII. ante epistolam ad Hebraeos, quae est XIV., numeratur. Alia rursus exemplaria epistolam ad Hebraeos decimam ponunt, ante I. et II. ad Timotheum, ad Titum, et Philemonem. Sed quicquid est integrorum ac fide dignorum codicum primam ad Romanos epistolam collocat, non eam quae ad Galatas est, quam tu primam esse, Marcio, voluisti. Ceterum nihil ex epistola ad Philemonem adnotavimus, quod apud illum omnino depravata legitur.

EX EPISTOLA AD PHILIPPENSES X.

Haec enim apud Marcionem decima est et ultima, apud apostolum sexta. Ab hac, quod vitiata penitus esset ac corrupta, nihil seligendum duximus.

Hactenus Marcionis opus ex evangelii Lucae et apostoli scriptorum ac denique sacrorum voluminum reliquiis contextum. Ex quibus ab eo relictis particulis quae ad illum convincendum facere poterant delegimus. Praeter haec vero ex ea quae ad Laodicenses inscripta est epistola quaedam in eum librum quem Apostolicum vocat transtulit.

imagine capessenda; quod fieri omnino non potest. Etenim si homi-
nis naturam induit, non carnem modo, sed et animam suscepit. Ne-
que enim obscurum illud est. Qui enim alioqui diceret: *Potestatem* Ioann.
habeo accipere animam meam, et ponere eam? Quamobrem totum 10, 18.
illud opus assumens, quam creator imaginem appellat, totum illud,
inquam, ex corpore animaque conflatum, quibus homo partibus con-
stat, divinum sibi verbum adiunxit. Quod si ita est, veneni tui
efficacitas omnis extinguitur, ac tumultuosum perturbatumque dogma
concidit, quod nullo fundamento stabilitum nulla veritatis firmitate ac
soliditate nititur.

Ceterum cum e sacris literis quicquid placuerit eligas aut reii- Cap. V.

λει καταλιμπάνεις, ἄρα γοῦν κριτὴς [1] προὐκάθισας, οὐχ ἑρμηνευτὴς τῶν νόμων, ἀλλὰ ἐκλογεὺς τῶν οὐ κατὰ τὸν νοῦν σου γραφέντων, ἀλλὰ ὄντων μὲν ἀληθινῶν, παρὰ σοὶ δὲ μεταποιηθέντων ψευδῶς, καὶ κατὰ τὸν νοῦν τῆς σῆς ἀπάτης καὶ τῶν ὑπὸ σοῦ ἠπατημένων. Εἰ δὲ καὶ ὅλως κακὸς ποιητὴς τὰ ἐνταῦθα εἰργάσατο, φημὶ δὲ τὸν κόσμον, τίνος ἕνεκα ἦλθεν ὁ ἀπὸ ἀγαθοῦ πατρὸς εἰς τόνδε τὸν αἰῶνα; Καὶ εἰ μὲν ἵνα σώσῃ ἀνθρώπους, ἄρα τῶν ἰδίων ἐπεμελήσατο, καὶ οὐκέτι ἄλλος εἴη ὁ δημιουργός· εἰ δὲ οὐ τῶν ἰδίων προενόει, βούλεται δὲ ἐν τοῖς ἀλλοτρίοις ἐπεμβαίνειν καὶ τὰ οὐκ ὄντα αὐτῷ διασώζειν, ἢ κόλαξ ἐστὶ τοῖς ἀλλοτρίοις προςλιπαρῶν, ἢ κενόδοξος, ἵνα κρείττων τοῦ κτιστοῦ φανῇ, πρὸς τὰ ἀλλότρια ἃ διασώζειν πειρᾶται τῶν ἰδίων μὴ ἐφιέμενος, καὶ οὐκέτι ἔσται ἀληθινός. Ἢ ὅτι μέτριός ἐστι κατὰ σὲ, ὦ ἀγύρτα, [2] καὶ, μὴ ἔχων κτίσιν ἑαυτοῦ, τὰ ἀλλότρια ἐπιθυμῶν ταῦτα συλᾶν πειρᾶται, ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων ἑαυτῷ περιποιούμενος ψυχὰς τὰς οὐκ οὔσας αὐτοῦ καὶ τοῦ αὐτοῦ πατρός. Εἰ δὲ αὐτοῦ μέν εἰσιν αἱ ψυχαὶ, καὶ ἄνωθεν ἐλθοῦσαι φαίνονται, ἄρα εἰς ἀγαθὸν κόσμον ἀπεστάλησαν παρὰ τοῦ ἄνωθεν κατὰ σὲ ἀγαθοῦ θεοῦ, καὶ οὐκ εἰς πονηρὸν ἔργον. Εἰ δὲ ἀπεστάλησαν διά τινα μὲν χρῆσιν, ἣν τάχα μυθοποιεῖς, εἰςελθοῦσαι δὲ μετέπεσον εἰς ἑτέραν, τουτέστιν ἵνα δίκαιόν τι πράξωσι, πονηρὸν δὲ εἰργάσαντο, ὀφθήσεται ὁ ἐπιστείλας αὐτὰς πρόγνωσιν ἂν μὴ ἔχων, ἐπειδὴ γὰρ ἀπέστειλεν αὐτὰς δι' ἕτερον, καὶ ἕτερόν τι εὑρέθησαν ἐργασάμεναι. Ἢ πάλιν ἐὰν εἴπῃς ὅτι οὐ κατὰ τὴν αὐτοῦ βούλησιν ἐληλύθασιν, ἀλλὰ κατὰ τυραννίδα τοῦ ἀφαρπάζοντος, ἄρα ἰσχυρός ἐστιν ὁ κτισθεὶς ὑπὸ τοῦ ἀγαθοῦ θεοῦ πονηρὸς δημιουργὸς παρὰ τὸν ἀγαθὸν θεὸν, ὅτι τὰ αὐτοῦ ὑπάρχοντα ἀφαρπάξας ἐχρήσατο. Πόθεν δὲ οὐ διελεγχθήσῃ, αὐτοῦ τοῦ σωτῆρος φάσκοντος ὅτι, Ἐξουσίαν ἔχω τὴν ψυχήν μου θεῖναι, καὶ λαβεῖν αὐτὴν, ὡς αὐτοῦ μὲν ψυχὴν εἰληφότος, καὶ θέντος, καὶ πάλιν λαβόντος, οὐκ ἀλλοτρίαν εἶναι τὴν ψυχὴν, καὶ ἑτέρου δημιουργοῦ; Πάλιν δὲ εὑρεθήσεται ἀγαθὸν σῶμα φορῶν. Οὐ
pag. 186. γὰρ ἂν πεισθήσεται ἀγαθός τις χρῆσθαι πονηρῷ ἔργῳ· ἵνα μὴ ἀπὸ τοῦ μετέχειν μέρους τοῦ πονηροῦ καὶ αὐτὸς χρανθήσεται τῇ τῆς ἐπιμίξεως πονηρίᾳ. Εἰ δὲ καὶ αὐτὸς ἀνέστησε, λέγε μοι, τί ἵνα ποιήσῃ μετὰ ἀνάστασιν καὶ αὐτὸ πάλιν καταλέλοιπε μερίσας τοῖς τέσσαρσι στοιχείοις, τῷ θερμῷ τὸ θερμὸν, καὶ τῷ ψυχρῷ τὸ ψυχρὸν, καὶ τῷ ξηρῷ τὸ ξηρὸν, καὶ τῷ ὑγρῷ τὸ ὑγρόν; Εἰ γὰρ ἤγειρεν αὐτὸ, ἵνα πάλιν αὐτὸ λύσῃ, ἄρα δραματουργίας τὸ ἔργον τοῦτο εἴη, καὶ οὐκ ἀληθείας. Ἤγειρε δὲ αὐτὸ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς καὶ συμπαρέλαβεν ἑαυτῷ ὅπερ ἀνεπλάσατο εἰς ἑαυτὸν σῶμα σὺν ψυχῇ καὶ πάσῃ ἐνανθρωπήσει

Cap. V. — 1. προὐκάθισας *dedi ex emendatione Cornarii atque Petavii. Vulgo* προκαθίσας.
2. *Fortasse* καί.

cias, plane iudicem te legum, non interpretem, facis, ac delectorem omnium quae ex animi tui sententia minime scripta sunt; quae etsi verissima sint, falso a te nihilominus commutantur, et ad tuum ac tuorum errorem accommodantur. Quod si malus quidam artifex inferiora haec, ac mundum adeo istum molitus est, cur a bono patre missus huc ille descendit? Si ut hominum genus eriperet, horum scilicet tamquam suorum curam suscepit, nec alius iam conditor esse putandus est. Sin alienos curavit, eaque quae nihil ad se pertinebant usurpare ac servare voluit, aut adulatorem fuisse necesse est, qui alienis adhaeserit, aut gloriae cupidum, qui ut conditore se praestantiorem ostenderet, prae alienis, quae servare instituerat, suorum minime desiderio teneretur; ex quo verus ac sincerus esse desinet. Sed neque moderatione animi praeditus, qui cum creatam rem nullam propriam habeat, aliena concupiscit et intervertere studet, hoc est animas, quae nihil ad se vel parentem suum pertinent, contra ius fasque vindicare. Quod si propriae sunt eius animae, atque e coelo delapsae videntur, consequens est eas a supremo bonoque deo missas, et in bonum mundum introductas fuisse. Atque ut missas illas ad usum aliquem fateare, quem tute confinxeris, ubi autem ingressae sunt aliorsum deflexisse, puta, ut iuste aliquid agerent immissas, sceleris quippiam perpetrasse, qui eas allegavit nihil omnino praevidisse videbatur, cum alterius rei gratia miserit, eae vero contraria omnia praestiterint. Sin eo confugias, ut illius iniussu ac raptoris tyrannide coactas venisse pronunties, plane creatus ille a Bono deo Malus artifex Bono ipso deo fortior censendus est, qui quae ad illum pertinebant violenter erepta ad usus suos transtulit. Verum nonne te vox ipsa salvatoris evidenter coarguit: *Potestatem habeo ponendi animam meam, et sumendi illam?* quasi animam ille sumpserit, ac posuerit, denuoque receperit, ut non aliena esse anima aut alteri opifici tribuenda videatur. Illud etiam sequitur, bonum illud habuisse corpus. Neque enim persuaderi bono cuipiam potest, malum ut opus ad usum adhibeat, ne dum mali fit particeps, improbitatis ac nequitiae contagione polluatur. Iam vero, si ipsemet corpus excitavit suum, cedo quid eo post resurrectionem facere decreverat? aut cur iterum illud reliquit, atque in quatuor elementa partitus est, adeo ut calidum calido, frigido frigidum, sicco siccum, humidum humido restitueret? Nam si illud excitabat ideo ut iterum dissolveret, per ludum hoc fecisse, non serio ac bona fide, videbitur. Enimvero dominus Iesus Christus idipsum excitavit, corpus, inquam, ipsum, quod formarat sibi una cum anima ceterisque quibus

τελειωτάτως, ἐπειδὴ γὰρ συνεκάθισε, κατὰ τὸν ἀποστολικὸν λόγον, ὅτι ὁ θεὸς ἤγειρε, καὶ συνεκάθισεν ἐν τοῖς ἐπουρανίοις· ὡς μαρτυροῦσιν οἱ δύο οἱ ἐν ἐσθῆτι λαμπρᾷ ὀφθέντες ἀποστόλοις, ὡς λέγουσιν, Ἄνδρες Γαλιλαῖοι, τί ἑστήκατε ἀτενίζοντες εἰς τὸν οὐρανόν; [3] οὗτος ὁ Ἰησοῦς ὁ ἀφ' ὑμῶν ἀναληφθεὶς εἰς τὸν οὐρανὸν οὕτως ἐλεύσεται ὃν τρόπον ἐθεάσασθε αὐτὸν ἀναλαμβανόμενον.

Κεφ. ς'. Καὶ ἵνα μὴ πάλιν δοθῇ σοι πρόφασις πονηρίας κατὰ τῆς ἀληθείας, μετὰ χρόνον πολὺν τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἀναλήψεως, Στέφανος ὁ ἅγιος τοῦ θεοῦ [1] μάρτυρ λιθαζόμενος ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων ἀπεκρίνατο λέγων, Ἰδού, ὁρῶ τὸν οὐρανὸν ἀνεῳγμένον, καὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἑστῶτα ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρός· ἵνα δείξῃ αὐτὸ τὸ σῶμα ἐν ἀληθείᾳ εἰς πνευματικὸν [2] ἀναστὰν σὺν θεότητι τοῦ μονογενοῦς, ὅλον εἰς πνευματικὸν ἑνωθὲν καὶ εἰς θεότητα συνηνωμένον. Ἄνω δὲ αὐτὸ τὸ ἅγιον σῶμα σὺν τῇ θεότητι ὅλος θεός, εἷς υἱὸς ὁ ἅγιος τοῦ θεοῦ, καθεζόμενος ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρός, ὡς ἔχει καὶ τὸ τοῦ Μάρκου εὐαγγέλιον καὶ τῶν ἄλλων εὐαγγελιστῶν, Καὶ ἀνῆλθεν εἰς οὐρανούς, καὶ ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρός. Καὶ πανταχόθεν διαπεσεῖταί σου καὶ τῶν ὑπὸ σοῦ πεπλανημένων ὁ ἀγύρτης λόγος.

Καὶ περὶ νεκρῶν ἀναστάσεως ἄκουε τοῦ ἀποστόλου λέγοντος ὅτι, Δεῖ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀθανασίαν. Εἰ μὴ γὰρ ἔμελλε τὸ θνητὸν ἐνδύσασθαι ἀθανασίαν, καὶ τὸ φθαρτὸν ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν, οὐκ ἂν ὁ ἀθάνατος
pag. 387. θανεῖν ἦλθεν ἵνα ἐν αὐτῷ πάθῃ, καὶ κοιμηθεὶς τὸ τριήμερον ἀναστῇ, καὶ συνανενέγκῃ ἐν [3] ἑαυτῷ τῇ θεότητι καὶ τῇ αὐτοῦ δόξῃ, ἵνα ἐκ τῆς αὐτοῦ ἀγαθῆς πρὸς ἡμᾶς ἐνδημίας τὴν πᾶσαν ἐλπίδα κατάσχωμεν ἐν ἀληθείᾳ, ὑποδεικνὺς ἑαυτὸν τύπον ἡμῖν καὶ ἀρραβῶνα εἰς ἐλπίδα τῆς πάσης ζωῆς πραγματείας.

Κεφ. ζ'. Τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων καὶ ῥηθέντων, τίς ἔτι μοι χρεία ἐστὶ κατατρίβεσθαι περὶ τούτου τοῦ ζωπύρου σφηκίου καὶ οὐδενὸς ὄντος ἀνατροπῆς ἕνεκα, ἢ ἄλλης τινὸς πραγματείας; Ἀφ' ἑαυτοῦ γὰρ τὸ κέντρον ἀπώλεσε, καὶ ἀπαράλλακτον αὐτοῦ τὸ τῆς πλάνης παραπεποιημένον δόγμα καὶ ἀγυρτῶδες δέδεικται. Φασὶ γὰρ τὸ ὀδυνηρὸν σφηκίον, ὃ ζώπυρόν τινες κεκλήκασιν, ἔχειν μὲν κέντριον ἰοβόλον βραχὺ, περιωδυνίαν πολλὴν οὐ κεκτημένον, ἀλλὰ κατὰ τὴν αὐτοῦ δύναμιν ἰοβόλον ὄν. Ἐπὰν δέ τις διερχόμενος τὸν αὐτοῦ φωλεὸν ἢ καλιὰν καθέλοι, — ἐν γὰρ [1] θάμνοις βοτανῶν ποιεῖται καὶ κηρίου δίκην ἑαυτῷ

3. *Verba* οὗτος ὁ Ἰησοῦς ὁ ἀφ' ὑμῶν ἀναληφθεὶς (*cod. Vatic.* ἀναλαφθεὶς) εἰς τὸν οὐρανὸν, *quae vulgo desiderantur, adieci ex auctoritate cod. Vaticani.*
Cap. VI. — 1. μάρτυς *edit. princ.*

hominis natura constat perfectissime rursus assumpsit. Cum, ut apostolus loquitur, consederit, quandoquidem, *Deus illum revocavit ad vitam, et in coelestibus consedit,* id quod ambo illi, qui in veste splendida apostolis videndos sese praebuerant, hisce verbis testati sunt: *Viri Galilaei, quid statis aspicientes in coelum? Sic veniet, quemadmodum vidistis eum ascendentem.* Eph. 2, 6. Act. 1, 11.

Atque ut omnis tibi calumniandae veritatis occasio praecluderetur, diu post ascensionem domini sanctus ille dei martyr Stephanus, cum a Iudaeis lapidibus obrueretur, ita locutus est: *Video coelum apertum, et filium hominis stantem a dextris patris,* ut ostenderet corpus ipsum surrexisse, vere in spiritale mutatum, ac cum unigeniti divinitate coniunctum. Quod idem sacrosanctum in coelo corpus cum ipsa divinitate totus deus est, et unus sanctusque dei filius, ad patris dextram considens, quemadmodum tam Marci quam ceterorum evangelia testantur: *Et ascendit in coelos, et sedit in dextera patris.* Ita tua illa tuorumque falsissima sententia ex omni parte convellitur. Cap. VI. Act. 7, 55. Marc. 16, 19. Luc. 24, 51.

Quod vero mortuorum ad resurrectionem spectat, audi quid apostolus dicat: *Oportet,* inquit, *corruptibile hoc induere incorruptionem, et mortale hoc induere immortalitatem.* Nisi enim quod mortale est immortalitatem indueret aliquando, et incorruptionem quod est corruptibile, nunquam ad obeundam mortem immortalis accessisset, ut corpore suo poenas expenderet, ac defunctus tertia die resurgeret, et cum divinitate sua ac gloriae splendore pariter illud efferret, ut ex benigno illo convictu praesentiaque sua, quam nobis hactenus impertierat, veram spem solidamque conciperemus, cum sese nobis ad eam vitae immortalitatisque fiduciam corroborandam velut exemplar et arrhabonem praebuisset. 1. Cor. 15, 53.

Haec cum ita sese habeant, eoque a nobis modo disputata sint, quid attinet in vilissimo illo crabrone, quem zopyrum vocant, profligando, vel aliter occupando ingenio haerere diutius? Suum enim per sese aculeum perdidit, ac confictum velut a circulatore dogma, nec ab aliorum somniis diversus error abunde demonstratus est. Ferunt enim molestissimum illud crabronis genus, quod zopyrum appellant, aculeo quodam armatum esse, venenato illo quidem, sed exiguo, quique haud multum doloris incutiat, et ex suo nihilominus genere sit venenatus. Ac si quis forte praetereundo latebras illius nidumque diruat, quem inter frutices ac densiores herbas favi instar Cap. VII.

2. ἀναστὰν cod. Vatic. ἀνιστᾶν libri editi. 3. αὐτῷ ed. Petav.
Cap. VII. — 1. τάμνοις ed. princ.

σίμβλους τινὰς, ἐν οἷς σίμβλοις ἐγκατατίθεται τὴν αὐτοῦ γονὴν, καὶ ποιεῖται ἑαυτῷ τὰ γεννήματα, — εἰ δέ τις διερχόμενος ῥάβδῳ ἢ ξύλῳ νύξας τὸ κηρίον, ὡς ἔφην, καταβάλοι, ἐξέρχεται θυμούμενον αὐτὸ δὴ τὸ δεινὸν μὲν, βληχρὸν δὲ σφηκίον, καὶ ἐὰν εὕρῃ πέτραν πλησίον ἢ ξύλον, ἀπὸ τοῦ ἐμπλήσαντος αὐτὸν θυμοῦ ῥοίζῳ μὲν ἐφίσταται καὶ ὁρμᾷ καὶ παίει τὴν πέτραν. Καὶ τὴν μὲν πέτραν οὐδὲν ἀδικεῖ, οὔτε τὸ ξύλον, οὔτε μὴν τὸν ἄνθρωπον· κἄν τε δάκοι, ἀλλὰ πρὸς ὀδύνην ὀλίγην, οὐδὲν ἀδικεῖ, μάλιστα τὴν πέτραν, ἀλλὰ τὸ μὲν κέντρον ἀπόλλυσι, καὶ οὕτω φθείρεται, ἡ δὲ πέτρα οὐδὲν ἀδικηθήσεται ὑπὸ τοῦ τοιούτου. Οὕτω καὶ αὕτη ἡ σφηκιώδης ζωπύρου δίκην μικρὰν ἔχουσα τὴν περιωδυνίαν ἀνατραπήσεται τῇ πέτρᾳ συντυχοῦσα, τουτέστι τῇ ἀληθείᾳ, καὶ τὸ κέντρον ἀπολέσασα. Ταύτην δὲ διελθὼν ἐπὶ τὰς ἑτέρας πάλιν βαδιοῦμαι, κατὰ τὴν θεοῦ ἐλπίδα πιστεύων ὅτι τὸ ἐπάγγελμα ἐν θεῷ πληρωθήσεται.

pag. 388.

ΚΑΤΑ *ΣΕΥΗΡΙΑΝΩΝ,
εἰκοστὴ πέμπτη, ἡ καὶ τεσσαρακοστὴ πέμπτη.

Κεφ. α'. Τούτοις καθεξῆς ἕπεται, ἤτοι σύγχρονος, ἤτοι παρὰ τὸν χρόνον· οὐκ ἔχω γὰρ περὶ τοῦ χρόνου [1] αὐτῶν ἀσφαλῶς λέγειν, πλὴν σύνεγγυς ἀλλήλων ἦσαν, ὡς δὲ τὰ εἰς ἡμᾶς ἐλθόντα διηγήσομαι.

Σευῆρός τις ἀνέστη, ἐξ οὗπερ οἱ Σευηριανοὶ καλούμενοι, καθεξῆς συνεπόμενος τῷ προειρημένῳ [2] Ἀπελληϊανῷ. Τὰ δὲ παρ' αὐτῷ μυθολογήματα ταῦτά ἐστιν ἅτινα μέλλω λέγειν. Βούλεται [3] δὲ καὶ αὐτὸς Ἀρχαῖς τε καὶ Ἐξουσίαις προσάπτειν τὴν καθ' ἡμᾶς κτίσιν, εἶναί τε ἐν ἀκατονομάστῳ τινὶ ἀνωτάτῳ τε οὐρανῷ καὶ Αἰῶνι ἀγαθόν τινα θεόν. Τὸν δὲ διάβολον υἱὸν εἶναι φάσκει τοῦ μεγάλου Ἄρχοντος τῆς τῶν Ἐξουσιῶν τάξεως, ᾧ ὄνομα τίθεται, πὴ μὲν Ἰαλδαβαὼθ, πὴ δὲ Σαβαώθ· τοῦτον δὲ γεννηθέντα ἐξ αὐτοῦ εἶναι ὄφιν, ἀπὸ δὲ τῆς ἄνω δυνάμεως καταβεβλῆσθαι εἰς τὴν γῆν, καὶ κατεληλυθότα [4] ὀφιείκελον ὄντα εἰς οἶστρον ἐληλακέναι καὶ τῇ γῇ μεμίχθαι ὥςπερ γυναικὶ, καὶ ἀπ' αὐτοῦ [5] τὸ σπέρμα ἀποσπερματίσαντος τῆς γονῆς τὴν ἄμπελον βεβλαστηκέναι· διὸ δὴ μυθολογῶν εἰς παράστασιν τῆς αὐτῶν ληρῳδίας τὸ ὀφιείκελον [6] τῆς ἀμπέλου περιφερὲς ἐκτυποῦν, λέγων διὰ τὸ [7] σκαλη-

* Σεβηριανῶν cod. Rhedig.

CAP. I. — 1. *Cornarius vertit* ipsius, αὐτῆς (*nam* αἵρεσις *subiectum repetendum est ex inscriptione ad verbum* ἕπεται) *pro* αὐτῶν *coniectans. Sed coniectura ea non necessaria est.*

2. *Sic codd. Venet. Rhedig. et libri tam scripti quam editi. Cornarius et Petavius coniecerunt* Ἀπελλεῖ. *Equidem sub illo vocabulo* Ἀπελληϊανῷ *duo nomina latere arbitror, et Epiphanium scripsisse non* Ἀπελλεῖ, *sed* Ἀπελλεῖ ἢ Λου-

tamquam in alveari construit, ibique semine immisso foetus excludit, sed si quis viator baculo vel virga favos, uti diximus, demoliatur, furens illico prorumpit acer ille quidem, sed imbecillus crabro. Tum vicinum aliquod saxum lignumve nactus ira exaestuans eo cum impetu fertur, ac silicem tundit aut lignum. Quibus cum noceat nihil, ac ne homini quidem, quantumvis pungat, aliud praeter levissimum dolorem inferat, saxum vero nihil oblaedat, aculeum sibi interim excutit, itaque moritur. Sic illa simillima zopyri crabronis haeresis, levi dolore inflicto in petram, hoc est veritatem, incurrens et aculeum infringens enecabitur. Hanc igitur praetergressus ad alias orationem conferam, certa dei fiducia fretus, institutum me opus ad exitum esse perducturum.

CONTRA SEVERIANOS,
quae est haeresis XXV., vel XLV.

Qui superioribus illis proxime a me subiiciendus est, vel iisdem temporibus vixit, vel salutem est aetate suppar; neque enim tempus ipsum accurate commemorare possum, nisi quod vicini sibi invicem extiterunt. Quae vero ad memoriam nostram pervenerunt, quam fidelissime complectar. Cap. I.

Severus quidam, a quo Severianis nomen inditum est, post Apellem illum prodiit. Cuius haec sunt fabulis ac mendaciis referta dogmata. Mundi originem Principiis nescio quibus ac Potestatibus tribuit. Esse vero praeterea supremo in coelo ac seculo, quod nominari non potest, Bonum quendam deum. Diabolum magni principis filium esse, qui Potestatibus praesidet, cuius nomen partim Ialdabaoth, partim Sabaoth appellat. A quo genitus ille serpens primum fuit, inde ab coelesti Virtute deiectus in terram ac delapsus, serpentis forma, libidinis stimulis percitus cum terra ceu muliere quadam coiit. Quo ex satu vitis pullulavit. Unde ad conciliandam nugis suis fidem sinuosos vitium flexus ac rotundos, et cuiusmodi serpentium spirae sunt, obliquos, ad illud significandum referunt.

κιανῷ, *vel* Ἀπελλεῖ καὶ Λουκιανῷ.

3. *Scripsi* δὲ *pro* τε, *quod in libris vulgo reperitur.*

4. ὀφιείκελλον *ed. princ., quomodo haer.* 51, 35. *etiam* μακροείκελλος.

5. *Sententia postulabat ut scriberetur* τὸ σπέρμα *pro* τοῦ σπέρματος, *quod in libris omnibus reperitur.*

6. *Rescribendum videtur* τὸ τῆς ἀμπέλου *cett.*

7. σκαλεινὸν *legitur in editis.*

Nam albam sane vitem serpentis similitudinem exprimere, nigram draconis, acinos porro tamquam veneni guttas ac stillas esse, propter rotunditatem, ac singulorum discrimina, adeo ut orbiculi ipsi a se invicem avulsi separatique cernantur. Indidemque et vinum hominum perturbare mentes ac partim veneris illecebra concitare, partim furoris agitare stimulis, partim denique ad iracundiam provocare; quod ea vini vi, hoc est draconis illius veneno, leve fiat efferaturque corpus. Quam ob caussam qui hanc sectam profitentur ab omni usu vini penitus abstinent.

Mulierem praeterea Satanae opus esse dicunt, id quod et Ar- Cap. II.
chonticis placuit; ideoque qui se nuptiis copulant, Satanae opus perficere. Imo et hominis alteram partem dei, alteram diaboli esse confirmant. Nam quod ab umbilico sursum porrigitur, divinae molitionis esse, quod infra umbilicum, a mala potestate conditum statuunt. Ob id inquiunt, voluptatum titillationes omnes ac libidines ab umbilico atque inferioribus partibus excitantur. Idem et aliarum haereseon dogma fuit.

Ex quo liquet nihil hunc nisi planorum ceterorum inhaesisse Cap. III.
vestigiis, qui perniciosa ac letifera venena in hominum genus effuderunt. Sed nullo plane negotio, nec operoso admodum labore confutabitur. Corpus enim universum ex iis quae a deo recte fabricata sunt, hoc est naturalibus est appetitionibus conflatum, quas non absurdum aliquem ad usum, sed honestum ac necessarium deus indidit; nimirum ut et somnum appetamus, et cibum ac potum, vestitum ac ceteras opportunitates, quae quidem deo haud ingratae nobis usveniunt; adeo ut vel ipsam a ratione minime abhorrere veneris cupiditatem demonstrare liceat. Est enim ad honestam sobolis propagationem, et ad conditoris omnium decus et honorem concessa, quemadmodum semina ad eorum bonorum quae deus creavit, germinum videlicet ac fructuum ubertatem ac copiam instituta sunt. Sic humano generi ad illud praestandum: *Crescite, et multiplicamini, et re-* Gen. 1, 28.
plete terram, insiti sunt illi ipsi voluptatis aculei.

Ceterum apocryphis quibusdam libris uti illos accepimus, ac Cap. IV.
partim etiam publicis ac receptis, ex quibus ea sola deligunt quae pro animi sui libidine commutata adulterataque depravant. Enimvero vitis nequaquam est e diabolo consita, neque ex serpentis semine procreata, uti facile quivis intelligit. Qui enim fieri posset istud, cum aperte salvator ipse contraria omnia testetur iis verbis:
Non bibam hoc de genimine vitis istius, donec bibam illud novum in Matth. 26, 29.

tatem et sequestrationem uniuscuiusque acini.
Cap. III. — 1. παμπόλλου *cod. Vatic.* πολλοῦ *libri editi.*

οὐρανῶν. Καὶ ἐπειδὴ ἡ ἀλήθεια, τὰς ἑαυτῆς ἀκτῖνας ἀποστίλβουσα εἰς τὸ παντελὲς κατὰ πρόγνωσιν θεοῦ τῶν ἐπιφερομένων κακῶν, εἰς
pag. 390. ἔλεγχον προετύπου τοὺς αὐτῆς λόγους, πανταχοῦ προεθέσπισε τὸ θεῖον γράμμα τὴν ἀναίρεσιν τῶν μελλόντων κατὰ τῆς ἀληθείας ἐπεγείρεσθαι. Ὡς διαρρήδην αὐτός που ὁ κύριος εἰς ἔλεγχον τοῦ ἐλεεινοῦ καὶ πεπλανημένου Σευήρου φάσκει αὐτὸς ἑαυτὸν τὴν ἄμπελον, λέγων, Ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος ἡ ἀληθινή. Εἰ δὲ ὅλως ψεκτὸν ἦν τὸ τῆς ἀμπέλου ὄνομα, οὐκ ἂν τοῦ ὀνόματος εἰς ἑαυτὸν ἐποιεῖτο τὴν ὁμοιότητα. Ἀλλὰ καὶ οἱ ἀπόστολοί φασιν ἐν τῇ [1] Διατάξει τῇ καλουμένῃ ὅτι, Φυτεία θεοῦ καὶ ἀμπελὼν ἡ καθολικὴ ἐκκλησία. Ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ κύριος πάλιν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ ποιούμενος τὴν τοῦ ἀμπελῶνος παραβολὴν ὅτι, Ἀνήρ τις οἰκοδεσπότης εἶχεν ἀμπελῶνα, καὶ ἐξέδοτο αὐτὸν γεωργοῖς, καὶ ἔπεμψε ζητῶν καρπὸν, καὶ οὐκ ἔδωκαν· ἀλλὰ καὶ πάλιν, Ἀνήρ τις οἰκοδεσπότης ἔχων ἀμπελῶνα, ἐξῆλθε ζητῶν ἐργάτας εἰς τὸν ἀμπελῶνα, καὶ ἐπὶ τρίτην ὥραν, καὶ ἕκτην, καὶ ἐννάτην, καὶ ἐνδεκάτην· ὡς ἐξάπαντος τὸ τῆς ἐπιτηδεύσεως σκευώρημα καὶ τούτου τοῦ ἀπατεῶνος πανταχόθεν ἔχειν τὸ τιτρώσκεσθαι λόγῳ τῆς ἀληθείας. Κἄν τε γὰρ ἐπιφαίνεται τὸ σκότος φωτὸς μὴ παρόντος, δι' ὀλίγου σπινθῆρος ἡ αὐτοῦ ἀφάντωσις τῆς ἀνατροπῆς γενήσεται. Συντόμως δὲ κέχρημαι τῇ αἱρέσει, διὰ τὸ ἤδη ἐξειπεῖν ὅτι εὐάλωτος ὑπάρχουσα οὐ πολλῆς δεῖται ἐργασίας, πρὸς σύστασιν τῆς κατ' αὐτῆς ἀληθείας· μάλιστα δὲ, ὅτι τάχα οἶμαι καὶ μηκέτι ἐκ ταύτης ὑπάρχειν τινὰς, ἀλλ' εἰ ἄρα σπανίως ἐν ἀνωτάτω μέρεσιν.

Ἀπὸ ταύτης δὲ παρελθόντες, ὥςπερ σκορπίον δεινὸν καταπατήσαντες, ἀθρόως τὰς ἑξῆς διασκοπήσομεν, θεοῦ τὴν δύναμιν ἐπικαλούμενοι εἰς βοήθειαν, τοῦ τε τὸ ἀληθὲς εἰπεῖν, καὶ τοῦ αὐτὸν ἐμὲ μὴ βλάπτεσθαι, μάλιστα περὶ τῆς τοιαύτης δεινῆς καὶ ὀλετηρίου τῶν δογμάτων μέλλοντα ὑποφαίνειν κακοτροπίας.

ΚΑΤΑ ΤΑΤΙΑΝΩΝ,

εἰκοστὴ ἕκτη, ἡ καὶ τεσσαρακοστὴ ἕκτη.

Κεφ. α'. Τατιανός τις ἀνέστη τούτους διαδεξάμενος, ἤτοι κατὰ τοὺς αὐτῶν
pag. 391. χρόνους ὢν, ἢ μετ' αὐτοὺς, πάλιν τὴν ἑαυτοῦ τῆς κενοφωνίας διδασκαλίαν προστησάμενος. Καὶ τὰ μὲν πρῶτα, οἷα δὴ ἀπὸ Ἑλλήνων παιδείας ὑπάρχων, συνακμάζει Ἰουστίνῳ τῷ φιλοσόφῳ, ἀνδρὶ ἁγίῳ καὶ φίλῳ θεοῦ, [1] τῷ ἀπὸ Σαμαρειτῶν εἰς Χριστὸν πεπιστευκότι. Οὗτος

Cap. IV. — 1. *Constit. Apostol. lib. I. prooem.* (*tom. I., p.* 199. *Patrum Apostol. ed. Cler.*): Θεοῦ φυτεία ἡ καθολικὴ ἐκκλησία, καὶ ἀμπελὼν αὐτοῦ ἐκλεκτὸς cett.

Cap. I. — 1. *In edit. princ. extat* τοῦ

regno coelorum. Et quoniam veritas suos ubique radios diffundens pro ea quam deus habet imminentium malorum notitia sermones suos ad convincendos errores accommodavit, inde factum est, passim ut sacrae literae eorum qui contra veritatem insurgerent occasum atque interitum praedixerint. Sic enim aperte quodam in loco dominus, ut infelicem illum et impostorem Severum argueret, vitem se esse pronuntiat. *Ego sum,* inquit, *vitis vera.* Atqui si vituperanda prorsus vitis esset appellatio, nunquam huius ad se similitudinem transferret. Quin et apostoli in eo libro qui *Διάταξις*, hoc est Constitutio, vocatur dei stirpem ac vineam esse catholicam ecclesiam produnt. Et, quod amplius est, dominus ipse rursum in evangelio idem expressit, ubi illam vineae parabolam proposuit: *Homo quidam paterfamilias habebat vineam, et locavit illam agricolis, et misit quaerens fructum, et non dederunt.* Item: *Homo quidam paterfamilias habens vineam exiit quaerens operarios in vineam, et circa tertiam horam, et sextam, et nonam, et undecimam.* Ut ex omni parte vafri hominis fraus et improbitas veritatis oratione sauciëtur. Nam ut absente luce utcumque appareant tenebrae, simulatque vel minima scintilla micare coeperit, evanescunt illae continuo, penitusque dissipantur. Ego vero ideo leviter hanc haeresim percurri, quod cum, ut initio monui, refutatu sit facilis, non magno labore contraria possit veritas affirmari. Accedit et illud, quod vel nullae hodie supersint illius sectae reliquiae, vel exiguae admodum superioribus in provinciis relictae.

Ioann. 15, 1.

Luc. 20.

Matth. 20.

Quamobrem nos ea praetermissa, velut scorpio quodam subito proculcato, ceteras aggrediamur. Sed divinum ante omnia implorandum auxilium, quo et vera possimus eloqui, neque nobis ipsis fraudi sit earum rerum tractatio, praesertim cum tam nefariam et atrocem pestiferorum dogmatum improbitatem persequi studeamus.

CONTRA TATIANOS,
quae est haeresis XXVI., sive XLVI.

Cap. I.

Tatianus quidam post illos extitit: qui sive eodem penitus tempore, sive paulo post emerserit, novam vanissimae doctrinae scholam instituit. Is primum, utpote Graecis eruditus artibus, Iustini philosophi sanctissimi ac religiosissimi viri consuetudine est usus, qui e Samaritanis ad Christi fidem transierat. Iustinus enim genere Sa-

ἀπὸ Σαμαρειτῶν εἰς Χριστὸν πεπιστευκότος, *quod vitium Petavius ex cod. Vatic. correxit.*

γὰρ ὁ Ἰουστῖνος Σαμαρείτης ἦν τὸ γένος, εἰς Χριστὸν πεπιστευκὼς καὶ μεγάλως ἐξασκηθεὶς, ἀρετῆς τε βίον ἐνδειξάμενος, τὸ τέλος ὑπὲρ Χριστοῦ μαρτυρήσας τελείου στεφάνου καταξιοῦται, ἐπὶ τῆς Ῥωμαίων, ἐπὶ Ῥωστικοῦ ἡγεμόνος καὶ Ἀδριανοῦ βασιλέως, ἐτῶν τριάκοντα ὑπάρχων ἐν καθεστώσῃ ἡλικίᾳ. Τούτῳ ὁ προειρημένος Τατιανὸς συνακμάσας τὰ πρῶτα καλῶς φερόμενος καὶ τῇ πίστει ἐρρωμένος ἐτύγχανεν, ὅσον ἦν σὺν τῷ ἁγίῳ Ἰουστίνῳ τῷ μάρτυρι, ὅτε δὲ ἐτελεύτα Ἰουστῖνος ὁ ἅγιος, ὥςπερ τυφλὸς χειραγωγούμενος [2] ὃς ὑπὸ τοῦ χειραγωγοῦ καταλειφθείη, καὶ καταλειφθεὶς ἐπὶ κρημνὸν ἑαυτὸν ἐκδοὺς διὰ τὴν προςοῦσαν αὐτῷ τύφλωσιν καταφέρεται ἀνεπισχέτως, ἕως εἰς θάνατον κατενεχθείη, οὕτω καὶ αὐτός. Καὶ ἦν μὲν Σύρος τὸ γένος, ὡς ἡ εἰς ἡμᾶς ἐλθοῦσα γνῶσις περιέχει· τὸ δὲ αὐτοῦ διδασκαλεῖον προεστήσατο ἀπ' ἀρχῆς μὲν ἐν τῇ Μέσῃ τῶν Ποταμῶν, ὡς περὶ τὸ δωδέκατον ἔτος [3] Ἀντωνίνου τοῦ Εὐσεβοῦς Καίσαρος ἐπικληθέντος. Ἀπὸ Ῥώμης γὰρ μετὰ τὴν τοῦ ἁγίου Ἰουστίνου τελείωσιν διελθὼν ἐπὶ τὰ τῆς ἀνατολῆς μέρη, καὶ ἐκεῖσε διατρίβων, κακῇ διανοίᾳ περιπεσὼν Αἰῶνάς τινας κατὰ τοὺς μύθους Οὐαλεντίνου, καὶ Ἀρχάς τινας καὶ Προβολὰς καὶ αὐτὸς εἰςηγήσατο. Τὸ δὲ πλεῖστον τοῦ αὐτοῦ κηρύγματος ἀπὸ Ἀντιοχείας τῆς πρὸς Δάφνην, καὶ ἐπὶ τὰ τῶν Κιλίκων μέρη, ἐπὶ πλεῖον δὲ ἐν τῇ Πισιδίᾳ ἐκράτυνεν. Ἀπὸ τούτου γὰρ κατὰ διαδοχὴν οἱ Ἐγκρατῖται λεγόμενοι τοῦ ἰοῦ μετεσχηκότες ὑπάρχουσι. Λέγεται δὲ τὸ διὰ τεσσάρων [4] εὐαγγέλιον ὑπ' αὐτοῦ γεγενῆσθαι ὅπερ, Κατὰ Ἑβραίους τινὲς καλοῦσι.

Κεφ. β'. Τὰ αὐτὰ δὲ ταῖς παλαιαῖς αἱρέσεσι καὶ οὗτος δογματίζει. Καὶ πρῶτον μὲν φάσκει μὴ σώζεσθαι τὸν Ἀδάμ. Ἐγκράτειαν δὲ οὗτος κηρύττει· τὸν δὲ γάμον πορνείαν καὶ φθορὰν ἡγεῖται, φάσκων μηδὲν διαλλάττειν πορνείας τὸν γάμον, ἀλλὰ τὸ αὐτὸ εἶναι. Ὅθεν ἐν τῷ
pag. 392. προσχήματι τῆς ἐγκρατείας, καὶ τοῦ ἐγκρατητικοῦ ἤθους κυβευτικὴν ἔσχε τὴν ἀγωγὴν, ὡς λύκος ἅρπαξ ἐνδυόμενος προβάτου κώδιον, καὶ πλανῶν τῷ προςκαίρῳ προσχήματι τοὺς ἀπατωμένους. Μυστηρίοις δὲ ὡςαύτως κέχρηται, κατὰ μίμησιν τῆς ἁγίας ἐκκλησίας, ὕδατι δὲ μόνῳ χρώμενος ἐν τοῖς αὐτοῖς μυστηρίοις. Πεσεῖται δὲ καὶ οὗτος κατὰ πάντα τρόπον, ἀσύστατον ἔχων τὸ κήρυγμα· ἤδη δὲ καὶ οὗτος κατασβεσθεὶς, οἶμαι, ἔληξε, καὶ τὸ τούτου διδασκαλεῖον. Πόθεν γὰρ οὐκ ἐλεγχθήσεται ὁ τοιοῦτος; Πρῶτον μὲν γὰρ κατὰ τὰ ἄνω ἡμῖν προδεδηλωμένα, καὶ πρὸς τὰς οὕτω φασκούσας αἱρέσεις, ὅτι ἀδύνατον εἶναι πολλὰς Ἀρχὰς γεννητικὰς τῶν κατὰ διαδοχὴν γεννωμένων. Αἱ γὰρ οὖσαι πολλαὶ καὶ μία ἐκ τῆς μιᾶς ὑπάρχουσαι ἐκ τῆς οὔσης μιᾶς αἰτίας τῶν [1] πα-

2. ὃς in libris desideratur omnibus. Cornario et Petavio magis placuit et particulam addi.

3. Libri habent Ἀντονίνου.

maritanus, cum in Christum credidisset, multa virtutum exercitatione perpolitus, vitaque ad omnem honestatem instituta, tandem pro Christo martyrio perfunctus perfectissimam coronam adeptus est Romae, sub Rustico praefecto, Adriano imperante, in ipso flore iuventutis, anno videlicet aetatis tricesimo. Huic cum se Tatianus initio dedidisset, quamdiu cum sancto martyre vixit, cum ceteris in rebus honestissime se gessit, tum egregia fuit ac constanti fide praeditus. Sed illo mortuo perinde ac si caecus ab altero deductus a ductore destituatur, in praeceps sese committens prae caecitate deorsum ita fertur, ut cohibere lapsum nequeat, donec in exitium ruat, ita Tatiano contigit. Erat hic, quemadmodum accepimus, natione Syrus. Qui primum in Mesopotamia novam sectam condere aggressus est, circa annum XII. Antonini cognomento Pii. Quippe post sancti Iustini martyrium Roma profectus in orientem, et ibidem habitans in absurdas opiniones incidit, ac nescio quos Aeonas e Valentinianis fabulis, et principia quaedam ac propagationes commentus est. Sed Antiochia praesertim, quae ad Daphneu est, illius dogma derivatum in Cilicia ac Pisidia cumprimis coaluit. Hinc enim Encratitarum orta successio est, quibus venenum illud aspersum. Ferunt opus illud quod ex IV evangeliis contextum est, quodque secundum Hebraeos nonnulli vocant, ab eo esse conscriptum.

Ceterum eadem fere cum antiquis haeresibus defendit. Ac primum Adamum negat esse salvum. Deinde continentiam caelibemque vitam praedicat. Nuptias adulterium esse merum ac corruptelam existimat, nec ab illo discrepare penitus, sed idem et unum esse. Qua quidem continentiae ac pudicitiae specie, velut illecebra proposita, homo vafer obrepsit, tamquam rapax quidam lupus pellem ovis induens, eoque cultu, quem ad tempus susceperat, miseros homines in fraudem pelliciens. Similiter et mysteria quaedam ad ecclesiae sanctae imitationem instituit, sed ad ea tamen nihil praeter aquam adhibuit. Verum ne ille quidem poterit ratione ulla consistere, cuius tam imbecillum minimeque cohaerens est dogma. Ac nisi fallor hoc tempore cum omni schola sua extinctus intercidit. Quid enim ad illum refutandum afferri non potest? Sed illud valet inprimis, quod adversus similes haereses antea proposuimus, fieri omnino non posse plura ut Principia sint eorum quae successione generantur. Plura siquidem illa et unum ab uno profecta ab una omnium caussa manasse Cap. II.

4. εὐαγγέλιον *emendatio est Ios. Scaligeri. Libri habent* εὐαγγελίων.

Cap. II. — 1. *Correxi* πασῶν. *Petavius voluit* πάντων. *Libri habent* παθῶν.

σῶν εὑρεθήσονται, καὶ οὐκέτι πολλαὶ ἀρχαὶ, ἀλλ' ἡ μία ἡ τούτων αἰτία γεγοννῖα, καὶ ἀναχθήσεται πάντα εἰς τὴν μίαν μοναρχίαν, καὶ διέπεσεν ἡ τοῦ τοιούτου πιθανολογία, καὶ οὐκ ἀλήθεια, οὔτε τὴν πιθανολογίαν δυναμένη ἔχειν. Μωρὸν γὰρ τὸ ὅλον κήρυγμα. Καὶ εἰ ὁ Ἀδὰμ οὐ σώζεται, [2] τὸ φύραμα, οὐδέ τι τοῦ φυράματος σώζεται. Εἰ γὰρ ὁ πρωτόπλαστος καὶ ἐξ ἀθίκτου γῆς γενόμενος σωτηρίας οὐ μεθέξει, πῶς τὰ ἐξ αὐτοῦ γεγενημένα μεθέξει σωτηρίας;

Κεφ. γ'. Κατὰ γὰρ δύο τρόπους εὑρεθήσεται καθ' ἑαυτοῦ λέγων. Φάσκει γὰρ τὸν γάμον εἶναι οὐκ ἐκ τοῦ θεοῦ, ἀλλὰ πορνείας εἶναι αὐτὸν καὶ μῦσος, καὶ ἑαυτὸν γάμου ὑπάρχοντα, καὶ ἐκ γυναικὸς γεγεννημένον, καὶ ἐκ σπορᾶς ἀνδρῶν ἡγεῖται σώζεσθαι. Ἆρα οὖν πάλιν ἀνέλυσε τὴν αὐτοῦ κατὰ τοῦ γάμου βλασφημίαν. Εἰ γὰρ οὗτος ἐκ γάμων ὑπάρχων σωτηρίαν ἕξει, ἄρα οὐ βδέλυγμα ὁ γάμος, ὁ γεννῶν τοὺς τῆς σωτηρίας μετέχοντας, οἵῳ δ' ἂν θέλοι τρόπῳ λέγειν. Εἰ δὲ συσταίη κατ' [1] αὐτὸν λόγος, ὅτι ἀθέμιτός ἐστιν ὁ γάμος, ἄρα μᾶλλον ὁ Ἀδὰμ σωθήσεται, μὴ ἀπὸ γάμου ὁρμώμενος, ἀλλ' ἐν χειρὶ πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος πεπλασμένος, κατὰ τὸ [2] εἰρημένον ὑπ' αὐτοῦ τοῦ ἁγίου πατρὸς πρὸς τὸν υἱὸν ὅτι, Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν. Πῶς δὲ οὐ σώζεται ὁ Ἀδὰμ ὁ παρὰ σοὶ ἀπελπιζό-
pag. 393. μενος, ὁπότε αὐτὸς ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐλθὼν εἰς τὸν κόσμον νεκροὺς μετὰ τὴν τελευτὴν ἐγείρει ἐν αὐτῷ τῷ σώματι, ὡς τὸν Λάζαρον, καὶ υἱὸν τῆς Χήρας, καὶ τὴν θυγατέρα τοῦ ἀρχισυναγώγου. Καὶ εἰ αὐτὸς οὐκ ἦν ὁ τὸν Ἀδὰμ πλάσας ἐκ χοὸς ἀπ' ἀρχῆς, πῶς πτύσας χαμαὶ ἐποίησε πηλὸν καὶ ἐπέθετο ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ τυφλοῦ τοῦ ἐκ γενετῆς, καὶ ἐποίησεν αὐτὸν βλέπειν, [3] εἰ μὴ ἵνα δείξῃ ἑαυτὸν μὲν εἶναι τὸν πλάστην σὺν τῷ πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, καὶ τὸ ἐλλιπὲς μέρος ἐν τῷ ἀπὸ γενετῆς γεγεννημένῳ τυφλῷ διὰ τοῦ πηλοῦ προςτιθεὶς τῷ λείποντι τόπῳ; Διορθώσεως γὰρ ἕνεκεν τοῦ λείποντος μέρους φαίνεται τοῦτο πεποιηκέναι. Εἰ δὲ πάλιν αὐτός ἐστιν ὁ κύριος Ἀδὰμ πλάσας, καὶ αὐτὸν τὸν πρωτόπλαστον ἀπολλύει, τοὺς δὲ ἄλλους σώζει, ὦ πολλή σου ματαιοφροσύνη Τατιανέ. Ἀδυναμίαν γὰρ τῷ κυρίῳ κατὰ δύναμιν προςάπτεις, τῷ δυναμένῳ τὸν πρωτόπλαστον αὐτοῦ διὰ μίαν παρακοὴν ἐκβεβλημένον τοῦ Παραδείσου καὶ παιδείας οὐ τῆς τυχούσης μετασχόντα, ἐν ἱδρῶτι καὶ καμάτῳ διατετελεκότα, καὶ κατέ-

2. „Deest repetitum οὐ σώζεται, vel leg. οὐδὲ τὸ φυράματος σώζεται" *annotavit Petavius in marg. suae edit. T. Gatakero Advers. Miscell. cap.* 36. *p.* 809. *Opp. Crit. placuit* ἀφ' οὗ τὸ φύραμα *cell. Nihil muto.*

Cap. III. — 1. *Correxi* αὐτὸν, *pro quo vulgo* αὐτῶν, *praeter sententiam. Et Cornarius iam vertit:* Si vero constiterit ipsius sermo. *Ceterum mallem* συσταίη ὁ κατ' αὐτὸν λόγος.

2. *Libri* γεγραμμένον, *quod Cornarii*

reperiemus. Ita non iam multa Principia, sed unum erit, a quo cetera dependent, et ad unius imperium universa referentur; sicque fallax ac fucosa illius oratio concidet, nihil ipsa quidem veritatis habens, ac vel omni probabilitate destituta. Stulta quippe tota haec est opinio. Nam si Adamus salutem minime est adeptus, hoc est ipsa quodammodo generis massa, nec ulla massae huius particula servari poterit. Si enim qui primus omnium conditus est, et ex integra adhuc terra formatus, salutis minime est particeps, quae ab eodem orta sunt quo tandem pacto salutem obtinebunt?

Quamobrem duobus modis secum ipse pugnat, quod et nuptias Cap. III. auctori deo tribuendas negat, easque flagitium et adulterium nominat, et seipsum nihilominus e muliere prognatum atque ex virili satu procreatum servari posse confidit. Qua quidem ratione priorem illam, quam nuptiis imposuerat, contumeliam rescidit. Si enim ille ipse originem trahens e nuptiis salutem consequitur, non igitur detestandae sunt nuptiae, quae eos gignant, quibus salus tribuenda sit, quamcumque demum partem eligant. Quod si vera sit eorumdem sententia, ut illicitae sint nuptiae, tanto magis Adamum ipsum par est salutis compotem fieri, qui nullis propagatus nuptiis patris ac filii et spiritus sancti manu est effictus, quemadmodum scriptura testatur, cum ita pater filium alloquens introducitur: *Faciamus hominem ad* Gen. 1, 26. *imaginem, et similitudinem nostram.* Qui porro convenit Adamum, quem pro desperato habes, a salute alienum esse, cum dominus ipse Iesus Christus in hunc mundum veniens vita iam defunctos homines Ioann. 11. corpore ipso suscitarit, uti Lazarum, ac viduae filium, et synagogae Luc. 7. Marc. 5. principis filiam. Nam si is nequaquam Adamum initio de terra formasset, cur in humum despuens lutum faceret, eiusque qui caecus natus fuerat oculis illineret, eique visum redderet? Quo facto conditorem se esse cum patre ac spiritu sancto manifeste declaravit, cum partem illam, quae caeco nato deerat, adsperso luto, mutilato corporis membro restituit. Ut enim mancum istud membrum corrigeret, hoc egisse videtur. Iam vero si Adamum dominus ipse fabricavit, ac primum illud suum opus nihilominus exterminat, dum reliquos interim servat, quanta haec, Tatiane, stultitia est? Imbecillitatem enim domino, quantum in te est, affingis; qui cum hominem, quem ante omnes effinxerat, ob unicum violati mandati crimen e Paradiso depulsum, nec mediocri animadversione castigatum, ut aeta-

atque Petavii emendationem secutus non dubitavi in εἰρημένον mutare.

3. *Libri habent* βλέπειν, ἵνα *cett. Reposui* βλέπειν, εἰ μὴ ἵνα *cett. Vocularum videlicet* εἰ μὴ, *quas hic desiderat ratio structurae, literae* ε *et* ι *et* μ *latebant in syllaba* ειν *verbi quod praecedit* βλέπειν, *et literam* η *absorpsit litera* ι *vocabuli* ἵνα, *quod sequitur.*

ναντι τοῦ Παραδείσου κατῳκηκότα, ὅπως μνημονεύοι τῆς ἀγαθῆς, διὰ τῆς εἰς μνήμην μετανοίας σώζειν, ἢ δυναμένῳ μὲν, μὴ ἐλεοῦντι δὲ, [4] *δι' ἥν που νῦν αἰτίαν ἄχρι τῶν καταχθονίων Χριστὸς κατῆλθε. Τίνι τῷ λόγῳ τὸ τριήμερον κοιμηθεὶς πεπονθὼς ἀνέστη; Πῶς δὲ πληροῦται, Ἵνα καὶ νεκρῶν καὶ ζώντων κυριεύσῃ; Ποίων δὲ ζώντων καὶ νεκρῶν, ἀλλ' ἢ τῶν χρῃζόντων τῆς αὐτοῦ ἄνω καὶ κάτω ἐπικουρίας; Πῶς δὲ ἔσται τὰ ἀπὸ φυράματος ἅγια, εἰ αὐτὸ τὸ φύραμα οὐκ ἔστι ἅγιον, ὡς καὶ παρὰ τῷ ἁγίῳ ἀποστόλῳ ἐμφέρεται; Φάσκει γὰρ καὶ περὶ Εὔας ὁ αὐτὸς ἀπόστολος ὅτι, Σωθήσεται διὰ τῆς τεκνογονίας, ἐὰν μείνωσιν ἐν πίστει καὶ δικαιοσύνῃ.*

Κεφ. δ'. *Καὶ πολλὰ ἔστι περὶ τούτων λέγειν, ὡς παντὶ τῷ σύνεσιν κεκτημένῳ φανήσεται ἡ πρόχειρος βλασφημία καὶ ἐσκοτωμένη διάνοια τοῦ Τατιανοῦ καὶ τῶν ἀπ' αὐτοῦ Τατιανῶν καλουμένων. Περὶ ὧν συντόμως διεξελθόντες τὰ κατ' αὐτοὺς βλαβερὰ καὶ κωνώπων δίκην δήγματα ἐλαίου ἰκμάδα τῆς τοῦ κυρίου διδασκαλίας τοῖς δεδηγμένοις ὑπὸ τῶν*
pag. 394. *Τατιανοῦ λόγων ἐπιθέμενοι ἰασάμεθα διὰ τῆς τοῦ κυρίου ἀληθείας καὶ δυνάμεως, αὐτοῦ λέγοντος ὅτι, Οὐκ ἦλθον εἰ μὴ εἰς τὸ πρόβατον τὸ πεπλανημένον οἴκου Ἰσραήλ. Διὸ καὶ ἐν παραβολαῖς ἔλεγεν ὅτι, Ἄνθρωπός τις κατέβαινεν ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ εἰς Ἱεριχὼ, ὃν δὴ καὶ λῃσταῖς περιπεσεῖν διηγεῖτο, ἵνα δείξῃ τὸ πρόβατον καὶ τὸν ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ καταβεβηκότα, τὸν ἀπὸ τῆς δόξης τῆς μείζονος εἰς ἐλάττωσιν κατενεχθέντα καὶ τὸν ἀπὸ τῆς μιᾶς ἐντολῆς τοῦ ἰδίου ποιμένος ἀποσπασθέντα καὶ πεπλανημένον. Ὅθεν καὶ τὸν ἅγιον Ἀδὰμ τὸν πατέρα ἐν ζῶσι πεπιστεύκαμεν· δι' ὃν καὶ τοὺς ἀπ' αὐτοῦ ἡμᾶς πάντας Χριστὸς ἦλθε, τοῖς μὲν πάλαι αὐτὸν γινώσκουσι καὶ μὴ πλανηθεῖσιν ἀπὸ τῆς αὐτοῦ θεότητος, ἕνεκεν δὲ σφαλμάτων ἐν Ἅιδῃ κατεσχημένοις, ἀμνηστίαν χαρίσασθαι, τοῖς μὲν ἔτι ἐν κόσμῳ διὰ μετανοίας, τοῖς δὲ ἐν Ἅιδῃ δι' ἐλέους καὶ σωτηρίας.*

Κεφ. ε'. *Διὸ καὶ θαυμάσαι ἔστι τὸν εἰδότα, ὡς καὶ ἐν βίβλοις ηὑρήκαμεν, τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐν τῷ Γολγοθᾷ ἐσταυρῶσθαι, οὐκ ἄλλῃ που, ἀλλ' ἢ ἔνθα ἔκειτο τὸ τοῦ Ἀδὰμ σῶμα. Ἐξελθὼν γὰρ ἐκ τοῦ Παραδείσου, καὶ κατῳκηκὼς κατέναντι αὐτοῦ πολλῷ τῷ χρόνῳ, καὶ διὰ πολλῶν τῶν ἡμερῶν διελθὼν, ὕστερον ἦλθε καὶ ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ, Ἱεροσολύμων δέ φημι, τὸ χρεὼν ἀποδεδωκὼς καὶ ἐκεῖσε ἐτάφη ἐν τῷ τόπῳ τῷ Γολγοθᾷ. Ὅθεν εἰκότως τὸ ἐπώνυμον ὁ τόπος ἔσχε, Κρανίου ἑρμηνευόμενος τόπος, ἧς ὀνομασίας τὸ σχῆμα τοῦ τόπου ἐμφέρειάν τινα οὐχ ὑποδείκνυσιν. Οὔτε γὰρ ἐν ἄκρᾳ τινὶ κεῖται, ἵνα*

4. *Rescripsi* δι' ἥν που νῦν, *cum libri omnes haberent* δι' ἣν τοῦ νῦν. *Verte:* qua nempe causa (*intell.* τοῦ ἐλεεῖν) Christus ad inferos usque descendit. *Cornarius vertit:* Ob quam igitur causam Christus usque ad inferna descendit?

tem suam perpetuo sudore ac labore transigeret, atque e Paradisi regione degeret, quo ex felicis domicilii recordatione vehementer eum poeniteret, hunc inquam servare minime potuerit, aut ut potuerit misericordiam ei nullam adhibuerit. Quid enim caussae fuit cur Christus ad inferos usque descenderet, aut triduo sepultus post passionem resurgeret? Qui porro istud impletur: *Ut mortuis vivis-* Act. 10, 42.
que dominetur? Qui sunt vivi illi mortuique, nisi qui tam infra quam supra terram ope illius indigebant? Possunt vero quae ex massa illa decerpta sunt esse sancta, nisi massa ipsa sit sancta, ut apud apostolum legimus? Qui de Eva loquens, *Salvabitur,* inquit, *per libe-* 1.Tim.2, 15.
rorum generationem, si in fide ac iustitia permanserint.

Cap. IV. Innumera sunt quae de eodem argumento disputari possunt, ex quibus prudenti cuilibet comperta esse potest Tatiani Tatianorumque temeraria blasphemandi licentia animique caecitas. De quibus ita breviter disseruimus, ut illorum velut culicum noxiis morsibus, adhibita iis qui icti fuerant domini doctrina, tamquam olei cuiusdam illitu medicinam fecerimus, illius veritate ac potentia freti qui dixit, *Non veni nisi ad oves quae perierant domus Israel.* Unde et in para- Matth. 15, 24.
bola dixit: *Homo quidam descendit ab Hierusalem in Iericho,* quem in Luc. 10, 30.
latrones incidisse narrabat; ut et ovem et hominem qui ab Hierusalem in Iericho descenderat illum ipsum doceret esse qui ab ampliori dignitate ceciderat, et ab uno pastoris sui mandato divulsus erraverat. Ex quo sanctum Adamum parentem nostrum inter vivos numeramus; propter quem et nos omnes eius posteros Christus advenit, ut iis qui ipsum olim cognoverant, nec a divinitate eius aberraverant, et ob nonnulla delicta sua apud inferos detinebantur, iniuriarum oblivionem concederet, eamque et adhuc venientibus per poenitentiam et apud inferos degentibus per misericordiam ac salutem tribueret.

Cap. V. Est profecto quod intelligenti mirum videatur, id quod e librorum monumentis didicimus, dominum nostrum Iesum Christum in Golgatha esse crucifixum, nimirum in eo potissimum loco, in quo Adami corpus iaceret. Hic enim e paradiso digrediens diu ex adverso illius habitavit. Deinde longo postea tempore in illum quem dixi Hierosolymorum locum secessit, ubi et vita functus in Golgotha sepultus est. Qua ex re merito locus ipse nomen accepit, ut Calvariae interpretando diceretur. Cuius appellationis nulla in eo loco similitudo cernitur. Nam nec in clivo aliquo situs est, ut propterea

A quo Petavius tacite, ut solet, suam quam in margine proposuit coniecturam mutuatus: Διὰ τίνα δὲ αἰτίαν cett.

κρανίον τοῦτο ἑρμηνεύηται, ὡς ἐπὶ σώματος κεφαλὴ τόπος λέγεται, [1] οὔτε σκοπιᾶς· καὶ γὰρ οὔτε ἐν ὕψει κεῖται παρὰ τοὺς ἄλλους τόπους. Ἄντικρυς γάρ ἐστι τὸ τοῦ Ἐλαιῶνος ὄρος ὑψηλότερον, καὶ ἀπὸ σημείων ὀκτὼ ἡ [2] Γαβαὼν ὑψηλοτάτη. Ἀλλὰ καὶ ἡ ἄκρα ἥ ποτε ὑπάρχουσα ἐν Σιὼν, νῦν δὲ τμηθεῖσα, καὶ αὐτὴ ὑψηλοτέρα ὑπῆρχε τοῦ τόπου. Πόθεν οὖν ἡ ἐπωνυμία τοῦ κρανίου; ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦ πρωτοπλάστου ἀνθρώπου ἐκεῖ τὸ κρανίον ηὕρηται, καὶ ἐκεῖ τὸ λείψανον ἐναπέκειτο, τούτου ἕνεκα Κρανίου τόπος ἐπεκέκλητο· ἐφ' οὗ σταυρωθεὶς ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς διὰ τοῦ ῥεύσαντος ἀπ' αὐτοῦ ὕδατος καὶ αἵματος διὰ τῆς νυχθείσης αὐτοῦ πλευρᾶς αἰνιγματωδῶς ἔδειξε
pag. 395. τὴν ἡμῶν σωτηρίαν, ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τοῦ φυράματος ἀρξάμενος ῥαντίζειν τὰ λείψανα τοῦ προπάτορος, ἵνα καὶ ἡμῖν ὑποδείξῃ τὸν ῥαντισμὸν τοῦ αὐτοῦ αἵματος εἰς κάθαρσιν τῆς ἡμῶν κοινώσεως καὶ ψυχῆς μετανοούσης, καὶ εἰς ὑπόδειγμα φυράσεως καὶ καθαρισμοῦ ῥύπου τῶν ἡμετέρων ἁμαρτημάτων γενόμενον, τὸ ἐκχυθὲν ὕδωρ ἐπὶ τὸν ὑποκείμενον τῷ τόπῳ καὶ τεθαμμένον εἰς ἐλπίδα αὐτοῦ τε καὶ ἡμῶν τῶν ἐξ αὐτοῦ γεγεννημένων. Διὸ καὶ ἐνταῦθα ἐπληροῦτο τὸ εἰρημένον, [3] Ἔγειρε ὁ καθεύδων, καὶ ἀνάστα ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ ἐπιφαύσει σοι ὁ Χριστός. Εἰ γὰρ καὶ περὶ ἡμῶν λέγει τῶν νενεκρωμένων τοῖς ἔργοις καὶ τῶν καθευδόντων ἐν βάθει ὕπνου τῆς ἀγνωσίας, ἀλλ' οὖν γε ἐκεῖθεν ἡ ἀρχὴ [4] ἡ τῆς αἰνίξεως περιέχει τὸν τρόπον, καὶ οὐχ ἁπλῶς, οὐδὲ ἀργῶς. Ἀνέστη γὰρ, φησὶ, πολλὰ σώματα τῶν ἁγίων, ὡς ἔχει τὸ εὐαγγέλιον, καὶ εἰςῆλθον σὺν αὐτῷ εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν, καὶ τὰ ἑξῆς.

Πανταχόθεν τοίνυν ἀποκρουσάμενος τοῦ κώνωπος τούτου τὰ δήγματα δι' ἐλαίου τῆς τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίας καὶ κυρίου ἡμῶν ἐνδημίας καὶ φωτὸς τοῦ εὐαγγελίου τῆς ἀληθείας ἐπὶ τὰς ἑξῆς κατὰ τὸ εἰωθὸς πάλιν προελθεῖν ἐν τῇ τοῦ θεοῦ δυνάμει σπουδάσωμεν.

ΤΕΛΟΣ ΤΟΥ ΤΡΙΤΟΥ ΤΟΜΟΥ ΤΟΥ ΠΡΩΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ.

Cap. V. — 1. *Intell.* ἐμφέρειάν τινα ὑποδείχνυσιν, *quod de superioribus repetendum. Cornarius vertit:* Neque speculae interpretationem facere possis.
2. *Vulgo* Γαβαώμ.
3. *Fortasse* Ἔγειραι. *Saepissime enim*

calvariae vocabulo nominetur, cuiusmodi capitis in humano corpore sedes est, neque figuram habet editae cuiuspiam speculae, ac ne ceteris quidem circumiacentibus locis altius consurgit. Quippe ex adverso est Oliveti mons editior; sed inprimis arduus est Gabaonis mons octavo inde lapide distans. Postremo clivus etiam ille qui in Sione quondam extitit, sed excisus hodie est, fuit Golgothae illo loco sublimior. Undenam igitur Calvariae nomen obtinuit? Quod nimirum primi hominis illic calvaria reperta sit, eiusque reliquiae defossae, ob id Calvariae locus appellatus est. In quo dominus noster Iesus Christus sublatus in crucem per aquam illam et sanguinem ex eius perforato latere profluentem, velut imaginem quandam, totum salutis nostrae negotium adumbravit, dum primi parentis reliquias ab ipso massae principio rigare coepit, ut ad detergendam labem foeditatemque nostram ac poenitentis animae repurgationem sui sanguinis aspersionem ostenderet, atque ad subactionem quandam commistionemque significandam, ac nostrarum sordium, hoc est scelerum, expiationem, aquam illam in subiectum hominem ibidemque sepultum destillasse monstraret, ac tam ipsum quam nos eius posteros ad spem consequendae salutis erigeret. Quocirca illic scripturae dictum illud impletum est: *Surge qui dormis, et excitare a mortuis, et* Eph. 5, 14.
illuminabit te Christus. Licet enim ad nos istud pertineat, qui et malis factis mortui sumus, et altissimo ignorantiae somno consopiti, nihilominus illinc figuratae huius sententiae arcessendum est initium, ut non temere nec otiose pronuntiata videatur. *Surrexerunt enim* Matth. 27, 52.
multa corpora sanctorum (ut in evangelio scriptum est), *et introierunt cum ipso in sanctam civitatem etc.*

Cum igitur culicis istius morsus divinae misericordiae oleo, ac domini nostri salvatoris adventu, et veritatis evangelicae luce propulsaverim, ad alias haereses, divina, pro eo ac soleo, fretus ope patrocinioque progrediar.

LIBRI PRIMI TOMUS TERTIUS DESINIT.

diphthongus αι *et vocalis* ε *in veteribus libris commutatae.*

4. ἢ, *quod in libris non legitur, quod vero necessarium est, repetii ex vocabulo praegresso* ἀρχῇ.

Jenae, typis Friderici Frommann.